1. flāmen, -inis *m.* [*sunt qui cf. esse putent c. theodisc.* blōzan pluozan *anglosax.* blōtan *'sacrificare', v. Bugge, Bezzenbergers Beitr. z. Kunde der indog. Spr. 3, 98. alii conferunt ind.* brahmā́ *'sacerdos' (v. Leo Meyer, Vergl. Gramm. d. griech. u. lat. Spr. II 275 sq.), sed cf. Osthoff, Bezzenbergers Beitr. 24, 142. Th.*]. *veteres a* filo *derivant*: VARRO ling. 5, 84 -es, quod in Latio capite velato erant semper ac caput cinctum habebant filo, f⟨i⟩lamines dicti. PAVL. FEST. p. 87 -n Dialis dictus, quod filo assidue veletur; indeque appellatur -n, quasi filamen (*cf.* p. 23 apiculum filum, quo -es velatum apicem gerunt). SERV. Aen. 8, 664 -es in capite habebant pilleum, in quo erat brevis virga desuper habens lanae aliquid. quod cum per aestus ferre non possent, filo tantum capita religare coeperunt; ... unde a filo, quo utebantur, -es dicti sunt, quasi filamines (ISID. orig. 7, 12, 18 *sq.*). SERV. auct. Aen. 10, 270 dicitur ... apex virga, quae in summo pilleo -um lana circumdata et filo colligata erat, unde etiam -es vocabantur ... apere enim veteres ritu -um alligare dicebant; unde apicem dictum volunt. PRISC. gramm. II 126, 14 a filo filamen, quod per syncopam i -n dicimus (GRAMM. suppl. 113, 13). DION. HAL. arch. 2, 64, 2 τὴν δὲ δευτέραν (ἱερουργιῶν διάταξιν ἀπέδωκε Νόμας) τοῖς καλουμένοις ὑπὸ μὲν Ἑλλήνων στεφανηφόροις, ὑπὸ δὲ Ῥωμαίων φλάμοσιν, οὓς ἐπὶ τῆς φορήσεως τῶν πίλων τε καὶ στεμμάτων, ἃ καὶ νῦν ἔτι φοροῦσι φλάμα (φλάμεα *Scal.*) καλοῦντες, οὕτω προσαγορεύονσι. PLVT. Num. 7 ἐκάλουν δὲ καὶ τοὺς προγενεστέρους φλάμινας ἀπὸ τῶν περικρανίων πίλων, οὓς περὶ ταῖς κεφαλαῖς φοροῦσι πιλαμένας τινὰς ὄντας, ὡς ἱστοροῦσι, τῶν Ἑλληνικῶν ὀνομάτων τότε μᾶλλον ἢ νῦν τοῖς Λατίνοις ἀνακεκραμένων. quaest. Rom. 40 p. 274[C] τὸν πῖλον, ἀφ' οὗ καὶ φλᾶμεν κέκληται. Marc. 5 πῖλον, ὃν οἱ καλούμενοι φλαμίνιοι φοροῦσι. *cf.* IVBA frg. 5 p. 453 Funaioli. *forma* filamen *praeter grammaticos nullam auctoritatem habet, cf. Hübner, Corp. II 473. de filo et apice -um insigni cf. praeterea*: CARM. epigr. 8, 1 FEST. p. 355 PAVL. FEST. p. 10 *et* 18. LVCAN. 1, 604 et tollens apicem generoso vertice -n (COMMENT. *ad l.* quoniam pilleati sunt virgulam super habentes dignitatis causa ... sunt autem -es Diales Martiales Quirinales. *cf.* ADNOT. *ad l.*). PLIN. nat. 22, 96. FRONTO p. 67, 5 N. *samentum* lingua hernica pelliculam de hostia, quam in apicem suum -n cum in urbem introeat imponit. GELL. 10, 15, 17 *et* 32. SERV. auct. Aen. 1, 305 apicis, quod insigne -um fuit. SERV. Aen. 2, 683 apex proprie dicitur in summo -is pilleo virga lanata. auct. Aen. 8, 552. 12, 492 potest hoc tamen nomen et de sacerdote -e accipi, qui apice utuntur. AVG. civ. 2, 15. PANEG. 12 (2), 37, 4 reverendos municipali purpura -es, insignes apicibus sacerdotes (*de apicis usu in municipiis cf. Hirschfeld, Kl. Schriften 1913 p. 500, 6.* CORP. XII 1114. XIV 292). APPIAN. bell. civ. 1, 65, 297 λέγεται δ' οὗτος ὁ ἱερεὺς φλαμέντας (φλᾶμεν διᾶλις *Bekker*), καὶ πιλοφορεῖ μόνος ἀεί, τῶν ἄλλων ἱερέων ἐν μόναις πιλοφορούντων ταῖς ἱερουργίαις. *de -um apice v. etiam Bickel, Rh. Mus. 72 p. 56 sq.* *graece* -n *et per comparationem vel translationem* στεφανηφόρος, ἱερεύς *convertitur et per transcriptionem* φλάμεν (φλάμοσιν), φλαμέντας, φλαμίνιοι, *v. D. Magie, de Romanorum iuris publici sacrique vocabulis sollemnibus in Graecum sermonem conversis (1905) p. 32. 40. 144. 147; L. Hahn, Rom u. Romanismus im gr.-röm. Osten (1906) p. 126. 129. 248.* GLOSS. ἱερομνήμων, πρύτανις, ἱερεὺς Καίσαρος, sacerdos. -es πυρεῖς (*cf. corrupta* -n πύρασις. πείροσις. pyrois). SERV. auct. Aen. 12, 538 (cupencum Sabinorum lingua sacerdotem vocari SERV.), ut apud Romanos -em et pontificem, sacerdotem. CHAR. gramm. I 28, 13 en masculina tantum et neutralia ... masculina ... flamen flaminis. 87, 15 EXC. Bob. gramm. I 541, 24 MART. CAP. 3, 296. *nota formam* flamenem: ACT. ARV. a. 213, 5 (*Neue, Formenl. der lat. Spr. I*[3] *245*). *per* -á- *scribitur* CORP. II 4238. 6094. V 5126. XI 6503. XII 81. 983. 2236 (*saec. I p. Chr.*). 3184. 6038. XIV 2922 *al.*

-es *certam partem collegii pontificum efficere constat. tamen ipsa vox* -n *non tam munus sacerdotale, quam omnino operam in sacrificando praestitam significat.* -n *sollemne iuris sacri vocabulum diverso in usu est atque* sacerdos *et* antistes, *quorum illud graecum ritum,* antistes *peregrina sacra potissimum sibi vindicat, cum neutrubi* -n *adhibeatur.* -es, *cum sacrificiis faciundis operam dent, in pluribus collegiis comparent, ab augurum collegio absunt. cf. Wissowa, Rel. u. Kult. d. Röm.*[2] *(1912) p. 482 sq. 524.* sacerdos *audit qui* -n *est*: PAVL. FEST. p. 379 sacerdotem Vulturnalem (*cf. p. 854, 2*). *latior vis vocabuli* sacerdos *passim ad* -em *spectat velut* LIV. 29, 38, 6 sacerdotes eo anno mortui ..., -n Martialis. 44, 18, 7. FEST. p. 185 Dialis, ... universi mundi sacerdos. OV. fast. 1, 587 castus Iovis ... sacerdos. SERV. auct. Aen. 2, 683. ISID. orig. 7, 12, 18 sacerdotes ... gentilium -es dicebantur. 19, 30, 5. *in cultu imperatorio provinciarum usu plane synonymo* sacerdos *et* -n *dicuntur. cui* -is *nomen in quibusdam provinciis, Hispania, Narbonensi, Alpibus inditur, idem* sacerdos *in Lugudunensi, Dacia, aliis multis vocatur, cum insuper earundem provinciarum diversis saeculis discrimina fuerint; cf. Hirschfeld, Kleine Schriften (1913) p. 490 sq. municipia, ubi cultus imperatorius religioni reliquae accedit, ipsa quoque confusionem terminorum* sacerdos *et* -n *norunt. quamquam summa divisio ea est, ut* sacerdos *in sacris reliquis, in cultu imperatorio* -n *sedem habeat, praesertim absolute dictus* -n *sacerdotem Augusti spectet, tamen etiam in cultu imperatorio* sacerdos *comparet, neque rursus a sacris aliis* -n *plane alienus est. imprimis recenti translatione* -n *pro* sacerdos *aliquotiens in sacris municipalibus neque ex Roma translatis neque omnino latinis ponitur, praeter quod* -n Dialis, *alia instituta antiquitus latina municipiis servantur (v. sub III).* antistes *nusquam* -n *vocatur nisi forte poetice Dialis* CORP. VI 316 (*saec. III?*) Alcide sacri generis decus hoc tibi praetor et Iovis antistes dedico Perpetuus (*Dialem tamen nec Bücheler, Carm. epigr. 869 nec Dessau, Inscr. 3404 agnoscunt*). *locis quibus Wissowa l. l. p. 483, 3* antistitis *voce sacerdotes p. R. publicos dici adnotat,* -es *non dicuntur, sed* pontifices, *alii. atque melius* antistes (*i.* praestes, princeps, episcopus), *amplioris gradus significatio ad* pontificem *quadrat quam ad* -em, *sacerdotis principalis ministrum.* pontifex *quoque, quae vox inferiore aetate in universum passim i. q.* sacerdos *valet,* -n *audit* CORP. VIII 10500 pontific. Palatuali. XI 5031 (*v. p. 854, 6*). VI 1690 (*saec. IV*) pontifici Flaviali (1691 pontif. Flabiali. *cf. Dessau Inscr. 705 not. 12*). ISID. orig. 10, 96 -es pontifices idolorum. *in municipiorum cultu imperatorio* pontificis *appellatio pro* -is *iam primis saeculis aevi imperatorii propria provinciae Baeticae est, cf. Hirschfeld, Gött. gel. Anz. 1870 p. 1109 sq. et Kl. Schr. p. 487, 2, praeterea Fr. Geiger, de sacerdotibus Augustorum municipalibus (diss. Hal. 1913) p. 5 sq. et 35. plane commutantur inter se termini* CORP. II 2105 -n sacr(orum) pub(licorum) municip(ii) Alb(ensis) Vr(gavonis), pontifex domus Augustae (*cf.* X 7518 *p. 855, 71*). II 2132 (*Obulcone*) flam., pontif. Aug. *cf.* II 2129 (*ibid.*) aedil., -n, IIvir, pontif. municipi. *nota*: CORP. V 3931 (*Veronae*) L. Redonius Q. f. Planta -n vovit, manisnavius posuit. 3932 P. Valerius P. f. Montanus flam. mannisnavius dedit. *syn.* manisnavius *maioris dignitatis sacerdotium videtur exprimere, cf. Holder, Altcelt. Sprachsch. II 408.*

absoluto usu -n *plerumque ad -es maiores collegii pontificum spectat, aetate imperatoria praeterea ad Divorum -es. maiores intellegendi sunt* LEX Iul. munic. (CORP. I[2] 593) 62 -es plostreis in urbe ... vehi (*v. p. 851, 55*). *item*: PAVL. FEST. p. 64 commoetacula virgae, quas -es portant pergentes ad sacrificium, ut a se homines amoveant (p. 224. MACR. sat. 1, 16, 9. *v. p. 851, 70*). *quamquam nonnullis locis minores quoque aliosque veluti curiarum -es praeter maiores quin intellegamus nil obstat, omninoque hic illic nulla propria relatione vox ponitur*: OV. fast. 3, 137 laurea -bus quae toto perstitit anno. PAVL. FEST. p. 19 assidelae mensae vocantur, ad quas sedentes -es sacra faciunt. FORTVN. rhet. 3, 6 p. 124, 21 dictatorem dictum dicas, -em proditum, Vestae virginem captam (*cf. p. 852, 72*). PRVD. perist. 2, 518 luperci et -es. SIDON. epist. 8, 16, 4 fetialis aliquis aut -n. CARM. epigr. 200 NOT. Tir. 55, 62. *minorum Cerialem* SERV. auct. georg. 1, 21 *dici ex sententia ipsa elucet (v. p. 853, 81). cf. etiam p. 857, 10. quibusdam locis dubitationes remanent, quis -n dictus sit*: CIC. Brut. 135 -n Albinus etiam in numero est habitus disertorum *videtur Martialis esse (cf. ed. Jahn-Kroll*[5] *ad l.). in saliorum albo maiores et divorum -es publici p. R. in censum veniunt* CORP. VI 1978 (*a. 170*) Q. Tineius Sacerdos loco L. Anni Largi -is. M. Claudius Fronto Neocydes loco L. Satri Kari -is. ... loco L. Rosci Aeliani -is. ... L. Cossoni Eggi Marulli -is. ... M. Acili Vibi Faustini -is. *nulli fortasse nisi maiores respiciuntur* CORP. VI 712 permissu kalator(um) pon⟨tif⟩(icum) et -um, cui immunitas data est ab eis sacrum faciend⟨i⟩. 2185. 2186. 31034. 32445 (*a. 101/2 p. Chr.*) kalatores pontificum et -um. INSCR. Dessau 4970. *responsum adversus Servium Maluginensem -em Dialem* TAC. ann. 3, 71 *narrat, ubi narrando in exemplum -is Martialis alicuius incidit, Martialis significatione non addita, v. p. 852, 1. denique locos aliquot propono, ubi usus absolutus ad Dialem pertinet (adnotatos infra sub I 2 a)*: OV. fast. 2, 21 PAVL. FEST. p. 93. 113 SVET. frg. p. 267 SERV. auct. Aen. 4, 262 PAVL. FEST. p. 349 VAL. MAX. 6, 9, 3 PLIN. nat. 18, 119. 28, 146 AVSON. 419, 66; *ad Martialem (v. sub I 2 b)*: ASCON. Scaur. p. 28, 30 St.; *ad Quirinalem (v. sub I 2 c)*: OV. fast. 4, 907. 938 LIV. 5, 39, 11. 7, 20, 4. *de usu absoluto in titulis, ubi -es Divorum p. R. publici probabiliter dicuntur, v. p. 854, 56. latissime in municipiorum et provinciarum cultu imperatorio usus absolutus patet, v. sub II 2 a ε et II 2 b. postremo nota* CORP. II 2132 (*supra l. 39*). XII 1585 (*p. 855, 4*). *subauditur* -n *in usu substantivo vocis* Dialis *velut* OV. fast. 3, 397 GELL. 10, 15 *passim,* SERV. auct. Aen. 4, 137, *atque etiam vocum* Martialis *et* Quirinalis

[Bickel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

FEST. p. 185; *cf. Onom. s. vv.* *christiana aetate* -n *duravit, cf.* CORP. VIII 10516 (*a. 525/6*) Astius Mustelus fl(amen) p(er)p(etuus) Cristianus ... anno IIII d(omini) n(ostri) regis Ildirix. 450 v(ir) c(larissimus) et fl. pp. 989. INSCR. Revue archéol. (1912) 2 p. 459 n. 164 -n perpetuus fidelis vixit in pace. *v. Hirschfeld, Kl. Schr. p. 503 sqq.* *de muliere* -n *legitur* CORP. IX 5534 (*Vibisagliae*) Vitelliae C. f. Rufillae C. Salvi Liberalis cos. (*fr. Arvalis a. 78/101*), flamini Salutis Aug(ustae), matri optumae, *ubi intellexeris* flamini(cae). *cf. etiam* flamina.

I *sacerdotes in urbe Roma*:

1 *in sodalitatibus, curiis sim. adiuncti principalibus sacerdotibus ministri annui*: **a** *in collegio Arvalium* (*cf. Henzen, Acta fratrum Arv. 1874 p. V sq.*): ACT. Arv. a. 38 d 8 ⟨C.⟩ Caesar Augustus Germanicu⟨s magister collegii fratrum Arvaliu⟩m cum Appio Silano flamin⟨e deae Diae agnam opimam inmola⟩vit. a. 39 d 9 ⟨L. Salvius⟩ Otho flame⟨n⟩. a. 78, 31 mag. P. Sallustius Blaesus ... flam⟨inem ...⟩ nominavit L. Veratium Quadratum. a. 87 II 27 qui vice -is fungebatur (*cf. etiam* proflamen). *ibid.* 32 Q. Tillium Sassium ex Saturnalibus primis ad Saturnalia secunda annuum magistrum fecer(unt), item Ti. Iulium Celsum Marium Candidum -em. a. 155, 41 imp(eratorem) ... ⟨Antoninum ... Pium f⟩laminem fecerunt. a. 218 a 25 promag(ister) et flam(en) sacr(um) fecer(unt). *ibid.* 26 ture et vino fecer. a. 240 II 15 (INSCR. Dessau 9522) promag. et flam. struib. et fert(is) fecer. et immol. agna(m) op(imam) alba(m). 23 et promag. et flam. et publ(ici) duo sacerdotes (sacerdotes *delet Dessau*). 27 item de aede exierunt et ante aram steterunt et promag. et flam. duos collegas suos ad fruges petendas miser., et promag. et flam. cum scifis vini reversi cum frugib. dextra scifos deder. laeva frug. acc. 41 in annum prox. qui ex Saturnalibus ⟨p⟩rimis mag. I(?) et flam. nominant. **b** *in curiis* (*cf. Bickel, Rh. Mus. 71 p. 548 sqq.*): PAVL. FEST. p. 64 curiales -es curiarum sacerdotes. *non -es, sed lictores curiatios praeter curiones spectat Varro apud Dionysium Hal.* arch. 2, 21, 3; *ibid.* 2, 64, 2 *curiales -es dici adnotat falso Magie, l. l. p. 147. de -bus in curiis municipiorum v. p. 855, 7 sqq.* **c** CORP. VI 32455 (*medio saec. I a. Chr.*) m⟨ag.⟩ et flamin. montan(orum) montis Oppi de pequnia mont(anorum) montis Oppi sacellum claudend. et coaequand. et arbores serundas coeraverunt (*cf. Mommsen, Staatsrecht III 1 p. VIII; Wissowa, Ges. Abhandl. z. röm. Relig.- u. Stadtgeschichte 1904 p. 235*).

2 *singuli singulorum deorum sive dearum sacerdotes perpetui in collegio pontificum*: VARRO ling. 5, 84 horum (*-um*) singuli cognomina habent ab eo deo cui sacra faciunt; sed partim sunt aperta, partim obscura: aperta ut Martialis, Volcanalis; obscura Dialis et Furinalis, cum Dialis ab Iove sit (Diovis enim), Furi⟨n⟩alis a Furrina. 7, 45 eundem Pompilium ait (ENN. ann. 122 *sqq.*) fecisse -es, qui cum omnes sunt a singulis deis cognominati, in quibusdam apparent ἔτυμα, ut cur sit Martialis et Quirinalis; sunt in quibus -um cognominibus latent origines, ut in his qui sunt versibus plerique: 'Volturnalem, Palatualem, Furinalem, Floralemque Falacrem et Pomonalem fecit hic idem'. CIC. leg. 2, 20 divisque aliis ⟨alii⟩ sacerdotes, omnibus pontifices, singulis -es sunto. rep. 2, 26 Pompilius ... adiunxit ... -es. dom. 38 neque regem sacrorum neque -es nec Salios ... nec ... reliquos sacerdotes. 127 pontifices et vos -es. 135 ex collegio tanto non regem, non -em, non pontificem videret. Phil. 11, 18 pontifici ... -em parere iussit *populus*. LEX Iul. munic. (Corp. I² 593) 62 quibus diebus virgines Vestales, regem sacrorum, -es plostreis in urbe sacrorum publicorum p(opuli) R(omani) caussa vehi oportebit. LIV. 1, 21, 4 ad id sacrarium (*i. Fidei*) -es (*i. maiores*) bigis curru arcuato vehi iussit (*cf.* TAC. ann. 12, 42). 1, 20, 2 *Numa* -em Iovi assiduum sacerdotem creavit insignique eum veste et curuli regia sella adornavit. huic duos -es adiecit, Marti unum, alterum Quirino (LACT. inst. 1, 22, 4 VIR. ill. 3, 1). 1, 33, 1 Ancus demandata cura sacrorum -bus sacerdotibusque aliis. 4, 54, 7 *patricii amissis honoribus* salii -esque nusquam alio quam ad sacrificandum pro populo sine imperiis ac potestatibus relinquantur. 5, 52, 4 pontifices -esque neglegentiores publicarum religionum esse, quam privatus in sollemni gentis fuerit. FEST. p. 249 praeciae viatores dicuntur, qui -bus Diali, Quirinali, Martiali antecedentes exclamant feriis publicis, ut homines abstineant se opere, quia his opus facientem videre religiosum est (PAVL. FEST. p. 64. 224 MACR. sat. 1, 16, 9). PAVL. FEST. p. 151 maiores -es appellabantur patricii generis, minores plebei. FEST. p. 154 maximae dignationis -n Dialis est inter quindecim -es, et cum ceteri discrimina maiestatis suae habeant, minimi habetur Pomonalis. GAIVS inst. 1, 112 -es maiores, id est Diales Martiales Quirinales ... nisi ex farreatis nati non leguntur; ac ne ipsi quidem sine confarreatione sacerdotium habere possunt. TAC. ann. 3, 58 Servius Maluginensis, -n Dialis, ut Asiam sorte haberet, postulavit, frustra vulgatum dictitans non licere Dialibus egredi Italia, neque aliud ius suum quam Martialium Quirinaliumque -um. *ibid.* si -n valetudine aut munere publico impediretur. 3, 59 dilata notione de iure -is. 3, 71 Caesar recitavit ... decretum pontificum, quotiens valetudo adversa -em Dialem incessisset, ut pontificis maximi arbitrio plus quam binoctium abesset ... provinciarum administrationem Dialibus non concedi. memorabaturque L. Metelli pontificis maximi exemplum, qui Aulum Postumium -em (*i. Martialem, cf.* VAL. MAX. 1, 1, 2 LIV. 37, 51, 1 perioch. 19) attinuisset. FLOR. epit. 1, 13, 11 *coniunct.* pontifices. GELL. 1, 12, 6 *coniunct.* aut augur aut quindecimvirum sacris faciundis aut septemvirum epulonum aut Salius. 15, 27, 1 -um inaugurandorum causa. LACT. inst. 5, 19, 10 pontifices ..., -es, augures, item reges sacrificuli quique sunt sacerdotes et antistites religionum. AVG. civ. 2, 15 -em illi (*Romulo*) instituerunt (*cf. ibid.* 2, 20), quod sacerdotii genus adeo in Romanis sacris testante apice excelluit, ut tres solos -es haberent tribus numinibus institutos, Dialem Iovi, Martialem Marti, Quirinalem Romulo. *tabellas -um maiorum et minorum, quorum memoria servatur, invenies apud Ruggiero, Diz. epigr. III 145 sqq., seorsum aetatis liberae rei publicae apud A. Klose, Römische Priesterfasten. I. Teil (Diss. Breslau 1910) p. 15 sqq., aetatis imperatoriae apud G. Howe, fasti sacerdotum p. r. publicorum act. imp. (1904) p. 24 sq. et 70.* **a** GLOSS. -n Dialis sacerdos Iovis (PAVL. FEST. p. 10). *caerimonias Dialis, quas praeter alios* GELLIVS 10, 15, *Plutarchus quaest. Rom. 40. 44. 50. 109 sqq.*, PAVL. FEST. *et* SERV. Aen. *passim tradunt, digessit omnes Samter, PW. VI 2486 sqq.; cf. etiam caerimonias similes* -is *provinciae Narbonensis* CORP. XII 6038 (*v. p. 858, 59*). ELOG. Scip. Carm. epigr. 8, 1 quei apice(m) insigne (*neutr.*) Dial⟨is fl⟩aminis (*hoc ordine verborum praeter hunc locum etiam p. 853, 19. 23. 854, 5*) gesistei. SVLLA hist. 2 P. Cornelius ... -n Dialis captus (LIV. 27, 8, 5 a ... pontifice maximo). VARRO ling. 6, 16 auspicatur vindemiam. CIC. facet. dict. 25 solent esse -es diales, modo consules diales habemus (*cf.* OTACILIVS *apud* Macr. sat. 2, 2, 13 ante -es, nunc consules diales fiunt). OV. fast. 2, 21. 282 LIV. 1, 20, 1. 5, 52, 13 -i Diali noctem unam manere extra urbem nefas est (GELL. 10, 15, 14 TAC. ann. 3, 71). 5, 52, 14. 26, 23, 8 quod exta perperam dederat, flamonio abiit. 27, 8, 4 -em Dialem invitum ⟨in⟩augurari coegit P. Licinius pontifex maximus C. Valerium Flaccum (VAL. MAX. 6, 9, 3 a P. Licinio pontifice maximo -n factus). 27, 8, 10 -em in senatum introduxerunt, ... magis sanctitate vitae quam sacerdoti iure eam rem -em obtinuisse. 31, 50, 7 C. Valerius Flaccus, quem *aedilem curulem* ... creaverant, quia -n Dialis erat, iurare in leges non poterat (PAVL. FEST. p. 104 GELL. 10, 15, 5. *ibid.* 31 verba praetoris ex edicto perpetuo de -e Diali et de sacerdote Vestae adscripsi: sacerdotem Vestalem et -em Dialem in omni mea iurisdictione iurare non cogam. *Mommsen, Staatsrecht I³ p. 491, 2*). 32, 7, 14. 39, 39, 2. 39, 45, 4 praetores ita sortiri iussi, uti -i Diali utique altera iuris dicendi Romae provincia esset. 41, 28, 7 -n Dialis inauguratus est Cn. Cornelius. PAVL. FEST. p. 10 albogalerus ... pilleum capitis, quo Diales -es ... utebantur (GELL. 10, 15, 32 verba M. Varronis ex secundo rerum divinarum super -e Diali haec sunt: 'is solum album habet galerum' *eqs.* SVET. frg. p. 268). p. 74. 81 equo vehi -i Diali non licebat (PLIN. nat. 28, 146 GELL. 10, 15, 3 SERV. auct. Aen. 8, 552). p. 82 ederam ... neque tangere neque nominare fas erat (GELL. 10, 15, 12). *ibid.* ne anulum quidem ei gerere licebat ... aut aliquem in se habere nodum (GELL. 10, 15, 6 *et* 9). p. 87 fabam nec tangere nec nominare ... licet (PLIN. nat. 18, 119 Varro ... -em ea non vesci tradit. GELL. 10, 15, 12 SCHOL. Ter. p. 76, 6). p. 89 domus -is (GELL. 10, 15, 7 SERV. auct. Aen. 2, 57. 8, 363). *ibid.* uxor (SERV. auct. Aen. 4, 103 farreatas nuptias ..., quibus -em et flaminicam iure pontificio in matrimonium necesse est convenire. 4, 339. 374). p. 93 quas (*funebres tibias*) -i audire putabatur illicitum. *ibid.* flaminius camillus puer ..., qui -i Diali ad sacrificia praeministrabat (MACR. sat. 3, 8, 7). *ibid.* flaminius lictor est, qui -i Diali sacrorum causa praesto est (*cf.* OV. fast. 2, 23. *Mommsen, Staatsrecht I³ p. 391*). p. 248 procinctam classem ... videre non licuit (GELL. 10, 15, 4). p. 349 secespita cultrum ..., quo -es, flaminicae ... ad sacrificia utebantur (FEST. p. 348 SERV. auct. Aen. 4, 262). FAST. cos. Capitol. a. u. c. 763 (Corp. I² p. 29) Ser. Cornelius ... Lentul. Malug. flam. Dial. VELL. 2, 43, 1 (*Divus Iulius*) paene puer a Mario Cinnaque -n Dialis creatus (SVET. Iul. 1, 1). 2, 20, 3 L. Cornelius Merula -n Dialis. 2, 22, 2 incisis venis ... spiritum reddidit (VAL. MAX. 9, 12, 5 FLOR. epit. 3, 21, 16 AVG. civ. 3, 27 p. 139, 22 D.). TAC. ann. 3, 58 quinque et septuaginta annis post Cornelii Merulae caedem neminem suffectum, neque tamen cessavisse religiones. 4, 16 de -e Diali in locum Servi Maluginensis defuncti legendo. *ibid.* quoniam exiret e iure patrio qui id flamonium apisceretur quaeque in manum -is conveniret. *ibid.* placitum instituto -um nihil demutari. GAIVS inst. 1, 130 exeunt liberi ... de parentis potestate, si -es Diales inaugurentur (3, 114 VLP. reg. 10, 5). GELL. 1, 12, 15 plerique autem 'capi' virginem solam debere dici putant. sed -es quoque Diales, item pontifices et augures 'capi' dicebantur. 10, 15, 1 caerimoniae impositae -i Diali multae, item castus multiplices, quos in libris, qui de sacerdotibus publicis compositi sunt, item in Fabii Pictoris librorum primo scriptos legimus. 10, 15, 4 rarenter -n Dialis creatus consul est. 10, 15, 8 vinctum, si aedes eius introierit, solvi necessum est (SERV. auct. Aen. 2, 57). 10, 15, 10 si ad pedes eius supplex procubuerit, eo die verberari piaculum est (SERV. auct. Aen. 3, 607). 10, 15, 11 capillum Dialis, nisi qui liber homo est, non detonset (SERV. Aen. 1, 448). 10, 15, 12 capram ... neque tangere Diali mos est neque nominare. 10, 15, 16 cotidie feriatus est. 10, 15, 17 sine apice sub divo esse licitum non est; sub tecto uti liceret, non pridem a pontificibus constitutum Masurius Sabinus scripsit et alia quaedam remissa (*cf.* TAC. ann.

[Bickel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

3, 71. 4, 16). 10, 15, 19 farinam fermento inbutam attingere ei fas non est (SERV. auct. Aen. 1, 179). 10, 15, 21 super -em Dialem in convivio, nisi rex sacrificulus, haut quisquam alius accumbit (*cf.* FEST. p. 185 *syn.* sacerdos). 10, 15, 22 uxorem si amisit, flamonio decedit. matrimonium -is nisi morte dirimi ius non est (PAVL. FEST. p. 89 POMP. TROG. Prisc. gramm. II 149, 5 SERV. auct. Aen. 4, 29 TERT. castit. 13 HIER. adv. Iovin. 1, 49 epist. 123, 8; *cf. Ateium apud Plutarch. quaest. Rom. 50 p. 276 D*). 10, 15, 25 mortuum numquam attingit (SERV. auct. Aen. 11, 76). ARNOB. nat. 1, 51 *coniunct.* pontificem maximum (7, 43). 4, 35 quindecimviri ... augures ... castae virgines. CORP. VI 2144 (*saec. III ineunte*) Terentius Gentianus fl. Dialis, v. c., pr. tut. SERV. auct. Aen. 1, 706 -i Diali mensa inanis non anteponebatur. 4, 103 ubique Vergilium in persona Aeneae -em, in Didonis flaminicam praesentare (4, 137. 646). 4, 262 in qua (laena) -es sacrificant infibulati. ...veteri enim religione pontificum praecipiebatur inaugurato -i vestem, quae laena dicebatur, a flaminica texi oportere (*cf. ibid.* 263 PAVL. FEST. p. 113 SVET. frg. p. 267). 4, 518 (*in marg. cod. T*). georg. 1, 31 nuptiae fiebant ... farreo cum per pontificem maximum et Dialem -em ... coniungebantur. AVSON. 419, 66 p. 370 P. operto conclavis tui non sanctior ara Vestalis, non pontificis cubile castius nec pulvinar -is tam pudicum. **b** GLOSS. -n Martialis sacerdos Martis. SERV. auct. Aen. 8, 552 veteri sacrorum ritu neque Martialis neque Quirinalis -n omnibus caerimoniis tenebatur, quibus -n Dialis: neque diurnis sacrificiis destinabantur, et abesse eis a finibus Italiae licebat, neque semper praetextam, neque apicem nisi tempore sacrificii gestare soliti erant (APPIAN. bell. civ 1, 65, 297). ergo si ire eis in provinciam licebat, et equo sine religione vehi licuit. VARRO ling. 6, 21 Flaccus -n Martialis. CIC. div. 1, 104 L. Flaccum -em Martialem. Phil. 11, 18 Crassus consul, pontifex maximus, Flacco collegae, -i Martiali, multam dixit, si a sacris discessisset. quam multam populus remisit; pontifici tamen -em parere iussit. har. resp. 12 meam domum P. Lentulus consul et pontifex, ... L. Lentulus -n Martialis, ... Sex. Caesar -n Quirinalis ... causa cognita ... omni religione ... liberaverunt (Vatin. 25 ad Q. fr. 3, 1, 15 Att. 2, 24, 2 12, 7, 1 ASCON. Scaur. p. 28, 30 St. MACR. sat. 3, 13, 1 quo die Lentulus -n Martialis inauguratus est. *cf. Münzer, PW. IV 1391*). LIV. 29, 38, 6 sacerdotes eo anno mortui atque in locum eorum suffecti: Ti. Veturius Philo -n Martialis in locum M. Aemili Regilli, qui priore anno mortuus erat (*cf.* 29, 11, 14), creatus inauguratusque. 44, 18, 7 P. Quinctilius Varus. 45, 15, 10 inauguratus est eo anno L. Postumius Albinus. VAL. MAX. 1, 1, 2 Metellus ... pontifex maximus Postumium consulem eundemque -em Martialem ad bellum gerendum Africam petentem, ne a sacris discederet, multa dicta urbem egredi passus non est (*v. p. 852, 1*). CORP. VI 31772 ⟨L. Lentul⟩us (*cos. a. 3 a. Chr.*) flam. Mart. (INSCR. numm. Babelon I p. 431 n. 81 Cohen I² p. 121 n. 419. Grueber cat Brit. mus. II p. 102 L. Lentulus -n Martialis. *cf. Groag, PW. IV 1372, 41*). FAST. cos. Capitol. a. u. c. 763 (Corp. I² p. 29) C. Iunius ... Silanus flam. Mart. (CORP. VI 1384). CORP. V 4921 L. Silano (*cos. suff. circa a. Chr. 27*) flam. Mart. (4922). **c** GLOSS. -n Quirinalis (Cyr-) sacerdos Quirini (Cyr-). *non omnibus quibus Dialis caerimoniis obligatur, v. supra l. 22.* PLVT. Num. 7 *τοῖς οὖσιν ἱερεῦσι Διὸς καὶ Ἄρεως τρίτον Ῥωμύλου προσκατέστησεν, ὃν φλάμινα Κυρινάλιον ὠνόμασεν.* CIC. har. resp. 12. OV. fast. 4, 907 -n in antiquae lucum Robiginis ibat. 4, 910 edidit haec -n verba, Quirine, tuus. 4, 938. LIV. 3, 32, 3 -n Quirinalis Servius Cornelius mortuus. 5, 40, 7 -n ... Quirinalis virginesque Vestales (5, 39, 11 VAL. MAX. 1, 1, 10). 5, 40, 8 sacello proximo aedibus -is Quirinalis. 7, 20, 4 hospitium -um (*unum Quirinalem videtur dicere*) Vestaliumque. 24, 8, 10 M. Aemilius Regillus (29, 11, 14 *et* 29, 38, 6 -n Martialis) -n est Quirinalis, quem neque mittere a sacris neque retinere possumus, ut non deum aut belli deseramus curam. 37, 50, 8 Q. Fabius Pictor -n Quirinalis (37, 47, 8 inauguratus. 37, 51, 3 praetorem hunc, ne in Sardiniam proficisceretur, P. Licinius tenuit. 37, 51, 5 dicto audiens esse -n pontifici iussus. 45, 44, 3 mortuus. *cf. Münzer, PW. VI 1841, 53*). GELL. 7, 7, 7 a -e Quirinali sacrificium ei (*Accae Larentiae*) publice fit. TERT. spect. 5 sacrificant apud eam (*aram Consi*) ... -n Quirinalis et virgines (*cf.* SVET. frg. p. 334, 1). CORP. IX 3154 (*Corfinii*) Ser. Cornelio ... Dolabellae ..., salio Palat., quaestori divi Traiani Parthici, ... cos., flam. Quir. **d** VARRO ling. 5, 84 Volcanalis. MACR. sat. 1, 12, 18 Cincius mensem nominatum putat a Maia, quam Vulcani dicit uxorem, argumentoque utitur, quod -n Vulcanalis kalendis Maiis huic deae rem divinam facit. CORP. VI 1628 ⟨Pr⟩isco s⟨ubp⟩raef. vigil⟨um⟩, flamini Vul⟨can.⟩, magistro a lib⟨ellis, m⟩agistro a cen⟨sib.⟩. *confunditur cum* 2. flamen: GRAMM. suppl. 112, 34 et neutro genere dicitur hoc -n Vulcanale. CIC. Brut. 56 *Popillius* cum consul esset eodemque tempore sacrificium publicum cum laena faceret, quod erat -n Carmentalis. CORP. VI 31032 Ti. Claudius Pollio proc. Aug. ... -n Carmentalis. FEST. p. 217 -n Portunalis arma Quirini unguet. CORP. XI 5028 (*Mevaniae, saec. I p. Chr.*) Sex. Caesio Sex. ⟨f.⟩ Propertiano -i Ceriali Romae. SERV. auct. georg. 1, 21 Fabius Pictor hos deos enumerat, quos invocat -n sacrum Cereale faciens Telluri et Cereri (*cf. Richter, PW. IX 1353, 60*). *nota*: CORP. VI 31863 -i C⟨...⟩ (*i.* Ceriali *sive* Carmentali. '*sacerdotium hoc significatur etiam anaglyphis fastigii monumenti una reperti, in quo apex inter simpulum et lituum sculptus est*' *Hülsen ad l.*). ENN. ann. 122 (VARRO ling. 7, 45 *v. p. 851, 45*) Volturnalem (PAVL. FEST. p. 379 Volturnalia Volturno suo deo sacra faciebant, cuius sacerdotem Vulturnalem vocabant). *ibid.* Palatualem (FEST. p. 245 Palatualis -n constitutus est, quod in tutela eius deae Palatium est. *cf.* CORP. VIII 10500. XI 5031). *ibid.* Furinalem (VARRO ling. 5, 84. 6, 19 Furrinae ... sacra instituta annua et -n attributus; nunc vix nomen notum paucis). *ibid.* Floralem (CORP. IX 705 M. Numisius ... Quintianus Laurens Lavinas, -n Floralis, patronus munic.). *ibid.* Falacrem (VARRO ling. 5, 84 -n Falacer a divo patre Falacre). *ibid.* Pomonalem (FEST. p. 154 minimi habetur. CORP. III 12732 C. Iul(io) Silvano Melanioni eq(uo) publ(ico), flam⟨i⟩ni Pomonali ... omnibus equestribus militiis func⟨t⟩o ... patrono pro⟨v⟩inc⟨iae⟩).

3 *pontificum collegio subiuncti sacerdotes Laurentium Lavinatium* (*cf. G. Wilmanns, De sacerdotiorum p. p. R. quodam genere, diss. Berol. 1867 p. 18 sqq.; Wissowa, Herm. 50 p. 22 sqq.*): CORP. III 1198 T. Varen. T. f. Pap. Sabiniano eq. R. flam. Laurentino, item flam. col(oniae) Sarmiz(egetusensis) (*municipale flamonium accedit exemplis p. 857, 14*), dec(urioni) col. Sar. X 797 sacrorum principiorum p. R. Quirit. nominisque Latini, quai apud Laurentís coluntur, flam. Dialis, flam. Martial. (XIV 4176). XI 5215 -i luculari Lauren(tium) Lavina(tium).

4 *Divorum* -es (*cf. Dessau, Ephem. epigr. 3 p. 221 sqq.; Wissowa, Rel. u. Kultus² p. 521, 9. fastos -um Divorum offert G. Howe, fasti sacerdotum p. r. publicorum 1904 p. 51 sq.*): Iulialis: CIC. Phil. 2, 110 est ergo -n, ut Iovi, ut Marti, ut Quirino, sic divo Iulio M. Antonius ... cur non inauguraris? (*syn.* sacerdos). 2, 111. 13, 47 (*cf.* 13, 41). SVET. Iul. 76, 1 *Caesar* decerni sibi passus est ... -em. *cf.* PLVT. Ant. 33 *et* DIO CASS. 44, 6 *gr. ἱερέως*. CORP. V 1812 (*ca. a. 186*) flam. Iulian. INSCR. Dessau 8963 Iulialis. *cf.* INSCR. graec. III 612. Augustalis: TAC. ann. 2, 83 neve quis -n aut augur in locum Germanici nisi gentis Iuliae crearetur. CORP. II 1517. 2039. 2198. VI 909 Germanico Caesari Ti. Augusti f. divi Augusti n. auguri, -i Augustali, cos. iterum. 921. X 513. 1415 (*cf.* 1625 *et* 5050). XIII 1036. XII 147 ⟨D⟩ruso Caesari ⟨Ti.⟩ Augusti f., ...⟨a⟩uguri, pontif., quaestori, ⟨f⟩lamini Augustali, cos. II. VI 913 Neroni Caesari Germanici Caesaris f. ... flámini Augustáli, sodáli Augustáli, sodáli Titio, frátri Arváli, fétiáli, quaestori, ex s. c. 887. III 2808. X 798. XI 3336. 3098 P. ⟨G⟩l⟨iti⟩o ... sal. Palat. ... -i Augu⟨stal⟩i. V 3223 (*v. add. p. 1074*) Dianae conservatric. pro salute ⟨Quinti?⟩ani n. cos., flamin. Aug., procos., pontif., sodalis Aureliani Antoniniani. Claudialis, *alii*: CORP. IX 1123 flam. Claud., salio Collino. X 6566 -i Claudiali. PLIN. paneg. 11, 3 illum (*Nervam*) aris pulvinaribus -e colas. CORP. VI 1383 adlecto inter patric. ab imp. Caes. Traiano Hadriano Aug. ... -i Vlpiali. SPART. Hadr. 27, 3 ei (*Hadriano*) ... constituit ... -es et sodales *Pius*. CAPITOL. Pius 13, 4 meruit (*Pius*) et -em ... et templum et sodales Antoninianos (Aur. 7, 11). Aur. 15, 4 *Marcus Vero* -em et Antoninianos sodales ... dedicavit. 18, 8 *Marco* dati sacerdotes Antoniniani et sodales et -es. LAMPR. Comm. 17, 11 -e addito (*Commodo a Severo*), quem ipse vivus sibi paraverat, Herculaneo Commodiano. CORP. VI 1577 ⟨adlecto inter patr⟩icios ... -i Commodian. CAPITOL. Pert. 15, 3 filius Pertinacis patri -n est factus (SPART. Sept. Sev. 7, 8). CORP. V 7783 consularis, pontifex et -n divi Severi. *divi alicuius* -em *cogitaveris etiam in fragmento* CORP. IX 2847 regi sac⟨ror.⟩, flam⟨ini ...⟩, *item divi* -em *absolute dictum* XIV 4242 P. Manilio ... Vopisco (*cos. a. 114*) ... pontif., flamin., praet., ..., salio Colliuo. *ubi Dessau* (INSCR. 1044) *praeter usum omissum esse* Dialis *vel* Mart. *vel* Quir. *vocabulum opinatur, sed cf. Samter, PW. VI 2492, 10 atque etiam Wissowa, Rel. u. Kult.² 493, 1 et 7. fortasse his addenda* CORP. VI 1416 ⟨M. Pos⟩tumium Fest⟨um⟩ ... procos. Asiae destinat., VIIIvirum, flam., venerabilis memoriae virum. 2152 auguri flamini.

II *sacerdotes in municipiis (cf. H. Herbst, de sacerdotibus Romanorum municipalibus, diss. Hal. 1883) et provinciis*:

1 *in sacris Latinorum et populorum peregrinorum sive indigenis sive ex Roma translatis praeter cultum imperatorium*: CARM. frg. Fronto p. 67, 2 N. -n sume samentum (*Anagniae*). CORP. XIV 3586 (*Tibure*) P. Aelio Coerano cos. ... fr. Arvali ... patrono et -i Diali Tib., decuriones Tiburtes. *de* -e Diali *apud Laurentes Lavinates et Lanuvii v. supra l. 21 et p. 855, 26.* XIV 2169 Cn. Dupilius Cn. f. Hor., tr. mil. in leg., flam. Mart., q., aed., dictat. Ariciae. *de* -e Martiali *apud Laur. Lav. et Lanuvii v. supra l. 22 et p. 855, 28.* IV 879 (*Pompeis*) M. Lucretio flam. Martis decurioni. XII 2613 D. Iul. D. f. Volt. Capiton⟨i⟩ auguri, IIviro aerar⟨i⟩ (*sc. Viennae*), -i Martis tr⟨ib.⟩ milit. (1899. 2236. 2430. 2536. 2600). 1869 (*Viennae*) D. Iul. D. f. V⟨ol.⟩ Capitoni flam. Iuent(utis). *non diversos fuisse a -bus Iuventutis -es Martis Viennenses conicit titulis 2613 et 1869 usus Dessau Inscr. 6996, 2.* 1783 Q. Val. C. fil. Volt. Macedoni flam. Iuvent(utis), q(uaestori) c(ivitatis) V(iennensis) (1870. 1902. 1903. 1906. 2238. 2245). X 1493 (*Neapoli*) dis man. sacr. C. Octavio C. f. Maec. Vero praef. iuven(tutis), equo publico, ... -i Virbiali et auguri et aedili Augustali (*cf.* XII 2238). VIII 1267 (*Thisiduone*) pro salute imp Caes. M. Aureli Antonini ... L. Memmius Felix -n templi domini Aesculapi hanc aram ... dedicavit. XIII add. ad n. 1376/1377 -n Pi⟨et⟩atis

[Bickel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ascito 1379d *fortasse restituendum est.* X 414 (*Volceis*) Volcani flam. *falsario ascribit Mommsen.* *nota etiam* CORP. II 2105 *et* 2132 (*p. 850, 37. 39*). VIII 14692 (*Thuburnicae*) T. Hanapsua aed., q., IIviru. flam. sacr(orum) bis. XII 1585 -i divi Aug., item -i. *poetice sacerdotem* XVIviralem -em *vocat* STAT. silv. 5, 3, 183 monstrasti ... (*ei*) cui Chalcidicum fas volvere carmen, cur Phrygii lateat coma -is (*cf. Bickel, Rh. Mus. 72 p. 54*). *speciatim notandi sunt* -es: **a** *curiales in municipiis Africanis* (*cf. I. Schmidt, Rh. Mus. 45 p. 599sqq. et 47 p. 114sqq.; Hirschfeld, Kl. Schr. p. 505sqq.; Geiger l. l. p. 53sq.*): CORP. VIII 14683 (*lex quam curia Ioris Simitthu sibi posuit a. 185*) si quis flam⟨en e⟩sse volue⟨rit⟩ d(are) d(ebebit) vini amp(horas) III, ...; si quis magister ... vini amp. II, ... si quis -i male dixerit aut manus iniecerit, d. d. X I⟨II⟩. *cf.* 2596 (18094). 11008. *fortasse curiales ii quoque sunt qui* annui *dicuntur* VIII 17167 (*Thubursici Numidarum*) d. m. s. M. Vetidius Mustiolus Musti f., flam. annuus, p(ius) v. a. LXXV, h. s. e. *cf.* 1888. *at huc referri non debet* XIII 8772 flam(en) ann⟨uus?⟩. *num alii praeterea tituli* VIII 2714. 18214. 18234 *curiales -es spectent, cum* perpetui *vocentur, dubium est; v. Geiger l. l.* **b** *Lanuvini* (*ut municipales distinguit a sacerdotibus Lanuvinis p. R. publicis equestris ordinis Wissowa, Herm. 50 p. 6*): CIC. Mil. 27 iter sollemne ... ante diem XIII Kalendas Februarias Miloni esse Lanuvium ad -em prodendum, quod erat dictator Lanuvi Milo. 46 ASCON. Mil. p. 31,4 St. SCHOL. Cic. Gron.^{D} p. 322,29 St. sacrificium faceret Iunoni Sospitae et -es procrearet (p. R. crearet *sive* proderet *Stangl*). CORP. XIV 2089 C. Agilleius C. ⟨f.⟩ Mundus rex sacr. aed⟨il.⟩ -n Dial⟨is⟩ I(unoni) S. m. r. 2092 (*Lan.*) Silváno sacr. D. Granius Pal. Celer flam. maximus. 4178c (*at fortasse Ariciae est; cf. p. 854,70*) C. Mari C. f. Qui⟨e⟩ti, haruspicis, a⟨e⟩dilis bis, flam. Martialis, allecti in⟨t⟩er dictatorios. *cf.* 2115.

2 *in cultu imperatorio*: GLOSS. *ἱερεὺς Καίσαρος* (CHAR. gramm. I 38, 8). TAC. ann. 1, 10 nihil deorum honoribus relictum, cum se templis et effigie numinum per -es et sacerdotes coli vellet *Augustus*. SVET. Tib. 26, 1 templa, -es, sacerdotes decerni sibi prohibuit *Tiberius*. COD. Theod. 4, 6, 3 (*a. 336*) senatores ... vel quos in civitatibus duumviralitas ... vel -is (flamonii *Mommsen*) vel sacerdotii provinciae ornamenta condecorant. NOVELL. Mart. 4, 1 ne senatori, ... duumviro, -i municipali, sacerdoti provinciae habere liceret uxorem ancillam. **a** -es *municipales* (*v. Fr. Geiger, de sacerdotibus Augustorum municipalibus, diss. Hal. 1913*): *α imperatoris vivi*: CORP. XI 1421, 43 (*Pisis, a. 3/4 p. Chr.*) T. Statulenus Iuncus fla⟨me⟩n Augustalis, pontif(ex) minor publicorum p(opuli) R(omani) sacrorum. *ibid.* 47 ⟨T. St⟩atulenus Iuncus princeps coloniae nostrae, -n August. X 4868 (*Venafri*) -i Augustali. X 838 (*Pompeis*) M. Holconio ... Rufo ... -i Aug. 947 (*ibid.*) -i Caesa⟨ris Aug.⟩. 948 (*ibid.*) ⟨fla⟩mini ⟨Au⟩gusti (*de* 838. 947. 948 *cf. Mommsen* CORP. X p. 93). XII 4230 (*Baeterris*) -i Aug. II 49 (*Pace*) flamin⟨i⟩ Ti. Caesaris Aug. IX 652 (*Venusiae*) C. Egnatio C. f. Hor. Maro flam. Ti. Caesaris Aug., pontif., IIvir. quinq. ter, praef. fabrum. X 688 -i Romae, Ti. C⟨aes. Aug.⟩. IV 1180 Cn. ⟨All⟩ei Nigidi Mai flami⟨nis Ti. Claudi⟩ Caesaris Augusti (*cf. Mau* CORP. IV Suppl. II p. 462). XI 6503 (*Sassinae*) L. Appaeo ... Pudenti ... -i Flav⟨iali⟩. 6505 (*ibid.*) Sex. Tettio Sex. f. ... Caesio Sabino, equo publico, aed., pontifici, -i Traianali, patrono mun. V 7458 C. Hirpidi⟨o⟩ ... Memori ... praef(ecto) i(ure) d(icundo) imper(atoris) Nervae Traiani ..., flam. perpet. ⟨divi Vesp⟩asiani, divi Nervae, ⟨imp. Caes.?⟩ Traiani ⟨Augusti⟩ (*cf. Mommsen* CORP. V p. 1182). V 545 L. Vario Papirio Papiriano ... praef. fabr. Romae et Tergeste, flam. Hadr., pont., augur., collegium fabrum patrono merenti. *vivi imperatoris posteriorum Augustorum cuiusvis* -n *etiam* Augusti -n, *sive* Augustalis *vocatur* (*pauciens incertum remanet, utrum primus Augustus, an successorum aliquis sit*): CORP. II 2159 (*Eporae*) -i August. d(ecreto) d(ecurionum). 3379 (*Mentesae, a. 37/41*) -n Augus⟨ti⟩. 4028 (*Sagunti*) aed., IIvir, -n Aug., quaestor. 4252 (*Baeterris*) -i Augusti. III 1822 (*Naronae*) -i Augustali, IIIIvir(o) II, quin⟨q.⟩, ... pontif(ici). 8733 (*Salonis*) auguri, ..., flam. Augustali. IV 3882 (*Nuceriae, saec. I in.*) -is Augustalis. V 7425 (*Libarnae*) IIvir. quinq., flam. Aug., pontif., ... donís donato ab imp. Nerva Caesare Aug. VIII 9663. 10500 flam. Aug. c⟨ol. Thysdritanae?⟩. 14727 (*a. 52*). 20708 Laurenti Lavinati, fla⟨mi⟩ni August(i) n(ostri). 21452 aed., ⟨II⟩viro iterum, II⟨v⟩iro qq., flam. Aug. IX 2648 (*Aeserniae*) IIIIvir. i. d., IIIIvir. quinq. bis, -i Augustali, trib. mil. leg. VI Gemell., praef. fabr., auguri, quaéstóri. X 7518 flam. Aug. II, pontifici sacrorum publicor. faciendorum. XI 2116 IIvir. quinq., -i Aug., praef. fabr. II. XIII 1684 (*Lugduni*) praef. coloniae, actori public., IIviro ab aerario, item IIviro á iúre dícundo, -i Augustali, cui divus Aurel. Antoninus centénariam procuration. prov. Hadrymetinae dedit, sacerdoti ad aram Caes. n. 2585 C. Sulp. M. fil. Galli omnibus honoribus apud suos func⟨ti⟩, IIvir., q., -is Aug., p. . . . ogen ... (*vox Celtica subest sacerdotem significans*) dei Moltini, gutuatri Marti⟨s⟩ VI (*i. sexies*). 2940 M. Magilio Honorato -i Aug., munerario, omnib. honorib. apud suos functo. *ibid.* M. Aemilio Nobili -i Aug. 5010 -is August. 5063 C. Flavio Camill⟨o⟩ IIvir. col. Hel., -i Augusti, quem ordo patronum civitatis coopta-vit. *cf. vol. II p. 1403, 34sqq. et* CORP. *indices.* -n Augg. *ad binos principes simul regnantes spectat,* Auggg. *ad Septimium Severum filiosque eius Caracallam et Getam* (*v. Geiger l. l. p. 15sqq. cf. etiam sub II 2b provinciales* -es): CORP. II 4514 (*Barcinone*) L. Caecilius ... Optatus ... missus honestá missione ab imp. M Aur. Antonino et Aur. Vero Aug., ... IIvir III, flam. Romae, divorum et Augustorum, qui r. p. Barc. ita leg(avit). V 47 (*Polae*) -n Augustor., patron. colon. INSCR Dessau 9393 impp. Augg. L. Septimio Severo Pertinaci Aug. et M. Aurelio Antonino Aug. aram gens Musunior. Regianorum curante Thulule Fue. -em Augg. d. d. p. p. VIII 8995 (*cf.* 20710) -n Augg⟨g⟩ (*tertia g erasa propter damnatam a Caracalla memoriam Getae*). 8496 (*a. 209/211*) P. Octavius Laetus fl. Auggg. p(er)p(etuus). **β** *Divorum* -es: CORP. V 4459 (*Brixiae*) flam. divi Iul., praef. aedil. pot., quaestor. aerar., sacerd. iuven. Brix., defensori reip. Brix. VIII 7986 (*Rusicadi*) flam. divi Iuli. III 386 divi Iuli -i, C. Antonio M. f. Volt. Rufo -i divi Aug. col. Cl. Aprensis et col. Iul. Philippens. *de -bus Divi Iuli cf. Hirschfeld, Kl. Schr. p. 489,4.* CORP. II 260 (*Olisipone*) flam(en) divi Aug(usti). 1534 (*Vliae*). 4279 (*Tarracone, saec. I m.*) aedili, -i divi Aug., quaest. V 5266 (*Comi*) flam. divi Aug., auguri. 5267. IX 3384 (*Aufini*). X 4641 (*Calibus*) IIIIvir. quinq., -i divi Aug., patrono municipi. XII 1585 (*Deae Augustae*) Sex. Vencio Iuventiano -i divi Aug., item -i et curatori muneris gladiatori Villiani ... ob praecipuam eius in edendis spectaculis liberalitatem. XIV 2922 (*Praeneste*) IIvir., flám. divi Aug., IIvir. q. q., patrono coloniae. 2972. 2989 aed., IIvir., flamin. divi Aug., sortilego Fortunae Primigeniae. 3014 -i divi Aug., VIviro Augustali. INSCR. Dessau 6797 (*Thuggae, a. 48*) honoribus peractis -n divi Aug. CORP. V 534 (*Tergeste*) -n divi Claud⟨i⟩. 875 (*Aquileiae, a. 105*) -i divi Claudi. 5126 IIIIviro i d., pontifici, -i dívi Claudií Bergomi, patróno, -i divi Traiani Medioláni. XI 417 (*Arimini*). CORP. V 6513 (*Novariae*) -n divorum Vespasiani, Traiani, Hadrian(i). IX 2600 (*Terventi*) -is divi Vespasiani, aedili (*sic*) Terventi. 2855 (*Histonii*). X 413 (*Volceis*). 5382 (*Aquini*) C⟨ere⟩ri sacrum ⟨D. Iu⟩nius Iuvenalis ⟨trib.⟩ coh. ⟨I⟩ Delmatarum, II⟨vir⟩ quinq., -n divi Vespasiani, vovit dedicav⟨itq⟩ue sua pec. XIV 292 decurioni col. Ost., fla. divi Vespasiani, patrono fabrum navalium Ost. CORP. V 5239 (*Comi*) flam. divi Titi Aug. Vespasiani consensu decurion. 5667 C. Plini⟨o⟩ ... Caec⟨ilio⟩ Secundo ⟨c⟩os. augur. (*i. Romae*) ... fl. divi T(iti) Aug. (*i. Comi Vercellisve*). III 12695 (*Docleae*) M. Flavio ... Frontoni sacerd. in colonis Naron. et Epidauro, ..., ⟨p⟩on⟨t.⟩ in co⟨l.⟩ Sc⟨o⟩dr., IIvir. i. d. qui⟨nq., fl⟩am. ⟨divi Titi⟩. VIII 14364 (*Vcculae*). XIV 400 (*Ostiae, a. 141*) Q. Plotio ... Romano equo publico exorn. a divo Hadriano, aed., flam. Rom. et Aug., -i divi Titi. 4142 (*ibid., a. 173*) M. Iunio ... Fausto decurioni adlecto, -i divi Titi, duumviro, ..., -i Romae et Aug. CORP. XI 386 (*Arimini*) pontif., -i divi Nervae. INSCR. Revue archéol. 1892, 2 p. 404 n. 145 -is divi Nervae designati. CORP. V 4368 (*Brixiae*) -i divi Traiani. 6520 (*Novariae*). 7375 (*Dertonae*). IX 2600 patronus municipi et omnibus honoribus in municipio Terventi functus, -n divi Traiani. 2649 (*Aeserniae*). CORP. V 8660 (*Concordiae*) proc prov. Raetiae, fla⟨mini divi Ha⟩driani, pontifici, ⟨patrono⟩ coloniae. IX 1160 (*Aeclani*) quaest., IIvir. quinq., p(atrono) c(oloniae), -i divi Hadriani, curatori operum publ. Venusiae dato ab divo Hadriano. XI 1192 flam. divi Hadriáni Augustae (*Augustae Bagiennorum?*). XIV 353 (*Ostiae*) flam. divi Hadri⟨ani⟩, in cuius sacerdotio solus ac p⟨rimus ludos⟩ scaenicos sua pecunia fecit. 390 (*ibid.*) -i divi Hadriani, salio Laurent. Lavinatiu., aedili, pr(aetori) sacr(is) Volk(ani) faci(undis). CORP. VIII 25808b (INSCR. Dessau 9403) decurioni col. Iul. Aur(eliae) Ant(onianae) Karth(aginis), -i divi Pii, magistro sacrorum Cerealium anni CCLXXVI (*a. 232?*). 6948 (*Cirtae*) IIIvir. sac(erdos) urb(is) (*i. Romae*), fl. divi M. Antonini (*M. Aurelii, ut vid.*). 7963 (*Rusicade*) fl. pp. divi Magni Antonini (*i. Severi fil.*). XIV 373 (*Ostiae*) duumviro, sacerdoti Geni col(oniae), flam. Rom. et Aug., ... aedili, flam. divi Severi, sodali Arulensi, praet. prim. sac. Volk. faciu., ordo Augustal. optimo civi ob merita. CORP. II 34 (*Salaciae*) IIvir., praef. pro IIvir., -i divorum bis. 53 (*Pace*). 3710 (*Magone*) -i divor(um) Aug(ustorum) r. p. Mag. IX 5357 (*Firmi Piceni*) -i divor(um) omnium, augur(i). 5363. XI 5635 (*Camerini*).

γ -es *propinquorum (-arum) principis*: CORP. II 194 (*Olisipone*) aed., IIvir., -i Germ. Caesaris, -i Iuliae Aug. in perpetum. III 14712 (*Salonis, a. 14/19*) pontifici, -i Iuliae Augustae. praef. fabr. X 7501 (*Gauli*) Cereri Iuliae Augustae divi Augusti, matri Ti. Caesaris Augusti, Lutatia C. f. sacerdos Augustae..., uxor M. Livi ... Optati, -is G⟨a⟩ul. Iuliae Augusti ⟨imp. perpet.⟩. XII 1872 (*Viennae*) flam(ini) divi August(i) d(ecreto) d(ecurionum), flam(ini) Germ. Caes(aris). 3180 (*Nemausi*) -is Rom⟨ae et⟩ divi Aug., item Dr⟨usi⟩ et Germ anici) Caes(arum). 3207. IV 1185 Lu⟨cret⟩i(i) Valentis, -is Neronis Aug(usti) f(ilii) perpetui. 3884. **δ** -es *praeter Divos aut vivum principem urbem Romam colentes*: CORP. II 3033 (*Compluti*) flamin⟨i⟩ Romae et Aug. d(ecreto) d(ecurionum). 4514 (*Barcinone*) flam. Romae, divorum et Augustorum (*nisi provincialis est, cf.* 4205 *p. 859, 1*). V 3427 (*Veronae*) flam. Romae ⟨e⟩t Aug. 5036 honores omnes adepto Trident., -i Rom. et Aug., praef. quinq., augur., ..., sodali sacror. Tusculanor. X 688 -i Romae, Ti. C⟨aes Aug⟩. XI 1331 (*Lunae, a. 66*) L. Titinius L. f. Gal. Glaucus Lucretianus flam. Romae et Aug., ..., curio 6955 (*ibid., a. 63; homo idem qui 1331. cf. Dessau 8902*) curio sacrorum faciundorum, f⟨l.⟩ Romae, -n Aug. beneficio Caesaris creatus. XII 647 -n Romae et Augusti. 2600 flam. Martis, flam. Romae

[Bickel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

et Augusti. XIV 373. 400. 4142. CORP. II 2782 (*Cluniae*) -i Romae et divi Augusti. V 3936 (*Veronae*) auguri, -i divi Aug. et Romai. 6431 (*Ticini*) -n Romae et divi Claudii, IIIIvir i. d., pontifex, augur, salius grat(uito) d(ecreto) d(ecurionum). X 131 (*Potentiae*) Mefiti Vtianae sacr.... aed., IIIIvir., q., quinq., -n Romae et divi Augusti. 5393 (*Aquini*) pontif. minori Romae, tubicini sacror. publ. p. R. Quirit., ..., pontif., -i Romae et divi August. perpetuo ex auctor. Ti. Caesaris Augusti et permissu ⟨e⟩ius cooptato coloniae patrono. XII 1121 (*Aptae*). *nota*: CORP. IX 3609 (*Aveiae*) tubicini sacroru, -i Romae, praefecto classis Moesic. (*fortasse unus ex minoribus -bus Romae fuit, v. Dessau Inscr. III p. 572*). **ε** *usus absolutus* (*quae est ambiguitas in universum usus absoluti p. 850, 45 sqq. notata, nescio an nimis confidenter Geiger l. l. p. 21 sq. ubique ad vivi imperatoris cultum* -em *municipalem absolute dictum trahat*): CORP. III 1417 a Aescul. Pergam. et Hygiae sacrum C. Spedius Hermias -n col. Sarm(izegetusae) pos. 5630 P. Ael. Flavi dec. et IIvir. et -is Ael. Cetiensium. 14468 (*Apuli*) ⟨Aes⟩culapio et H⟨yg⟩iae ... ⟨B⟩assinus dec. col. Apul., IIvir col. Nap., flam. col. Drob(etae), flam. munic. Dier(nensis). V 7913 (*Cemeneli*) -is civitatis. XII 2606 (*Genavae*) augur, pontif., IIvir et -n in col. Equestre. XIII 1674 (*Lugduni*) Iovi o. m. Q. Adginnius ... Martinus Seq., sacerdos Romae et Aug. ad aram ad confluentes Araris et Rhodani, -n, IIvir in civitate Sequanorum. CORP. II 1074 -n, IIvir. 2126 aed., -n, IIvir municipí. 3571 IIvir. III, -i IIII. 3864 (*Sagunti*) aed., IIvir, flam. bis, salior. mag., quaestori. 3865 (*ibid.*) aed., IIviro II, -i II, quaestori, saliorum magistro. 4267. 6014 (*Liriae*) flam. bis. III 611 (*Dyrrachii*) eq. R., aed., IIvir. q⟨q.⟩, -i, augur⟨i⟩, patrono col. Dy⟨rr.⟩. 1503. 6835/7. 10496 (*Aquinci*) dec. col. Aq., dec. m(unicipii) ⟨Sin⟩g(iduni), IIvir, flam., sacerdos arae Aug. n(ostrae) p(rovinciae) P(annoniae) infer(ioris). 14359[3] (*Carnunti*) flam. o⟨mn.⟩ honorib. perfuncto. V 335 flam., patron. colon. Iul. Parent. 2071 (*Feltriae*) eq. publ., Lauren. Lav., dec., flamin. VIII 7117. 8461 sacerdos Domini Saturni et flam. 9374 (*Caesareae*) aed., IIvir., flamin(i) (*cf.* 9404 [*ibid.*] aedil., IIvir., -i Au⟨g ⟩). 9773 (*Portu m.*) aed. II, flam. II, q(uin)q(uennali). X 5829 (*Ferentini*) IIIIvir. i. d. quinq., flamin. et patron. municipi. XI 378 (*Arimini*). 414. 6014 (*Sestini*) aed., IIIIvir., flam., auguri. 6123 (*Foro Sempronii*) IIvir. quinq., quaestori, patrono municipi, -i. XII 1114 IIIIvir., flam., augur. col. I(uliae) Apt(ae). XIII 412 (CARM. epigr. 260, 1) -n item dumvir (*sc. Tarbellorum*). 1577. 11040 flam. it⟨erum?⟩. XIV 341 eq. ⟨R.⟩ decurioni ... coloniae Os⟨tiensis⟩, -i, praetori II sacra Volkani ⟨fac. ei⟩demque sodale Arulen⟨si⟩, decurioni Laurentium vici Aug. INSCR. Revue archéol. 1907, 2 p. 463 n. 154 (*a. 32/3*).

fleo, flēvī, flētum, flēre [*vox onomatopoetica. cf. slavon.* blějati *theodisc.* blæjen '*balare*'. *Th.*]. *de formis: perf. in* -vi *legitur inde a* PLAVTO (Pseud. 100 fleveris) *ut* POLLIO Cic. epist. 10, 32, 3 VERG. ecl. 3, 78. 10, 13 flevere. 10, 15 fleverunt. georg 4, 509 flevisse (flesse *R*). Aen. 7, 760 flevere. 8, 380 flevissem. HOR. epod. 14, 11 flevit. carm. 2, 9, 17 flevere. TIB. 1, 9, 29 flevisse. LYGD. 6, 40 flevisti. ELEG. Maec. 1, 137 flevere. PROP. 1, 15, 10 fleverat (1, 20, 16. 2, 14, 6). 2, 16, 54 flevit (3, 7, 41. 4, 4, 29). OV. epist. 10, 43 flevi. 19, 199 flevere *etc. formae contractae*: flesti: OV. epist. 5, 43. 45 AVSON. 163, 25 p. 32 P. flemus (= flevimus): PROP. 2, 7, 2. flerunt: VERG. georg. 4, 461 OV. met. 6, 394 VAL. FL. 4, 374 STAT. silv. 2, 1, 175. flesset: OV. rem. 606 LVCAN. 6, 307. 7, 37 STAT. silv. 2, 1, 145. flesse: [VERG. georg. 4, 509 *cod. R*] OV. ars 2, 188. 3, 38 LIV. 30, 44, 7 PLIN. nat. 7, 79. 9, 172 STAT. Theb. 3, 200 VIR. ill. 81, 2 SVLP. SEV. carm. 1, 51, 3 AMM. 22, 3, 7 HIER. epist. 60, 18, 1. flerat: PRVD. perist. 10, 705. *creberrima omnino forma est part. praes.* flens; *gen. plur.* flentium *extat* PAVL. FEST. p. 163 SEN. benef. 6, 24, 1 TERT. adv. Marc. 4, 14 VVLG. iud. 2, 5 Iob 30, 34 PRVD. cath. 7, 175. flentum: STAT. Theb. 7, 409. *nota etiam vitium prosodiacum* CARM. epigr. 610, 8 flēverunt (*seq. in v.* 610, 9 flēvere). *forma barbara: praesens* flevoo (*a* flevi *retrograde*) VISIO Pauli p. 39, 18; *eadem forma pro futuro legitur* p. 35, 11, *nisi corrigendum est* fleuo. *de sensu*: SERV georg. 4, 513 -et ὀδύρεται. Aen. 11, 59 -ere enim est cum voce lacrimare. auct. Aen. 11, 211 maerere ..., -ere ubertim lacrimas demittere, plorare ... lugere (= ISID. diff. 1, 227). DIFF. ed. Beck p. 66 lacrimare levis strictura cordis est, -ere gravioris affectus est, plorare violentioris. GLOSS. -o ὀδύρομαι. θρηνῶ. -et plorat. *legitur inde a* NAEV. ENNIO PLAVTO *per totam latini-*

[Gudeman]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tatem. deest RHET. Her. GERM. CELSO PERS. GELL. FIRM. math., *singulis locis habent* LVCIL. VELL. COLVM. FLOR. epit MIN. FEL. FIRM. err., *binis* LVCR. PHAEDR PLIN. epist. FRONTO, *ternis* TER NEP. MANIL IVV., *frequentant* CIC. (*39ies*) VERG (*21ies*) TIB (*14ies*) PROP (*30ies*) OV. (*127ies*) SEN. rhet. (*50ies*) SEN. phil. (*91ies*) VAL. FL. (*27ies*) STAT (*51ies*) VVLG. (*110ies*). [*dubia vel corrupta* NOVIVS Atell. 11 CIC. Att. 16, 1, 1 PROP. 3, 7, 46 OV. met. 9, 405 MANIL 4, 13 SEN. contr. 9, 6, 1 PETRON. 44. 124 v. 273 SEN. Herc. O 1739 Phaedr. 1118 PLIN. nat. 32, 121.]

I ***intransitive:*** **A** ***proprie*** *i. q lacrimas effundere, lacrimare necnon plorare* (*cf.* PAVL. FEST. p 230 plorare -ere nunc significat et cum praepositione implorare): **1** *absolute*: a NAEV. carm frg. 4 -entes ambae abeuntes lacrimis cum multis. ENN. ann. 103 maerentes, -entes, lacrimantes. PLAVT. Asin 33. Cist. 123 ens abiit (132. 192 [OV. epist. 5, 43 -esti discedens 17, 117 digredimur -entes]). Epid. 601 ne -e. *al.* TER. Andr. 136. Phorm 521. LVCIL. 954 alieno in funere. ASELL. hist. 110. MET. NVM or. frg. Gell. 15, 14, 2 SISENNA hist. 47 VARRO rust. 1, 69, 2 AFRAN. com 212. CIC. Verr. 1, 6 (*22ies in oratt.*). de orat. 1, 245 lapides mehercule omnes -ere ac lamentari coegisses 2, 193 -ens ac lugens dicere videbatur (ITALA Matth. 5, 4 [Tert. patient 11] -entes atque lugentes [*οἱ πενθοῦντες*, VVLG. qui lugent] VVLG. II reg. 19, 1 II Esdr. 1, 4. 8, 9 Marc. 16, 10 Luc 6, 25 apoc. 18, 11. 15. 19 BACHIAR. repar. laps 19). 2, 197 ut dolere, ut -ere possitis (APVL met. 4, 34 tunc dolere, tunc -ere, tunc me ... lugere debuistis. HIER. epist. 45, 6, 1 -ens dolensque). Brut. 90 fin. 2, 97 Tusc. 1, 96 rep. 6, 14 Att. 6, 1, 8. 6, 2, 9. 16, 7, 5 epist. 15, 2, 6. ad Q. fr. 1, 3, 1 quem -ens -entem ... dimiseras. POLLIO Cic. epist. 10, 32, 3 CATVLL. 3, 18. 61, 83. 86 CAES. Gall. 1, 20, 5. 1, 27, 2. 1, 31, 2. 1, 51, 3. 1, 76, 1. 7, 26, 3. 7, 78, 4 civ. 3, 98, 2 BELL. Alex. 24, 3 CINNA carm. frg. 8 NEP. Alc. 6, 4 Thras. 2, 3 Att. 22, 2. VERG. georg. 4, 461 -erunt Rhodopeiae arces altaque Pangaea et Rhesi Mavortia tellus. 4, 509 Aen. 2, 279. 11, 454 -ent maesti. *saepe.* HOR. epod. 11, 16 sat. 1, 5, 93. 2, 1, 46 qui me commorit ... -bit (*i. plorabit*). ars 101 -entibus affient (adsunt *trad.*) humani vultus, si vis me -ere (*i. lugere*) dolendum est primum ipsi tibi. *al.* TIB. 1, 1, 61. 63 1, 9, 29. 1, 10, 55 *al.* LYGD. 2, 12. 6, 40 PROP. 1, 18, 15. 2, 5, 8. 2, 16, 54 -vit et ipse deus (LVCAN. 1, 556. VVLG. IV reg. 8, 12 quare dominus meus -et?) *saepe.* OV. epist. 3, 24. 5, 45 -esti et nostros vidisti -entis ocellos, miscuimus lacrimas. 8, 61. 77 -bat avus -batque (*G et Planudes, quod magis Ovidianum*, Phoebique *P*) soror. *saepe.* am. 1, 7, 4. 3, 6, 57 quid -es et madidos lacrimis corrumpis ocellos. ars 1, 533. 2, 201 riserit, arride; si -bit, -ere memento. *al.* rem. 128. 215. 690 met. 1, 367. 7, 863 -entibus haec lacrimans heros memorabat. 10, 41 exsangues -bant animae. 14, 305 -entem -entes amplectimur. 14, 420 *persaepe.* trist. 1, 3, 17 uxor amans -entem -ens acrius ipsa tenebat. *saepe.* Ib. 239 Pont. 1, 2, 151. 1, 4, 53 narrare meos -enti -ens ipse labores. 3, 1, 102 -endi copia. *al.* fast. 1, 363 *saepe* EPIST. Sapph. 110 EPICED. Drusi 7 leges ...-endi. 117 -endi mora. 201 concordia -endi. 468 -endi ... causa (SEN. contr. exc. 4, 1 STAT. Theb. 10, 568). *al.* LIV. 3, 30, 4. 8, 24, 15. 25, 37, 9. 26, 49, 11 *al.* RVT. LVP. 2, 4 SEN. contr. 1, 1, 14. contr. exc. 4, 1 finem -endi (SEN. dial. 12, 5, 3). *persaepe.* VELL. 2, 7, 2 VAL. MAX. 3, 8 ext. 4. 6, 3, 6. 8, 1 abs. 2 SEN. Herc. f. 581 Herc. O. 193. 1275 -entem gementem ... me terra vidit (Med. 950. dial. 6, 2, 4 tempus -endi gemendique. 11, 2, 2. nat. 3 pr. 12 -ere, queri et gemere. PETRON. 74, 13 MART. 11, 71, 3 HIER. epist. 23, 4 AVG. in psalm. 127, 8. *cf.* STAT. silv. 2, 1, 35 confer gemitus pariter -eamus. Theb. 3, 200 -esse ... gemituque ... aequasse parentis). SEN. Oed. 954 Phaedr. 1122 Phoen. 307. Thy. 953 -endi ... cupido. Tro. 812 -endi modus. *al.* benef. 6, 24, 1. dial. 1, 5, 7 quid gaudeas, quid -eas (MART. 1, 68, 2 QVINT. inst. 6 pr. 8. VVLG. Rom. 12, 15 gaudere cum gaudentibus, -ere cum -entibus). 2, 6, 7 qui -ent, lamentantur. 9, 15, 2 hic ... -bat, ille ridebat. 12, 4, 2 -endi ... materia. epist. 63, 2 ius -endi. *persaepe.* OCTAVIA 874 CVRT. 3, 5, 5. 4, 10, 32. 5, 10, 14. 7, 2, 5. 7. 9, 6, 15 LVCAN. 2, 40. 233 *al.* PETRON. 75, 2. 96, 4. 111, 3 *al.* LAVS Pis. 47 -et si -ere libet. CALP. ecl. 3, 47 PLIN. nat. 7, 3. 4. 79 nec -esse multos. 8, 21. 34, 90 VAL. FL. 1, 316. 3, 722 -et ... Aeacides, maerent Poeantia corda. 4, 374 -vit Amymone, -erunt Messeides undae, -vit ... Hyperia. *al.* STAT. silv. 2, 1, 15 -endi voluptas. Theb. 9, 347 silvae -istis (12, 415). 12, 408 tempus erit lacrimis ... -bitis. *persaepe.* MART. 4, 59, 1 -entibus Heliadum ramis (MAR. VICTOR aleth. 1, 241). 7, 47, 5 securaque -bat tristitia et lacrimis iamque peractus eras. *al.* QVINT. inst. 1, 3, 6 *saepe.* decl. 247 p. 9, 27. 315 p. 242, 18 -bo, plangam (QVEROL. p. 45, 17 VVLG. gen. 23, 2 Ezech. 24, 23 Luc. 8, 52 Ioh. 16, 20 apoc. 18, 9). *saepe.* IVV. 3, 101. 10, 30 TAC. hist. 2, 29. ann. 3, 2 disiecti et -entes. 11, 3. 16, 34 -entes queritantesque. PLIN. epist. 2, 1, 10 SVET. Nero 43, 2 AMPEL. 14, 20 APVL. apol. 82. 94 met. 2, 26. 4, 24. 25. 27. 10, 2 PS. APVL. Ascl. 25 TERT. pudic. 2 resurr. 57. scorp. 15 -entes et orantes (VVLG. I Esdr. 10, 1 Esth. 8, 3). NEMES. cyn. 38. CARM. poet. min. V 76, 2, 20 -et nisi -enda videt. FIRM. err. 22 DON. Ter. Ad. 329 AMM 18, 3, 2 HIER epist. 7, 3, 1. 38, 1 *saepe.* VVLG gen. 21, 16. II reg. 3, 34 congeminansque populus omnis -vit. Sirach 3, 4 tempus -endi et tempus ridendi (*cf. supra l. 62*). Ioel 1, 5 -ete et ululate. Matth. 5, 38 -entes et eiulantes (SVLP. SEV. Mart. 7, 2). *persaepe.* PRVD. c. Symm. 1, 492 cath. 7, 175 PAVL. NOL. epist. 5, 19 AVG. civ. 2, 11 p. 108 D. *persaepe.* SVLP. SEV. dial. 1, 20, 7 *saepe.* CASSIOD in psalm 50 CORIPP. Ioh. 3, 196 CARM. epigr. 80, 4. 1607, 4 *passim.* *nota sensum praegnantem*: PROP. 2, 7, 2 -emus (*i. -entes oravimus*) ..., ni nos divideret HYG. fab. 257 -ere coepit, ne amicus pro se periret. *quasi metonymice*: PROP. 1, 18, 6 quod mihi das -endi (*i. lugendi*) Cynthia principium? *de equis*: SVET. Iul. 81, 2 equorum greges ... comperit pertinacissime pabulo abstinere ubertimque -ere.

b *accedunt locutiones praepositionales*: de: CIC. Verr. 2, 76 -bat uterque non de suo supplicio. CAPITOL. Aur. 28 quid de me -bis. pro: CIC. p red. in sen. 37 pro me ... -entes (p red ad Quir. 13). HIER. epist. 54, 7, 2 pro peccatis suis. in: PVBLIL. D 8 didicere -ere feminae in mendacium. PROP. 1, 5, 30 in alterius ... -ere sinu (SEN. contr. 7 [6], 6 [21], 16 in sinu filiae. VAL. FL. 7, 251. QVINT. decl. 349 p. 349, 8 in pectus meum). SEN. contr. 4 pr. 11 in qua *declamatione* -vit. PRISCILL. tract. 1, 31 in quo -vit, in planctibus. COMM. instr. 2, 2, 11 pars in sententia -bit. ob: TIB. 1, 1, 52 quantum est auri pereat potiusque ... quam -eat ob nostras ulla puella vias. super: STAT. Theb. 5, 226 -et super ... Cydimon. VVLG num 20, 30 -vit super eo. Iob 30, 25 Luc. 19, 41. 23, 28. ad: SVET. Nero 49, 1 -ens ad singula. contra: VVLG. num. 11, 13 contra me. coram: VVLG. num. 11, 20 coram eo (iud. 20, 23. 26 IV reg. 13, 14. 22, 19).

c *seqq. adverbia vel locutiones adverbiales*: CIC. Phil. 2, 77 uberius (SEN. contr. 9, 2 [25], 7 ubertim [PETRON. 72, 1 SVET. Iul. 81, 2 Tit 10, 1 FRONTO p. 74, 3 N. p. 168, 16 APVL. met. 3, 1. 5, 5 OPTAT. 7, 3 p. 172, 6. 173, 9]). OV. rem. 470 stulte. SEN. dial. 9, 2, 3 diutius (CVRT. 4, 10, 34 diu [PETRON. 17, 2 STAT. Theb. 10, 381]). 12, 6, 4 immodice (epist. 63, 14). epist. 99, 24 effusissime (CVRT. 9, 3, 3 effusius). CVRT. 4, 10, 30 non parcius. PETRON. 137, 5 vehementius (AMBR. exc. Sat. 1, 4). STAT. Theb. 3, 717 incassum (TERT. anim. 34 frustra). 9, 766 saucius. PLIN. epist. 9, 21, 1 multum. PACIAN. epist. 3, 10 amarissime (ORIG. in Matth. 12, 22. amare: HIER. epist. 42, 2, 3 VVLG. Is. 22, 4. 33, 7 *al.* GREG. M. in Ezech. 1, 4, 7). AMM. 24, 4, 25 ultimum (31, 8, 8 ultima). HIER. epist. 39, 4, 2 iuste. 45, 6, 1 raptim. PAVLA Hier. epist. 46, 13, 4 crebro. VVLG. I reg. 1, 10 largiter. AVG. civ. 3, 14 p. 113 D. culpabiliter. COMM. apol. 1038 pie. VAL. CEM. hom. 8, 5 profusius. PROP. 3, 24, 26 ab insidiis (*i. insidiose*) ... -ere soles. PANEG. 8 (5), 9, 6 gaudio (VVLG. Tob. 11, 11 prae gaudio [PASS. Petr. Paul. long. 3]). AMM. 20, 11, 5 cum gemitu. VVLG. gen. 27, 38 cumque eiulatu magno. iud. 21, 2 magno ululatu. Ruth 1, 9 elevata *voce* (1, 14. II reg. 15, 23 voce magna. I Esdr. 3, 12). II reg. 13, 36 ploratu magno. IV reg. 20, 3 fletu magno (I Esdr. 10 fletu multo. Is. 38, 3). CARM. epigr. 969 parveis -ere ... lachrymis.

2 *seq. dativ. commodi*: PLAVT. Pseud. 100 nisi tu illi lacrumis (drachmis *trad.*) -veris argenteis. STAT. Theb. 11, 108 fertur ... solus ...-ere sibi. SALV. eccl. 3, 88 homines sibi (*erasum in A*). PROP. 1, 12, 15 praesenti -ere puellae (*i. coram puella*). *ambigi potest de his locis*: TIB. 1, 10, 64 quo (quoi?) tenera irato -ere puella potest. PROP. 1, 15, 10 desertis olim -verat aequoribus (*fortasse melius pro abl. loci habetur*).

3 *seq. ablat.*: NEMES. cyn. 38 -entes germani funere.

4 *seq. acc. c. inf.*: VERG. ecl. 3, 98 me discedere -vit. TIB. 1, 10, 56 -et sibi dementes tam valuisse manus. PROP. 1, 7, 18 longe castra tibi ...-bis in aeterno surda iacere situ. 2, 27, 7 obiectum -etis caput esse tumultu. 3, 9, 37 non -bo in cineres arcem sedisse paternos. OV. epist. 1, 18 -bam successu posse carere dolos. am. 1, 7, 16. VAL. MAX. 9, 13 ext. 1 mortalem se esse natum. VAL. FL. 7, 575 MART. 8, 56, 8 CLAVD. 8, 376 AVG. civ. 1, 6 p. 11 D. 3, 13 p. 111 CORIPP. Ioh. 2, 474. 3, 444 CARM. epigr. 988, 2. *possunt huc referri*: VERG. ecl. 5, 21 extinctum ... Daphnin -bant. Aen. 5, 614 amissum Anchisen -bant (HOMER. 1015 -ent ... amissum Phryges Hectora). catal. 11 (14), 6 te raptum (HOR. epist. 1, 17, 56 periscelidem raptam sibi -entis). HOR. carm. 1, 5, 6 quotiens fidem mutatosque deos -bit. OV. trist. 4, 10, 79 non aliter -vi quam me -urus ademptum ille fuit. MART. 8, 56, 8 -bat et abductas ... oves.

B ***translate*** *i. q. stillare, fluere, de rebus* (*cf. p. 901, 82*): LVCR. 1, 349 in saxis et speluncis ... uberibus -ent omnia guttis. SEN. Thy. 702 -vit in templis ebur. PRVD. cath. 5, 24 imbrem de madido -ere cacumine (*de candelis*).

II ***transitive:*** **A** *i. q. deplorare, complorare, deflere*: **1** *aliquem vel passive*: PLAVT. Capt. 139 illum non -eam? egon non defleam talem adulescentem? VARRO (Ps. Naev.) carm. frg. 3 immortales mortales si foret fas -ere, -rent divae Camenae Naevium poetam. CATVLL. 39, 5 unicum mater. VERG. ecl. 10, 13. 15. Aen. 6, 481 hic multum -eti ... Dardanidae. 7, 760 CIRIS 360 HOR. carm. 2, 9, 17 TIB. 1, 9, 79. 2, 4, 46 bona ... -bitur ante rogum. ELEG. in Maec. 1, 137 OV. epist. 8, 86. 10, 45 me mea lumina -rent. 18, 124 nata -eatur. 19, 199 ars 1, 337. rem. 494 cum tibi -endus eris (*i. cum de te -ere debes*). met. 11, 46 te carmina saepe secutae -verunt silvae (*in re personata*). 14, 474 Graecia tum potuit Priamo quoque -enda videri (*i. digna fletu.* trist. 1, 1, 122 *Fortuna* -endaque nunc, aliquo tempore laeta fuit). fast. 4, 855. 5, 179 *al.* EPICED. Drusi 63. 442. GRATT. 66 -et adhuc et porro -bit Adonin. SEN. contr. exc. 5, 2. 9, 6 (29), 8. 17. 10, 1, 5 SEN. Ag. 655. Herc. O. 1835 aeterna virtus Herculem -eri vetat (dial. 9, 16, 4). 1874. 1896 Phaedr. 1117. Tro. 98 Hectora (110).

[Gudeman]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1099. 1170 coniugem an patriam -eam? dial. 5,25,1. 6,25,3 *al.* epist. 63, 12. 99,7 OCTAVIA 61. 511. 882. CVRT. 10, 5, 22 simul mortuos vivosque. LVCAN. 7, 37. 9, 1048 qui tibi -endus erat. PLIN. nat. 9, 172 VAL. FL. 5, 429. 6, 318. 496. 8, 94 SIL. 5, 543. 14, 514. STAT. silv. 2, 6, 19 gemit . . . peremptum Parthus equum fidosque canes -vere Molossi (*sed fortasse peremptos esse supplendum. v. p. 900, 52 sqq.* CAPITOL. Maximin. 31, 2). 3, 3, 12 pater est qui -etur. Theb. 4, 561 -etique nepotes. 8, 553. 9, 569. 879 *al.* MART. 1, 33, 1. 9, 86, 4 QVINT. decl. 381 p. 426, 2 TAC. ann. 2, 71. MIN. FEL. 23, 4 Iovem narrat Sarpedonem filium . . . cruentis imbribus -isse. TERT. adv. Prax. 27. SPART. Hadr. 14, 5 quem *Antinoum* muliebriter -vit. Carac. 3, 5 CAPITOL. Pius 10, 5 IVST. 23, 2, 10. 28, 4, 4 AVIEN. orb. terr. 312. 426 AVSON. 24, 7. 163, 25. 168, 1 caros -etos. 182, 9. AMBR. exc. Sat. 1, 4 cur ego vehementius -eam fratrem? *al.* HIER. epist. 39, 2, 1. 39, 4, 4. 5. 39, 6, 3 *al.* VVLG. gen. 50, 3 deut. 21, 13. 34, 8 Ier. 22, 10 AVG. civ. 3, 11 p. 109 D. DRAC. Orest. 457 CORIPP. Ioh. 1, 396. 3, 357 LIB. iubil. 27, 14. CARM. epigr. 445, 1 infans . . . -enda (1560[B], 1). 755, 7.

2 *aliquid*: CIC. carm. frg. 33 (Tusc. 2, 21), 24 gentes nostras -bunt miserias (AMM. 29, 2, 3 HIER. epist. 60, 16, 5). CATVLL. 96, 4 amicitias. PVBLIL. N 58 necessitatem ferre non -ere addecet. LVCR. 3, 934 quid mortem congemis ac -es? (PVP. epigr. 1 SEN. rem. fort. 13, 1 HIER. epist. 60, 18, 1). Aen. 8, 380 durum Aeneae . . . laborem (VAL. FL. 6, 756. 7, 200). catal. 11 (14), 6 te raptum et Romanam -bimus historiam. HOR. carm. 1, 25, 11 moechos. PROP. 2, 7, 2 edicta. 3, 7, 41 *sociorum* iacturam -vit Vlixes. 3, 12, 13 aliquid de te -endum referatur in urna. 4, 4, 29 sua . . . vulnera (STAT Theb. 8, 446). OV. epist. 18, 88 ne . . . virtus sit tua -enda mihi. am. 1, 12, 1 meos casus (trist. 4, 3, 37 MANIL. 5, 559 PHAEDR. 2, 7, 10 SEN. Herc. O. 583 1904 CARM. epigr. Engstr. 326). met. 4, 426 inultos -ere dolores (9, 142). trist. 3, 11, 37 fortuna (*cf. p. 900, 80*). Ib. 16 funera (Pont. 1, 9, 17 LVCAN. 2, 119 AVSON 159, 18 CARM. epigr. 1391, 12). *al.* EPIST. Sapph. 7 -endus amor meus est: elegi flebile carmen. SEN. contr. 7, 1 (16), 12 idem doluimus, idem -vimus (*cf. l. 77*). contr. exc. 8, 6 nuptias filiae tamquam naufragium meum -vi. 10, 3, 1 Caesar Pompei caput -vit. PHAEDR. 1, 2, 6 tristem servitutem. SEN. Herc. f. 258 Thebas. Ag 669 ruinas (Herc. O 179 CASSIOD. inst. div. 3 p. 1114[C]). Herc. O. 585 dubios . . . toros. 1883 Herculeos . . . obitus. Tro. 1060 luctus. dial. 4, 10. 5 aut ridenda omnia aut -enda sunt. 10. 17, 1 potentiam. epist. 99, 8 factum. *saepe*. LVCAN. 2, 165 laceros artus. 3, 452 annum (*i. anni proventum*). 6, 307 clades. VAL. FL. 1, 552 quot ad Troiam -entes hiberna Mycenas (*i. milites Mycenenses*). 2, 578 promissa infida tyranni iam Phryges et miserae -bant discrimina Troiae. 4, 448 diversis erratum casibus orbem amissas aut -ere domos aut dulcia tempus lumina. SIL. 4, 800 an -endae . . . Aegates et . . . Punica regna forent (AVSON. 417, 116). 6, 314 horrida fata. STAT. silv. 2, 1, 213 interitus (AMM. 29, 6, 6) 5, 1, 204 rogum. Theb. 7, 409 occursus. 11, 378 exilia erroresque. *al.* MART. 6, 28, 10 qui -es talia, nil -eas, viator. 6, 68, 1 nefas vestrum (14, 75, 1) QVINT. decl. 316 p. 214, 19. TAC. ann. 6, 10 filii necem (AMM. 22, 3, 7). APVL. met 1 12 Calypsonis aeternam solitudinem -bo TERT resurr 22 Babylonis exitum PORPH. Hor epod 11, 12/14 iniuriam 17, 81 impotentiam PANEG. 12 (2), 25, 2 securitatem. LAMPR. Heliog 24, 4 mendicitatem publicam. VIR. ill. 68, 1 OPTAT. 3, 2 p. 69, 20 FILASTR 92, 2. AVSON. 325, 9 flores. AMM 28, 2, 8 exitium. AMBR epist 6, 14 fletum magnum *fig. etymol.*). VVLG iud 11, 38 virginitatem. PRVD. cath 10, 76 -eto . . . sepulcro. perist. 3, 21 -ere rosas (*v. s.* flo *p. 914, 63*). CLAVD. 15, 37 lugenda Getis et -enda Suebis hausimus (*i. pertulimus cf. p 899, 20*). carm. min. app. 2, 103 -etamque colonis Arcadiam. PAVL. NOL. carm. 31, 424. AVG civ. 22, 22 p. 606 D. vitae . . . calamitas COD. Theod 9, 42, 13 (*a. 393*) aerumnas suas nuditatemque (*i. egestatem*) DRAC. laud. dei 3, 380 bellorum prospera. ENNOD opusc. 3, 92 p 354. 10, 5 p. 420 GREG. M. in Ezech. 1, 8, 2. 2, 1, 7 CARM. epigr 1401, 6 *passim*. *sensu praegnanti i. q versibus aliquid deplorare*: PROP. 1, 9, 10 quid tibi . . . prodest grave dicere carmen aut Amphioniae moenia -ere lyrae? (*i. Thebas*). DOM MARS carm. frg. 9 ne foret aut elegis molles qui -ret amores aut caneret forti regia bella pede. HOR. epod. 14, 11 *Anacreon* cava testudine -vit amorem non elaboratum ad pedem. MART. 7, 14, 5 Stellae cantata meo quas (*sc. delicias puellae*) -vit Ianthis, cuius in Elysio nigra columba volat. 8, 56, 20 *Vergilius* . . . Culicem -verat ore rudi. AMM. 31, 13, 19 certamina multa fabulosae neniae -vere Graecorum. *i. q. lacrimosa voce declamare*: COLVM. 10, 350 feralia carmina. *nota figuram*: HOMER. 14 Chryses . . . raptae -vit solacia natae, *i. per hypallagen pro* rapta . . . solacia natae.

3 *passive et impersonaliter*: TER. Andr. 129 -etur (QVINT. inst. 1, 4, 28. APVL. met. 4, 33 maeretur, -etur, lamentatur diebus plusculis. SIDON. epist. 5, 14, 3 oratur, psallitur, -etur). SEN. contr. exc. 4, 1 super amissos tres liberos patri -endum sit (*cf. p. 900, 29*). 4, 5 lugendum est, -endum est (*cf. p. 899, 20*). QVINT. inst. 11, 1, 52 sententiolisne -endum erit? HIER. epist. 22, 18, 2 an non -endum est, non gemendum, cum (*cf. p. 899, 53*). VVLG. Zach. 7, 3 numquid -endum est mihi. MAR. MERC. subnot. 3, 2 ridendum ergo, immo -endum in te est, quod.

B ***translate*** *i. q. stillare* (*cf. p. 900, 45*): PRVD. perist. 10, 705 quem *sanguinem* plaga flerat (*i. effecit, ut stillaret sanguis*) roscidis livoribus.

part. praes. pro adi. **flēns,** -entis, *sed hic illic dubites an notio verbalis praevaleat*: PLAVT. Amph. 256 ad nos veniunt -es principes. VERG. Aen. 6, 427 infantumque animae -es. PROP. 3, 12, 31 thalamum Aeaeae -is fugisse puellae (STAT. silv. 4, 6, 105). 3, 20, 29 -i dominae. OV epist. 19, 75 vultus. MANIL. 5, 577 parentis. PLIN. nat. 34, 70 matronae. VAL. FL. 1, 527 sorores. STAT. silv. 5, 1, 160 maritum (APVL. met. 8, 8). Theb. 7, 71 catervae. MART. 1, 78, 3 amicos. 8, 44, 15 eunuchos. IVV. 7, 146 matrem. HIER. epist. 21, 21, 1 ecclesia. VVLG. num. 11, 10 populum. *substantivi vice*: PAVL. FEST. p. 163 querimonia -ium. TERT. adv. Marc. 4, 14 p. 462 consolatione pauperum et humilium . . . et -ium. VVLG. iud. 2, 1 ascenditque angelus . . . ad locum -ium (2, 5). PRVD. cath. 7, 175 fautrix -ium.

part. perf. pass. pro adi. **flētus,** -a, -um; *mediali sensu fere i. q. -ens*: APVL. met. 7, 27 mater . . . -a et lacrimosa fuscaque veste contecta.

part. fut. pro adi. **flētūrus,** -a, -um: OV. met. 8, 291 -i vota coloni. VAL FL. 5, 138 -usque pater (*i. Mars*).

flētifer, -a, -um *a* fletus *et* ferre. *i. q. stillans*: AVSON. 325, 74 inque paventem gemmea -i iaculatur (*Myrrha*) sucina trunci.

flētus, -ūs *m. a* flere. GLOSS. pluraliter dicitur -i (*desunt nunc exempla*) et -us. *gen. plur.* -uum: APVL. met. 3, 7 AVSON. 452, 4 ANON. ad spons. Chr. Migne 18 p. 80, 5 AMBR. obit. Valent 5 HIER. adv. Pelag. 2, 22 vita Hil. 13 sit. et nom. p. 110, 27 VVLG. Is. 22, 5 PETR. CHRYS. serm. 20 p. 256[B] SALV. eccl. 2, 21 SIDON. epist. 3, 3, 5. *cum apice*: CARM. epigr. 1075, 4 flétibus. *de notione*: SERV. Aen. 6, 427 sane ploratus tantum lacrimarum est, planctus tantum vocum, -us ad utrumque pertinet, quae plerumque confundunt poetae (= ISID. diff. 1, 425). HIER. in Mich. 1, 1 *κλανθμόν*, id est -um, transtulerunt (sit. et nom. 110, 27). epist. 106, 54 sive ploratum sive planctum sive -um sive lacrimas dixerimus unus est sensus. GLOSS. -us *ὀδυρμός. κλανθμός. γόος.* lamentatio. luctus. lacrimas. hae(*?*) -us et gemitus. *legitur inde ab* ENN. *per totam latinitatem. frequentant* CIC. (*41ies*) VERG. (*12ies*) OV. (*21ies*) SEN. (*32ies in trag., 10ies in rell.*) LVCAN. (*10ies*), VAL. FL (*13ies*) SIL (*11ies*) STAT. (*36ies*) APVL. (*20ies, nonnisi in met*) TERT. (*10ies*) HIER. (*19ies*) VVLG. (*43ies*) AVG. (*15ies*). [*dubia vel corrupta*: LVCIL. 691 ACC. trag. 275 MANIL. 5, 221 LVCAN. 8, 53 QVINT. decl. 267 p 89, 14.]

i. q. ***lamentatio, ploratus,*** *planctus sim. fere ubique cum lacrimis necnon metonymice i. q. lacrimae ipsae dolorem tacitum exprimentes, praecipue apud poetas et* ECCL. (*opp.* risus, laetitia, gaudium): ENN. frg. var. 17 nemo me dacrumis decoret nec funera -u fecit. LVCIL. 691 nullo honore, ⟨lu⟩dis, -u (pletu *codd., corr. Iunius*) ⟨nullo⟩ nullo funere. CIC. Verr. 6, 163 -u . . . commovebare? (VERG. Aen. 4, 439 movetur -bus [SEN. Herc. f. 1274 AVSON 72, 3 HEGES. 5, 32]. ASCON. Mil. p. 36, 26 St. VAL FL. 4, 76. SVLP SEV. epist. 2, 16 in -us commoveo?). Mil 92 in nostro omnium -u nullam lacrimam aspexistis Milonis. Lig. 13 in nostrum -um irrumpes? de orat 2, 189 ut ad -um . . . deducatur (Brut. 332 ad -um . . . adducere. epist. 14, 1, 5 te in . . -um adducam. *aliter* VERG Aen. 4, 463 longas in -um ducere voces). Brut 290 risus *sint* cum velit, cum velit -us *sint*. Att. 11, 9, 3 -u prohibeor. 11, 15, 3 -u reprimor. 12, 15 *-ui* repugno. *al.* CORP I[2] 1213 (= CARM epigr. Engstr. 59) 4 monumentumque eius -u ac muneribus replent. CATVLL. 64, 242 in assiduos absumens lumina -us. 66, 63 68, 55 tabescere lumina -u. 99, 5. 101, 9 manantia -u (PETRON. 89 v. 16 -bus manant genae. IVV 15, 136 manantia -u ora). PVBLIL H 19 heredis -us sub persona risus est. CAES. civ. 2, 4, 3 -u excitati. VERG. georg. 4, 505 Aen. 4, 369 -u ingemuit. 9, 496 -u concussi (HIER epist. 1, 10, 3). TIB 1, 2, 76. 1, 8, 68 -u lumina . . . tument. 3, 10, 21 PROP. 1, 4, 23. 1, 16, 48 amantis -bus . . . differor invidia (CLAVD 18, 83). OV. epist. 15, 240 ne causam -us quaereret. met. 1, 584. 11, 419 -bus ora rigavit (SEN. Phoen. 441 irrigat -u genas. Tro. 411. 965 DRAC. Romul. 2, 132. 6, 95). trist. 3, 5, 12 osque madens -u (SEN. Phaedr. 1121 madent -u genae. OCTAVIA 692 STAT. Theb. 5, 728. 9, 41 CLAVD. rapt. Pros. 1, 268. 3, 442). Ib. 100 -u madidis . . . genis. Pont. 3, 1, 157. EPICED. Drusi 436 immensas -bus auxit aquas. LIV. 25, 37, 10 in . . . se proiecissent -us. 40, 12, 2 perfusum -u. PAVL. FEST. p. 77 implorare . . . est cum -u rogare. SEN. contr. 4 pr. 6 dictionem -u eius interrumpi. contr. exc. 8, 6 -us humanarum necessitatum verecunda execratio est. VAL. MAX. 8, 11 ext. 6. SEN. Tro. 449 deiectus et -u gravis. 765 -us aerumnas levat. dial. 6, 6, 1 si -bus fata vincuntur. 12, 2, 1 per hos exhaustos iam -bus domesticis oculos. 12, 4, 3 *natura* primum nascentium hominum -um (*i. vagitum*) esse voluit. epist. 99, 16 in -us . . . excitantur. OCTAVIA 117 fessa -u lumina. 270 renovare luctus . . . cum -u. LVCAN. 1, 506 revocare . . . maritum -bus (STAT. Theb. 4, 337). 6, 776 maestum -u manante cadaver. 7, 163 signa . . . rorantia -u. 8, 617 aeternam -u corrumpere famam. PETRON. 80, 3. 134 -u confusa (STAT. silv. 5, 3, 217). PLIN. nat. 11, 146. VAL. FL. 1, 643 mulcens mea pectora -u. 3, 704 nulli super Hercule -us? 5, 340 lumina rumpere -u. *al.* SIL. 6, 380 corda . . . mitescere -u. 13, 696 turbato -bus ore (APVL. met. 3, 9 -bus cuncta turbaverat). *al.* STAT. silv. 4, 7, 37 orbitas nullo tumulata -u. 5, 2, 10 quanto manarent gaudia -u. Theb. 2, 338 ora natare -bus. 2, 635 undantem -u galeam. 3, 681 -u signata genas. 5, 750 ne -u violate sacrum, ne plangite divos. 6, 384 os -u . . . tinc-

[Gudeman]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tus (DRAC. Romul. 2, 18 -u lumina tinguis). 7, 461 pectora -u... premunt. 9, 713 -uque genas violata. *al.* MART. 10, 26, 5 frigentia -bus ora. *al.* QVINT. inst. 5, 11, 38 -bus natos, laetitia defunctos prosequuntur. PS. QVINT. decl. 6, 4 litterae -bus tremulae. CARM. epigr. 1036, 6 (*saec. I*) obitum nostrum -bus usque luunt. APVL. met. 3, 7 misericordia -uum affectos. 3, 8 maesta -bus. 8, 20 de -u ac voce ipsius avum ... clamitantis. *al.* TERT. ieiun. 9 potum ... -u miscens utique pro vino. adv. Marc. 5, 11 p. 610 -bus flecti. pudic. 5 -u ingemiscunt. adv. Val. 24 p. 201 liquor... de Sophiae -bus fluxit. PORPH. Hor. carm. 1, 33, 2/3 elegiorum versus aptissimi sunt -bus. NOVATIAN. Cypr. epist. 30, 8 -bus dolentes. FIRM. err. 22, 1 per numeros digestis -bus plangitur *simulacrum*. IVST. 12, 6, 8 in -us progressus. 23, 2, 11 regia ... -bus tam crudelis discidii impleta resonabat. ITIN. [Silv.] 36, 3 tantus rugitus et mugitus totius populi est cum -u. EVTR. 1, 15 -u ... superatus. HIL. myst. p. 7, 27 interpretatio autem nominis Cayn risus est, Abel autem -us. in psalm. 68, 12 *luctus* omnis affectus in -u est ... -us eius in parabolam profecit. ANON. Migne exhort. ad spons. Chr. 80, 5 -uum nostrorum infructuosum humorem. SERV. auct. Aen. 4, 437 -us pro verbis, id est verba flebilia (*metonymice*). AMBR. obit. Valent. 5 ubertatem -uum. 26 -bus meis lavi. 38 -us refrigerant pectus et maestum solantur affectum. PS. AMBR. laps. virg. 8, 34 -us oculorum. HIER. in Is. 22, 5 *Sion* vallis -uum. c. Lucif. 15 pedes domini -u perfunderem. epist. 16, 1, 1 *Ninive* -bus stetit. 39, 2, 1 hic liber -bus scribitur. 45, 3, 2 -bus paene caecata. 60, 1, 3 ut ad -us concitarent (CYPR. GALL. iud. 447 in -u). *saepe*. VVLG. gen. 35, 8 vocatum ... est 'nomen loci illius quercus -us'. 45, 2 elevavit vocem cum -u. IV reg. 20, 3 flevit... -u (I Esdr. 10, 1 Is. 38, 3). Iudith 7, 22 -bus lassati. Iob 16, 17 facies mea intumuit -u. psalm. 101, 10 potum meum cum -u miscebam (*cf. l. 80*). Is. 15, 3 omnis ululatus descendit in -um. 16, 9 plorabo in -u (Ier. 48, 5 plorans ... in -u). Ier. 22, 10 lugeatis super eum -u. 31, 9 in -u venient. Matth. 8, 12 ibi erit -us et stridor dentium (13, 42. 50. 22, 13. 24, 51. 25, 30 Luc. 13, 28). *al.* CLAVD. 15, 74 *vulgi* superbit -bus. 20, 43 (*per imag.*) lapidum -us. AVG. civ. 1, 6 p. 11 D. *al.* agon. 30, 32. CHROMAT. in Matth. 3, 3 lacrimarum -u. BACHIAR. repar. laps. 2 vacare -ui. PHYSIOGN. 78 facilis ad -um. PETR. CHRYS. serm. 20 p. 256[B] effusione -uum. SALV. eccl. 2, 21 infidelitatem -uum et intemperantiam gaudiorum. APON. 7 p. 139 meretrix -bus faciem ... depingens. *al.*

***iuncturae notabiliores*:** **a *verbales: pro subi.*:** cadere: STAT. Theb. 8, 163. cessare: CALP. decl. 10. conquiescere: CIC. dom. 101. consonare: IVL. VAL. 3, 19. contingere: OV. met. 13, 526. currere: PS. QVINT. decl. 6, 6 per ... vultus -us cucurrit. demorari: VVLG. psalm. 29, 6. desinere: APVL. met. 4, 24. destillare: DON. Ter. Hec. 385. erumpere: QVINT. inst. 6, 2, 7. exoriri: VERG. Aen. 5, 765. flectere: CIC. dom. 59 -us ... mentes oculosque flectebat. inflectere: TERT. anim. 1. insequi: SEN. Herc. O. 249. interpellare: CIC. Att. 12, 15. manare: LVCAN. 6, 776 STAT. silv. 2, 6, 89. oriri: LIV. 2, 40, 9. praepedire: TAC. hist. 3, 68 -u praepediente. refrigerare: AMBR. obit. Val. 38. sedare: PROP. 2, 16, 31. sonare: TIB. 2, 4, 37. tinguere: VAL. FL. 7, 483 STAT. Theb. 5, 304. **' *pro obiecto*:** abstergere: CIC. Phil. 14, 34. acuere: VAL. FL. 2, 172. addere: PACVV. trag. 269. adhibere: CIC. Tusc. 2, 55. admiscere: RVFIN. grand. vest. 13 p. 251. asperare: STAT. Theb. 7, 496. assumere: VVLG. Ier. 9, 10. audire: AMM. 29, 5, 12 VICT. VIT. 3, 26. auferre: SEN. Herc. O. 1272 APVL. met. 8, 17 APRING. in apoc. 21, 3/4. bibere: CARM. epigr. 1206, 4. cernere: STAT. silv. 5, 5, 11. cessare: CALP. decl. 10. ciere: VERG. Aen. 3, 345. cognoscere: VERG. georg. 4, 375. cohibere: VAL. MAX. 5, 1, 4. compescere: SEN. Herc. f. 1832 epist. 99, 27. comprimere: EPICED. Drusi 467 SIL. 6, 538 STAT. silv. 2, 6, 12. concitare: SEN. contr. 9, 6 (29), 8. conferre: SEN. dial. 6, 6, 1. coniectare: AVSON. 157, 32. contemnere: VICT. VIT. 3, 26. continuare: CELS. 6, 6, 14. corripere: OV. met. 6, 610. dare: CARM. epigr. 1813, 5. desorbere: SEN. Herc. f. 1285 detergere: DON. Ter. Hec. 385 CLAVD. 20, 375. differre: SEN. Herc. f. 1175. digerere: FIRM. err. 16, 3. ducere: PROP. 1, 15, 40. edere: PHAEDR. 1, 9, 3 CARM. epigr. 59, 10. effundere: VERG. Aen. 2, 271 VAL. FL. 7, 410. elicere: QVINT. decl. 316 p. 245, 8 HIL. trin. 10, 55. emeditari: APVL. met. 2, 27. exagitare: FIRM. err. 16, 3. excipere: LIV. 6, 3, 4 SEN. Tro. 799. excitare: CIC. Sest. 121 CATVLL. 39, 3. exorbere: IVV. 6, 276. exponere: ARNOB. nat. 4, 21. facere: PACVV. trag. 175 CATO or. frg. 9 CIC. S. Rosc. 24 *al.* COLVM. 10, 122 VVLG. Iudith 7, 18 act. 20, 37 ACT. Petr. 1. fatigare: QVINT. decl. 267 p. 91, 6. ferre: VERG. Aen. 4, 437. fingere: CLAVD. 18, 83. finire: VVLG. Iudith 6, 16. flere: ITALA Mich. 2, 4 (Weing.) flebitur -us (*θρηνηθήσεται θρῆνος*, VVLG. cantabitur canticum). *v. etiam p. 901, 53.* fovere: STAT. silv. 5, 1, 247. fundere: OV. met. 11, 672 SEN. apocol. 12 Thy. 967 Tro. 131 STAT. Theb. 12, 582. imitari: SEN. Tro. 717. incipere: APVL. met. 4, 24 ab inceptis -bus avocari. indicare: PVBLIL. P 39. infundere: LVCAN. 9, 59. inhibere: OV. trist. 5, 1, 56. lenire: HOMER. 18. miscere: OV. met. 4, 140 STAT. Theb. 9, 820. mittere: APVL. met. 11, 5. movere: CIC. de orat. 1, 226. omittere: SEN. Tro. 454. ostendere: VAL. FL. 7, 269. permiscere: SIL. 3, 152 CLAVD. 15, 228. proferre: CARM. epigr. 1075, 4 (*saec. I*). recontrare: POTAM. tract. 1 p. 1414[B] -us -bus recontrabat. reddere: SEN. Herc. O. 1872. referre: VERG. Aen. 4, 437. remittere: QVINT. decl. 267 p. 91, 6. renovare: FIRM. err. 3, 4. reprimere: CIC. rep. 6, 15. resorbere: SIL. 12, 594. retinere: CARM. epigr. 649, 1. rumpere: SEN. Tro. 785. siccare: CARM. epigr. 682, 10. simulare: APVL. met. 5, 11. sistere: OV. met. 14, 835 SEN. Phaedr. 1263. solvere: VAL. FL. 7, 383 STAT. Theb. 9, 635. sopire: FIRM. err. 16, 3. spernere: SEN. Phaedr. 855. supprimere: PROP. 4, 1, 113. suspendere: OV. fast. 4, 849. STAT. silv. 3, 2, 50 -us oculorum. tacere: AVG. civ. 1, 6 p. 11 D. tenere: OV. ars 3, 432. trahere: ARNOB. nat. 4, 21. videre: CIC. Planc. 76 SEN. Herc. O. 1268 QVINT. decl. 257 p. 52, 2. vincere: PROP. 3, 24, 27.

b *epitheta*: acerbus: SEN. Oed. 56. alternus: STAT. Theb. 5, 289. assiduus: CIC. dom. 59 Cluent. 16 CATVLL. 64, 242. 68, 55 STAT. Theb. 12, 49 GREG. M. in Ezech. 1, 7, 24. continuatus: CELS. 6, 6, 14. cruciabilis: AMM. 31, 15, 1. decorus: CLAVD. rapt. Pros. 2, 273. dignus: OV. met. 4, 693. diutinus: APVL. met. 4, 34. domesticus: SEN. dial. 12, 2, 1. dulcis: OV. Ib. 208. falsus: STAT. Theb. 9, 601. fraternus: CATVLL. 101, 9. gravis: PHAEDR. 1, 9, 3. immensus: OV. met. 10, 136 INSCR. christ. Rossi II p. 171, 29. immodicus: SEN. epist. 63, 2. impensus: PAVL. NOL. carm. 22, 117. inanis: VERG. georg. 4, 375 LVCAN. 4, 183 CAEL. AVR. chron. 1, 6, 182. ingens: VERG. Aen. 5, 765. internus: FVLG. aet. mund. 7. inutilis: LIV. 25, 37, 10. largus: VERG. Aen. 2, 271. 3, 344. 6, 699 SEN. Phaedr. 1263 LVCAN. 9, 59 SIL. 8, 79 HOMER. 331. longus: TAC. ann. 16, 31. lugens: HIER. epist. 22, 19, 3. lugubris: FIRM. math. 1, 7, 41. maerens: CIC. Tusc. 1, 30. maestus: PROP. 1, 5, 15 OCTAVIA 330. magnus, maximus: RHET. Her. 4, 52, 65 CIC. Verr. 6, 16, 3 Att. 10, 9, 2 epist. 14, 2, 2 CAES. Gall. 1, 32, 1 LIV. 22, 61, 3 TAC. ann. 14, 9 APVL. met. 8, 19 ACT. Petr. 1 CORP. I² 1924 (= CARM. epigr. 69). miser: TIB. 1, 4, 72 FIRM. math. 1, 7, 41. miserabilis: CIC. Brut. 90 LIV. 44, 45, 11. miserandus: CASSIOD. var. 3, 36, 1. modestus: STAT. Theb. 5, 28. muliebris: CIC. Tusc. 2, 57 LIV. 5, 40, 3. 25, 37, 10. multus: TAC. ann. 1, 40. patrius: HOMER. 18. pius: STAT. silv. 5, 1, 32 Theb. 6, 196 7, 529 PRVD. perist. 4, 193. plurimus: SVET. Otho 12. profusus: OV. met. 11, 657. publicus: LIV. 30, 44, 5. saevus: PROP. 3, 16, 8. serus: OV. met. 11, 672. solitus: AMM. 19, 1, 11. suavis: FVLG. myth. 3, 8. subitus: SEN. Thy. 967 CLAVD. rapt. Pros. 1, 268. supremus: PRVD. cath. 9, 44. tacitus: LIV. 3, 47, 4 APVL. met. 9, 38 AMM. 22, 9, 4. tener: CLAVD. 3, 95. 20, 375. tepidus: OV. met. 4, 674. uber: SEN. Med. 388 APVL. met. 6, 2. 8, 13 AVG. civ. 20, 17 p. 445 D. VICTRIC. 1. ululabilis: AMM. 29, 5, 12. vanus: STAT. Theb. 12, 582. varius: CARM. epigr. 1404, 7. violentus: AVG. epist. 151, 3.

c *iuxta posita*: clamor: CAES. Gall. 5, 33, 6. APVL. met. 8, 17 -u cum clamore. concursatio: LIV. 5, 49, 3. compunctio cordis: APRING in apoc. 22, 14. deprecatio: EVTR. 1, 15. dolor: CIC. Att. 11, 7, 6 FRONTO p. 234, 11 N. *adde* STAT. silv. 5, 5, 61 dicere legem -bus aut fines audet censere dolendi. eiulatus: HIER. epist. 46, 1, 3. gaudium: AVSON. 157, 32. AVG. in psalm. 145, 1 -us sine gaudio. VICTRIC. 1 SALV. eccl. 2, 21 SIDON. epist. 3, 3, 5. gemitus: CIC. S. Rosc. 24 SEN. suas. 6, 21 LVCAN. 7, 680 VAL. FL. 7, 458 QVINT. inst. 11, 1, 84 HIER. epist. 60, 1, 3 AVG. civ. 22. 8 p. 575 D. epist. 3, 1. 151, 3 PS. ARNOB. confl. 1, 14. ieiunium: VVLG. II Macc. 13, 12. lacrimae: SEN. Herc. O. 1265 PS. QVINT. decl. 15, 12 TAC. ann. 14, 33. 15, 16 HIL. myst. p. 15 VVLG. Malac. 2, 13 II Macc. 11, 6 RVFIN. Greg. Naz. orat. 19 p. 135, 1 SVLP. SEV. epist. 2, 16 EPIST. pontif. Migne 20, 655[A] APRING. in apoc. 21, 3/4. lacrimatio: VVLG. Tob. 3, 22. laetitia: HIER. epist. 60, 6, 1. lamentatio: CIC. Tusc. 1, 30 SEN. contr. 1, 5, 1 VAL. MAX. 7, 2 ext. 1 SEN. epist. 63, 2 APVL. met. 8, 13. 11, 5 PORPH. Hor. carm. 1, 34, 14/16 VVLG. Iudith 6, 14 RVFIN. Greg. Naz. orat. 13 p. 251, 18. SVLP. SEV. dial. 1, 15, 4 (*de bestia*). 3, 12, 2 BACHIAR. repar. laps. 2. lamentum: PACVV. trag. 175 AMM. 25, 5, 1 VVLG. Ier. 9, 10. luctus: VVLG. Esth. 14, 2 Ier. 31, 15 Bar. 4, 11. maeror: SIL. 13, 582. maestitia: LIV. 30, 44, 4. miseratio: ARNOB. nat. 2, 5. misericordia: CIC. de orat. 2, 189 CAES. civ. 2, 12, 4. mugitus: LIB. pontif. p. 134, 5. orbitas: CIC. Brut. 90. oscula: SEN. Tro. 799. pallor: SIL. 13, 582. planctus: SEN. apocol. 12 Tro. 78. 131 LVCAN. 3, 757 STAT. silv. 5, 5, 11 VVLG. Ioel 2, 12. plangor: APVL. met. 7, 26. ploratus: LACT. opif. 3, 2. preces: CAES. civ. 2, 4, 3 VERG. Aen. 3, 599 APVL. met. 10, 6 TERT. pudic. 5 NOVATIAN. Cypr. epist. 30, 6 CLAVD. 28, 256 SVLP. SEV. chron. 1, 52, 2. questus: LIV. 22, 61, 3. risus: SEN. dial. 5, 35, 3 TERT. adv. Marc. 4, 14 p. 462 adv. Val. 15 p. 195 HIL. myst. p. 7, 27 AVG. civ. 1, 6 p. 11 D. 21, 14 p. 517. rixa: TIB. 2, 4, 37. singultus: VAL. FL. 6, 738. ululatus: FIRM. err. 3, 4. 16, 3 VVLG. Iudith 7, 18 Esth. 4, 3. vagitus: STAT. silv. 2, 1, 105. votum: VAL. FL. 2, 145. vox: APVL. met. 8, 20.

Gudeman.

flēveo *v.* fleo *p. 898, 77.* **fleum-** *v.* phlegm-.

flexanimus, -a, -um [*a* flectere, flexus *et* animus. *Th.*]. **1** *sensu activo, i. q. animum flectens*: PACVV. trag. 177 (CIC. de orat. 2, 187 NON. p. 113, 24) o -a atque omnium regina rerum oratio! MART. CAP. 9, 906 Orpheus, Amphion Arionque ... -um pariter edidere concentum. *coniectura valde probabili restitutum est his locis*: CATVLL. 64, 330 quae tibi flexo animo mentis perfundat amorem *codd.* (te -o

[Klee †]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

m. p. amore *Lachmann*, tibi -o mentem p. amore *Muretus*). APVL. flor. 3 p. 10 *Hyagnis solus fuit* cantus canere, nondum quidem tam infixa anima sono nec tamen pluriformi modo *eqs.* (*sic F*, tam -o sono nec tam pl. m. *Lipsius, cf. Leo, Archiv 12, 97*). **2** *sensu passivo i. q. perturbato animo* (*cf.* GLOSS. V 641,65 -a, flexa): PACVV. trag. 422 (CIC. div. 1, 80 [flexa (*vel* flexi) anima *codd.*] *cf.* VARRO ling. 7, 87) -a tamquam lymphata aut Bacchi sacris commota.

flexentēs *v.* flexuntes.

flexibilis, -e [*a* flectere, flexus. *Th.*]. *i. q. facile flectitur*: GLOSS. II 317, 34 *εὔκαμπτος* -is. II 72, 42 -e *εὐκαμπές*. *compar.*: PHYSIOGN. 6 p. 10, 1 (*v. l. 25*). *de usu: sermoni pedestri magis conveniens,* flexilis *poetis usitatum.*

1 *i. q. facile curvatur, cum notione mollitiae, teneritatis*: **a** *corporalia*: LABER. mim. 118 cur cum vigebam membris praeviridantibus... non -em (flexilem *Bücheler*) me concurvasti, ut carperes? (*cf.* GREG. M. moral. 19,50 p. 130^{C} dum aetatis augmento proficiunt *homines*, quasi -es crescunt). MAECEN. carm. frg. 4,2 ades *Cybele* et sonante typano quate -e caput! Ov. am. 3, 3, 29 nobis (*i. viris*) -es curvantur Apollinis arcus. met. 10, 99 vos quoque, -es hederae, venistis (flexipedes *voluit Turneb. collato* SERV. ecl. 4, 19). SOL. 52, 10 *Indorum* plurimi ... -bus (plexibilibus *A*) libris circumdati. LACT. opif. 5, 13 p. 21, 22 molle ac -e membrum (*proboscis elephanti*). 8, 8 p. 29, 12 ut ... haberent *aures* aptam simul ac -em firmitatem. 10, 23 p. 37, 11 articulorum parium curvatura -is. AMBR. hex. 6, 9, 74 p. 260, 5 -e genu. PHYSIOGN. 6 p. 10, 1 (*v. l. 11*) *capillus femininus* -ior ac mollior. 54 p. 74, 8 *ὑγρὸν* autem in corporibus Graeci molle quidem et -e ... videri volunt. SIDON. epist. 2, 9, 8 antro in hemisphaerii formam corylis -bus intexto. GREG. M. in Ezech. 2, 3, 6 p. 961^{A} viriditas ... adhuc -is *herbae* pede concalcabatur timoris. **b** *incorporalia*: CIC. Mil. 42 nihil est tam molle, tam tenerum, tam aut fragile aut -e, quam voluntas erga nos ... civium. Lael. 93 quid ... potest esse tam -e, tam devium quam animus eius, qui ad alterius ... voluntatem ... convertitur (SEN. epist. 50, 6 animus accipit formam -is et omni umore obsequentior). Brut. 274 nihil tam tenerum quam illius (*M. Caelii*) comprensio verborum, nihil tam -e. SEN. dial. 4, 36, 6 avaritiam, durissimum malum minimeque -e, ira calcavit (*cf.* MART. BRAC. ira 2 p. 43^{D}). PLIN. epist. 1, 16, 1 laudabam eius (*Saturnini*) ingenium ... antequam scirem quam varium, quam -e, quam multiplex esset. SERM. Arrian. frg. I 7 p. 612^{A} de tua (*i. dei*) magna et -i pietate. AVG. serm. ed. Mai 72, 1 p. 141 luxuriatur ... in frondibus luxu -i fecunditas pronuba.

2 *i. q. facile regitur cum notione oboedientiae*: **a** *incorporalia*: CIC. de orat. 3, 176 nihil est ... tam tenerum neque tam -e neque quod tam facile sequatur quocumque ducas quam oratio (orat. 52 est oratio mollis et tenera et ... -is). Att. 10, 11, 1 nihil *ὕποπτον in epistula tua*, nihil fallax, nihil non -e ad bonitatem. PANEG. 10 (4), 35, 3 *populi Romani vis et magnitudo*, cum ad nutum *principis* -is et tenera ducatur *eqs.* **b** *corporalia*: LAVS PIS. 53 *auriga* succutit arte -es rictus. PHILARG. Verg. georg. 3, 165 mobilis pro -is (*aetas vituli i. e. vitulus*). **c** *homines*: PLIN. paneg. 45, 5 -es quamcumque in partem ducimur a principe atque ... sequaces sumus. ANIAN. Chrysost. hom. 8, 1 p. 1052 *magi* ad cuncta acta oboedientes ... atque -es.

3 *i. q. mutabilis, mobilis, cum notione inconstantiae*: **a** *vox*: CIC. de orat. 3, 217 aliud *vocis genus sibi sumat* miseratio ac maeror: -e plenum interruptum flebili voce. nat. deor. 2, 146 *iudicatur genus vocis* grave, acutum, -e, durum. QVINT. inst. 11, 3, 15 *qualitas vocis* dura et -is *est*. 11, 3, 40 vox facilis, magna, beata, -is *eqs.* [11, 3, 64 miseratione flexa et flebilis (flexibilis *B*) *vox sit.*] **b** *corporalia*: CIC. nat. deor. 3, 92 materiam ... rerum ... totam esse -em et commutabilem. **c** *spectat ad animum*: CIC. epist. 2, 7, 2 -es hominum voluntates. ad Brut. 1, 18, 4 videtur ... esse indoles (*in Octavio*), sed -is aetas multique ad depravandum parati. AMM. 15, 5, 25 dux fle⟨xi⟩bilis (*v. s. v.* flexilis *p. 906, 53*). 30, 5, 5 *Probus* ipse ... -em sequebatur atque transversum *imperatorem*. HEGES. 3, 18, 3 vices rerum humanarum varias atque -es mirabantur.

iuxta posita: commutabilis: CIC. nat. deor. 3, 92 (*v. l. 59*). devius: CIC. Lael. 93 (*v. supra l. 31*). fragilis: CIC. Mil. 42 (*v. supra l. 30*). mollis: CIC. Mil. 42 (*v. l. 30*). orat. 52 (*v. supra l. 44*). LACT. opif. 5, 13 (*v. supra l. 22*). PHYSIOGN. 6 p. 10, 1 (*v. l. 25*). 54 p. 74, 8 (*v. supra l. 26*). oboediens: ANIAN. Chrysost. hom. 8, 1 (*v. l. 51*). tener: CIC. Mil. 42 (*v. supra l. 30*). de orat. 3, 176 (*v. l. 42*). Brut. 274 (*v. supra l. 34*). orat. 52 (*v. l. 44*). PANEG. 10 (4), 35, 3 (*v. supra l. 47*). varius: HEGES. 3, 18, 3 (*v. l. 65*). *nota*: CIC. Mil. 42 aut fragile aut -e (*v. supra l. 30. cf. p. 897, 57*). LACT. opif. 8, 8 p. 29, 12 -em firmitatem (*v. l. 23. cf.* PLIN. nat. 11, 216 *p. 906, 35*). *compos.*: inflexibilis.

adv. **flexibiliter:** AVG. quaest. hept. 2, 18 p. 101, 9 (= EVGIPP. exc. Aug. p. 352, 2) *cor* induratum, quia non -r consentiebat, sed inflexibiliter resistebat.

flexibilitās, -tis *f. a* flexibilis. *i. q. natura flexibilis.* SOL. 52, 36 circumferunt *tauri Indici* cornua -e (*sic N*, flexilitate *class. II*) qua volunt (*cf.* ISID. orig. 12, 1, 29 [*v. p. 906, 5*]; cornua mobilia PLIN. nat. 8, 74). CASSIOD. var. 5, 42, 1 peruncta corporum -e luctantur *athletae.* *animi*: AVG. c. Secundin. 19 p. 933, 12 quaero, in ista natura unde sit quaedam vel fragilitas vel -s. VEN. FORT. virt. Hil. 10, 28 linguam rigentem -e et facilitate vocis aptavit *Hilarius.* *in gramm.*: VLT. SYLL. gramm. IV 239, 36 quoniam ... primae verborum syllabae in fundamento, non in declinationis -e consistunt *eqs.* *nota*: ISID. orig. 12, 1, 29 *tauri Indici* caput circumflectunt -e qua volunt (*v. p. 905, 82*).

flexilis, -e [*a* flectere, flexus. *Th.*]. *de notione*: GLOSS. V 201, 21 -is qui cito flectitur, id est flexibilis. *comparat. per* magis *circumscriptus*: PLIN. nat. 16, 231 (*v. infra l. 25*). *de usu: cf. p. 905, 12.* PLIN. nat. *hoc vocabulo utitur*, flexibilis *non habet.* [*loci dubii*: Ov. am. 1, 14, 26 quam se praebuerunt ferro patienter et igni *crines*, ut fieret torto nexilis (*vulg.*, rexilis *P*, textilis *S*, flexilis *multi codd.*) orbe sinus. AMPEL. 8, 24 ibi est Nilus fluvius aere factus plexilis in cubitis trecentis (plexilis *cod.*, flexilis *coniecit B. A. Müller in schedis, interpretatus vocab. graec.* *καμπτόμενος*).]

1 *i. q. facile curvatur* (SERV. Aen. 3, 384 'lentandus tibi remus est' id est flectendus: unde 'lentum vimen' dicimus, id est -e. *cf.* GLOSS. IV 77, 43 *et* 442, 38): VERG. Aen. 5, 559 it pectore summo -is obtorti per collum circulus auri (*idem fere* CYPR. GALL. gen. 1291 AVSON. 355, 10). Ov. met. 5, 383 opposito ... genu curvavit *Cupido* -e cornum (AMM. 25, 1, 13 tendebant ... -es arcus). PLIN. nat. 11, 1 non tota incisurae ambiente ruga, sed in alvo aut superne tantum imbricatis -i vertebris (*de insectis agitur*). 16, 75 *betulla* circulis -is (16, 209 *crates*. 16, 219 *lignum ulmi et fraxini*. 16, 227 omnia *ligna*, quae lenta diximus. 16, 229 *fagus* sectilibus lamnis in tenui). 16, 231 *pars arboris* propior radici minoribus magisque -bus maculis. 36, 195 excogitato vitri temperamento, ut -e esset *eqs.* VAL. FL. 5, 585 *Aron* cui chlamys et multa spirat coma -is aura. AVIEN. Arat. 237 serpens ... dehinc elabitur ... -is (ENNOD. opusc. 2, 54 p. 304, 16 -is coluber). orb. terr. 843 *Taurus mons* -is aëra pulsat. AMM. 22, 4, 6 pluma et -es lectuli. CLAVD. 5, 358 coniuncta per artem -is inductis animatur lamina membris. PRISC. periheg. 378 -is hinc (*i. ab Ausonia*) pontus convertens vergit ad ortus. 405 latior at tellus (*Peloponnesus*), folium ceu -e, circum cingitur aequoribus. 816 -is et Cydnus *est.* *cum nomine qualitatis coniunctum*: PLIN. nat. 11, 216 auriculae ac nares ... -i mollitia, naturae providentia, ne frangerentur. 16, 228 Gallica *fraxinus* vero etiam ad currus -i levitate (*Detlefs.*, flexibili vita *codd.*).

2 *i. q. se flectit, versat*: MANIL. 5, 695 *Arctos* nunquam tincta vadis, sed semper -is orbe.

3 *i. q. flexus, curvatus*: GERM. 683 in undis est ... Argoae ... ratis, qua -e signum in puppim formatur (*Arat. phaen. 688 πρύμνης δ' ὅσον ἐς περιαγήν*). PLIN. nat. 16, 231 (*v. supra l. 24*). APVL. met. 6, 1 *Psyche* videt spicas frumentarias in acervo et alias -es in corona. SIDON. epist. 2, 2, 4 vis undae ... -is plumbi meatibus ... singultat. 3, 3, 5 -ium lamminarum vincla diffibulant. carm. 16, 80 cum solis torridus ignis -bus rimis sitientes scriberet agros (*cf.* epist. 2, 2, 1 *v. p 911, 48*). 23, 327 ministri ... manus iubas ... tortas cogunt -bus latere nodis.

4 *i. q. mobilis, mutabilis* (SERV. auct. georg 3, 165 mobilis -is): **a** *corporalia*: SEN. dial. 8, 5, 4 *natura* sublime fecit ei (*homini*) caput et collo -i imposuit. PLIN. nat. 11, 177 quibus *animalibus* cervix et multis vertebratisque orbiculatim ossibus -is ad circumspectum articulorum nodis iungitur. **b** *spectat ad animum*: AMM. 15, 5, 25 ut ad imperatoris novelli ... sensum ... dux -is (*Petschenig*, flebilis *M V*, flexibilis *Bentley*) verteretur. **c** *verbum*: PAVL. NOL. carm. 24, 239 me referre -is verbi pedem oportet ad Ionan.

? **flexilitās,** -tis *v. supra p. 905, 81.*

flexiloquus, -a, -um *a* flectere, flexus *et* loqui. *i. q. obscure, perplexe loquens.* CIC. div. 2, 115 oraculis Chrysippus ... volumen implevit ... partim -is et obscuris, ... partim ambiguis. AMM. 18, 5, 6 *Antoninus* non -is ambagibus vel obscuris ... in rem publicam ferebatur. 31, 2, 11 *Huni* -i et obscuri.

flexio, -ōnis *f. a* flectere. *de genere*: NON. p. 207, 10 flexus genere masculino, feminino Cicero (*affert locum* orat. 59 *v. infra l. 78*). *de usu: apud* CIC. *de voce*, QVINT. inst. *non habet, sed* flexus *vocabulo eadem significatione utitur.* **1** *spectat ad vocem: i. q. variatio vocis*: CIC. de orat. 3, 98 quanto molliores sunt et delicatiores in cantu -es et falsae voculae quam certae et severae. leg. 2, 39 ut ... cervices oculosque pariter cum modorum -bus torqueant. orat. 57 alter alteri (*Demosthenes et Aeschines*) obicit vocis -es (*sic cod.*, inflexiones NON. p. 207). PLIN. nat. 11, 271 hinc (*ex varietate vocis singulorum hominum*) tot cantus et moduli -esque. LACT. opif. 10, 15 p. 35, 14 lingua innumerabiles cantuum -es et varios sonorum modos exprimit. HIER. adv. Iovin. 2, 8 p. 297^{B} auditus vario organorum cantu et vocum -bus (*sic Veron.*, inflexionibus *vulg.*) delinitur.

2 *spectat ad corporalia*: **a** *i. q. via (aut pars viae) flexa*: CIC. Pis. 53 quae deverticula -esque quaesisti? ARNOB. nat. 2, 25 p. 69, 5 *discit equus* agnoscere in curriculo -es. **b** *i. q. actio flectendi*: CIC. orat. 59 *orator* trunco ... toto se ipse moderans et virili laterum -e (*locus laudatur a* QVINT. inst. 11, 3, 122). ARNOB. nat. 3, 13 p. 120, 18 *caput* ad cervicum necessarias -es consertionibus verticularum atque ossea substructione fulciri. CAEL. AVR. chron. 5, 2, 30 formicatio eorum articulorum qui tanguntur *arthritide* et difficilis -o. **c** *i. q. pars corporis flexa*: LACT. opif. 11, 17 p. 42, 9 voluminum *intestinorum* -es in se saepe redeuntes.

[Klee †]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

3 *spectat ad grammaticam, i. q. declinatio*: PRISC. gramm. II 185, 13 ab *nominativo* facta -e nascuntur obliqui casus.

flexipedēs *nom. acc. plur. a* flectere, flexus *et* pes. *i. q. flexo pede i. e. cauli.* SERV. ecl. 4, 19 errantes hederas: passim vagantes; unde antiqui lyrici dixerunt -es hederas. *hinc Turneb. restituendum putavit* OV. met. 10, 99 *v. p. 905, 19.*

*?***flexivice**. *sic corrupte* PACVV. trag. 152 (NON. p. 260, 12) nihil coniectura quivi interpretarier quorsum -e contenderet (*coniecerunt* flexivia dictio *Grotius*, flexidica voce ea *Ribbeck*, flexibilem sermonem *Leo*).

flexo, -āvī, -ātum, -āre [*a* flectere, flexus. *Th.*]. *i. q. curvare* (PRISC. gramm. II 429, 24 *frequentativa* plerumque a supinis derivantur mutatione extremae u in o, ut scriptu scripto ... flexu flexo. SACERD. gramm. VI 491, 31 xo primae coniugationis verba xavi facient: -o -avi, aut -xui; enexo, enexas, enexui). CATO agr. 49, 2 vineam *translatam* statuito, alligato -atoque, uti fuerit (*idem* PLIN. nat. 17, 198). [*derivatum prov.* fleinar. *M.-L.*]

flexōsus *v.* flexuosus. **flextabula** *v.* flaxtabula.

flexuntēs *m. plur.* [*num cf. sit c.* flectere, flexus *non apparet. Th.*]. *de formis variis v. l. 21. 28.* VARRO frg. Serv. auct. Aen. 9, 603 equites apud veteres flexuntae (*sic cod. F*) vocabantur. PLIN. nat. 33, 35 *equites* celeres sub Romulo regibusque sunt appellati, deinde -es (*sic cod. B*, flexumentes *codd. recc.*), postea trossuli. GRAN. LIC. p. 3, 1 Flem. appellat⟨i⟩ -es a genere pensilium (pniidilium *cod.*) quod ... vocabant ... *ἐφίππιον* (*lacunosa*). GLOSS. V 22, 34 fluxuas equitis quoddam genus ab ornamento equi quod fluxum vocant. 69, 30 fleuas equitus quodam genus ab ornamento equi quod flexum vocant. HESYCH. 248, 599 *φλεξεντιής· ἱππικὴ τάξις παρὰ Ῥωμαίοις.*

flexuōsē *v.* flexuosus.

flexuōsitās, -tis *f. a* flexuosus. *i. q. natura flexuosa, curvata.* GROM. p. 342, 9 lapis, qui -em limitis ostendit.

flexuōsus, -a, -um [*a* flexus. *Th.*]. *de comparatione: compar. non legitur, superlativum habet* PLIN. nat. 11, 200 (*v. l. 39*). *formam* flexosus *praebet*: OPT. PORF. carm. 4, 2 *v. l. 40.*

I *i. q.* ***curvatus, cum multis flexibus:*** **A** *corporalia:* **1** *variae res*: CATO agr. 33, 1 vitem bene nodatam deligato recte, -a uti ne sit. SEN. nat. 2, 58, 2 quare oblique fertur *ignis*? quia spiritu constat, spiritus autem obliquus est -usque. PLIN. nat. 11, 200 homini ... *intestina* -issimis orbibus. PLIN. epist. 5, 6, 36 post *platanos* acanthus hinc inde lubricus et -us. OPT. PORF. carm. 4, 2 pagina flexoso tramite vota notat. HIER. epist. 24, 3, 2 aurum colli ... murenulam vulgus vocat, quod ... metallo in virgulas lentescente quaedam ordinis -i catena contexitur (ISID. orig. 19, 31, 14). AMM. 23, 6, 86 *guttae roris* vespertini -os et rutilos *lapillos faciunt* MACR. sat. 1, 17, 67 ea (*i signa feminarum*) cingit -o volumine draco. SERV. Aen. 5, 251 Maeandro duplici: -o; ... erat in chlamyde -a et in se remeabilis purpura COMMENT Lucan. 1, 154 terruit obliqua: -a, ita enim fulgur apparet. MART. CAP. 8, 838 Draco ... -us illabitur (*de sidere, item* SCHOL. Germ. Sang. p. 116, 19 -o corpore *Serpens i Draco* [= SCHOL. Arat. p. 187 M |. *ibid. iterum*). GREG. TVR. Mart. 4, 1 in illis interaneorum -is recessibus. *adde: de hominibus*: APVL. met. 10. 29 saltaturi ... inerrabant ... in orbem rotatum -i. **2** *partes terrae*: COLVM. 8, 17, 5 multi putant ... -os in lateribus *vivarii* specus esse fabricandos. PLIN. nat. 5, 98 torquetur itaque *Taurus mons* collisus inter haec claustra et tamen victor -us evadit (*cf.* MART. CAP. 6, 683). AMM 22, 15, 30 sunt syringes subterranei quidam ⟨et⟩ -i secessus *in Aegypto.* 27, 12, 11 per silvarum profunda et -os colles ... delitescentes *Papa, Cylaces, Arabannes.* PROB. Verg. georg. 4, 371 Eridani sive Padi ... ripae -ae ut cornua sunt. SIDON. epist. 2, 2, 18 lacus ipse, qua dexter, incisus -us nemorosusque, qua laevus, patens herbosus aequalis. PASS. Perp. 10 coepimus ire per aspera loca et -a (*διὰ τραχέων καὶ σκολιῶν τόπων*).

B *itinera*: **1** *proprie*: **a** *in corpore humano*: CIC. nat. deor. 2, 144 -um iter *auditus* habet, ne quid intrare possit (CELS. 8, 1, 6 in aure ... primo rectum et simplex iter procedendo -um fit. ARNOB. nat 3, 18 p. 124, 13 *aures* -is tramitibus perforatas. POMER. 3, 6, 4 per -os aurium meatus). VEN. FORT. vita Germ. 45, 126 venarum -i rivuli. **b** *aquarum*: VAL. MAX. 8, 7, 3 -os fossarum ambitus Aegyptiorum senum discipulus lustrabat *Plato.* PLIN. nat. 5. 110 Lydia ... perfusa -is Maeandri amnis recursibus. CET. FAV. 6 p. 293, 21 si longius de monte ducitur *aqua*, saepius -as planities facies. AMM. 15, 11, 17 *Rhodanus* emensus -a spatia. CLAVD. 12, 12 Mincius. VIB. SEQ geogr. p. 149, 28 Maeandros ... tam -us est, ut in sese recurrat. MART. CAP. 1, 14 *amnis* -is ... anfractibus errabundus. 6, 667 aestuarium. **c** *in terra*: APVL. met. 9, 11 propellor ad incurva spatia -i canalis (*circa molam*). SOL. 5, 24 flamma ... -is excessibus vagabunda (AMM. 24, 4, 10). ARNOB. nat. 2, 20 p. 64, 25 (*de loco in tellure effosso*) adeatur inflexibus -is. MAR. VICTORIN. gramm. VI 60, 3 intortum et -um iter labyrinthi (*cf.* AMM. 14, 2, 9 per -as semitas ad summitates collium evadebant *latrones.* 27, 2, 3 tramites). AMM. 17, 10, 6 circuitus longos et -os. 29, 5, 44 angustiis. SIDON. carm. 23, 394 compendia -a metae. **d** *linea*: BALB. grom. p. 99, 4 linearum genera sunt tria, rectum, circumferens, -um. p. 99, 6 -a linea est multiformis, velut arvorum aut iugorum aut fluminum (*inde* p. 103, 7. 10. 11. 104, 3. 4. 8. 11 GROM. p. 342, 19 PS. BOETH. grom. p. 408, 13. 21. 410, 11. 18. 19. 411, 7. 414, 27). **e** *siderum*: MACR. sat. 1, 17, 31 -um iter pergit *Sol* (*καθ' ἕλικας κινεῖται*). 1, 17, 62 draconem Apollo, id est -um iter suum ... confecisse memoratur. 1, 17, 69 draconis effigies -um iter sideris monstrat (SCHOL. Germ. Sang. p. 232, 6 [= SCHOL. Arat. p. 287 M.] sol ... fertur ... -o draconum meatu inaequalis). 1, 19, 18 iter utriusque sideris (*i. solis et lunae*) -um. **2** *translate, de doctrina, moribus sim.*: HIL. trin. 9, 41 p. 313[B] affer ..., haeretice, -ae doctrinae tuae inevolubiles quaestiones. AMBR. in psalm. 118 serm. 2, 7 p. 23, 19 non -a itinera te sequuntur, sed solus ad te potest iustitiae trames pervenire. RVFIN. patr. 1, 6 p. 310[A] subtilem et -am ... intelligentiam. SCHOL. Hor. carm. 2, 11, 7 gloss. lascivos amores: -os (*prave, ad* carm. 1, 36, 20 lascivis hederis *pertinere putes*). PRVD. cath. 6, 143 o tortuose serpens, qui mille per Meandros fraudesque -as agitas quieta corda! (SIDON. epist. 5, 13, 2 -a calumniarum fraude). OP. imperf. in Matth. 3 p. 647 *Domini vias* factas esse desertas et -as.

C *actiones*: CELS. 1, 2, 6 melior recta, quam -a *ambulatio.* PLIN. nat. 2, 67 sol deinde medio fertur *signifero* inter duas partes -o draconum meatu inaequalis (5, 3 affunditur autem aestuarium e mari -o meatu. 16, 128 aliis *arboribus* recto meatu *radices serpunt*, ut lauro, oleae, aliis -o, ut fico). 3, 5 *oceanus* resistentes *terras* quoque -o litorum anfractu lambit. 9, 73 haec omnia (*animalia, pisces*) -o corporum impulsu ita mari utuntur, ut serpentes terra. 10, 73 volucrum soli hirundini -i volatus. AMBR. in psalm. 118 serm. 2, 2 p. 20, 15 cervorum cursus directior, vulpiculae -us. AVG. in psalm 130, 2 p. 1705[A] quorum semitae pravae et -i gressus sunt (PETR. CHRYS. serm. 174 p. 654[A] gressibus -is *serpentis*). VAL. CEM. hom. 1, 5 p. 694[D] in gyrum ducti *equi* -is gressibus membra componunt.

II *i. q.* ***flexibilis, quod flecti potest:*** GARG. MART. pom. 3, 2 tenuis illis (*i. amygdalis*) stilus et -us est. LACT. opif. 11, 7 p. 39, 21 *gurgulio* constat ex ossibus -is ac mollibus. NON. p. 338, 4 lentum: -um (*allatis* VERG. ecl. 5, 16 *et* georg. 1, 265). CHALC. transl. p. 44[E] addita est crurum quoque et bracchiorum porrigibilis et -a substantia (*ἐκτατά τε κῶλα καὶ καμπτά*). SERV. Aen. 3, 31 lentum vimen: molle et -um. *de poeta*: SIDON. epist. 8, 11, 7 in alcaico *metro* -us *erat Lampridius.*

ntr. pro subst. **flexuōsum,** -ī. PALLAD. 12, 9 quidam lapides inserunt inter -a radicum *vitium.* AMM. 27, 5, 4 antequam ad dirupta venirent et -a *montium.*

adv. **flexuōsē:** PLIN. nat. 18, 357 pluviae etiam *nuntius est*, si in lucernis fungi, si -e volitet flamma. ENNOD. opusc. 3, 21 p. 336, 9 -e serpens fluvius (*Padus*).

iuxta posita: asper: PASS. Perp. 10 (*v. p. 907, 61*). inaequalis: PLIN. nat. 2, 67 (*v. l. 19. cf. l. 6*). intortus: MAR. VICTORIN gramm. VI 60, 3 (*v. p. 907, 78*). lubricus: PLIN. epist. 5, 6, 36 (*v. p. 907, 40*). mollis: LACT. opif. 11, 7 p. 39, 21 (*v. supra l. 31*). SERV. Aen 3, 31 (*v. supra l. 34*). obliquus: SEN. nat. 2, 58, 2 (*v. p 907, 38*). COMMENT. Lucan. 1, 154 (*v. p 907, 47*). remeabilis in se: SERV Aen 5, 251 (*v. p. 907, 45*). subtilis: RVFIN. patr 1, 6 p. 310[A] (*v. supra l. 11*). tenuis: GARG. MART. pom. 3, 2 (*v. supra l. 30*).

opposita: aequalis: SIDON. epist. 2, 2, 18 (*v p 907, 60*). directus: AMBR. in psalm. 118 serm. 2, 2 p. 20, 15 (*v supra l. 25*). rectus: CATO agr 33, 1 (*v. p. 907, 36*). CELS. 1, 2, 6 (*v. supra l. 17*) 8, 1, 6 (*v. p. 907, 65*). PLIN. nat. 16, 128 *v supra l. 20*). ARNOB. nat. 2, 20 p. 64, 25 (*v. p. 907, 77*). simplex: CELS. 8, 1, 6 (*v. p. 907, 65*).

flexūra, -ae *f.* [*a* flectere. *Th.*]. *i. q. curvatura, quod rotundum, flexum est.* [*loci dubii*: OPT. PORF. schol. carm. 8 virgula ... quae habet inflexuram quasi P litteram Graecam (*sic cod.*, in flexura *Müller*).

1 *significat res*: **a** *i. q curvata superficies rerum rotundarum*: LVCR. 4, 336 latuscula ... speculorum assimili lateris -a praedita nostri. SEN. Thy. 796 Hesperiae -a rotae (*i. lunae*). PRVD. psych. 339 summa rotarum -a. **b** *i. q. res curvata*: VITR. 4, 1, 9 *cauliculi* -as in extremas partes *tegulae* volutarum facere sunt coacti. SEN. benef 3, 28, 2 stemmatum illigata -is (*i. flexis lineis. cf.* PLIN. nat 35, 6). COLVM 5, 6, 22 coles ... contortos arbori circumdari, ut -a (*i. pars vitis flexa*) materias profundat. VVLG. II Esdr. 3, 24 a domo Azariae usque ad -am et usque ad angulum (*ἕως τῆς γωνίας καὶ ἕως τῆς καμπῆς*). 3, 25 contra -am (*ἐξ ἐναντίας τῆς γωνίας*) et turrim. CHIRON 18 venae ... iunguntur, quo loco -am admittit pectus plicandi (VEG. mulom. 1, 25, 4 -a fit). SCHOL. Germ. Bas. p. 63, 4 (*de angue, quae ab Anguitenente sidere tenetur*) ⟨in prima⟩ -a IV (*sc. stellae*), a secunda -a ad tertiam usque ad caudam VI. p. 101, 8 habet Anguis (*sc. Hydra sidus*) stellas ... in prima -a VI, ... in secunda -a III, in tertia ... in quinta usque ad caudam *tot.* p. 101, 13. ENNOD. carm. 1, 4, 105 teretem -am ... pertulit arcus.

c *i. q. via (aut pars viae) curvata* (GLOSS. II 338, 19 *κάμψις ὁδοῦ*: -a anfractus): SVET. Nero 38, 1 angustiis -isque vicorum. *spec. in corpore humano* (*de auribus*): PRVD. ham. 652 claude, *pater*, meatus ... capitis, ne pervia tales concipiat -a sonos. **2** *significat actionem* (*cf. l. 70*): SEN. epist. 71, 20 non ... regulam, qua rectum probari solet, flectes ... idem ergo de virtute dicemus: et haec recta est, -am non recipit. LACT. opif. 10, 21 p. 37, 4 utilis ac decens -a cubitorum. 13, 4 p. 47, 22 *genuum* decentes nodi -am pedibus ad gra-

[Klee †]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

diendum sedendumque aptissimam praebent. EVGRAPH. Ter. Ad. 229 si in ipso articulo quis aliquem teneat ..., cum -a nulla fiet, nihil agi exinde potest. *spectat ad gramm. i. q. flexio*: VARRO ling. 10,28 -ae quoque similitudo videnda. **3** *significat qualitatem*: ANTH 795,1 lumina, colla, genae, flavi -a capilli (*i. natura cirrata*) in Ganymede.

flexus, -ūs *m. a* flectere. *de flexione*: PS. ASPER gramm. suppl. 44,15 flexus *declinandum ut* hic cultus *de derivatione trita*: PS. ASPER gramm. suppl 56,18. 26. *de genere*: NON. p. 207. 9 -us genere masculino (VERG georg. 1, 244): feminino Cicero in Oratore (57. 59. *ubi vocabula* flexio *et* inflexio *traduntur*). *de notione*: GLOSS. II 72,43 -us καμπτή (511, 20. 338, 9). 338, 9 κάμψις *de usu: legitur inde ab* LIV. ANDR., *non habent*: PLAVT. CATO TER. CAES. SALL. NEP. HOR. TIB. PROP. VAL. MAX. PETRON. MART. IVV. SVET. GELL. ITALA VVLG.

I ***actionem*** *significat*: **A** *spectat ad iter, cursum*: **1** *hominum*: **a** *de saltantibus*: LIV. ANDR. carm. 24 nexabant multa inter se -u nodorum dubio. APVL. met. 1, 4 puer ... in ... -bus tortuosis ... saltationem explicat. **b** *de iter facientibus*: *α proprie* (*cf. etiam p. 910, 76*): PERS. 3, 68 ordo quis datus aut metae qua mollis -us et unde. PANEG. 10(4),24,2 -um ad insequendum ferreus rigor non dabat. *β translate t. t. rhet. i. q. ἀποστροφή*: QVINT. inst. 4, 1, 68 idem (*i. ut langueat actus omnis*) in Demosthene, si -um illi mutaveris, accidit. **2** *bestiarum* (*cf. p. 911, 22*): PLIN. nat. 9, 13 illae (*i. balluenae*) ad -um immobiles. TAC. Germ. 6 in rectum aut uno -u dextros agunt *equos Germani*. SVLP. SEV. dial. 2, 9, 6 mortem imminentem ... bestiola (*i. lepus*) crebris -bus differebat. **3** *rerum*: **a** *fluminum* (*cf. etiam sub II A 3*): CVRT. 8, 9, 10 Etymandrus crebris -bus subinde curvatus. LVCAN. 10, 290 cursus *Nili* in occasus -u torquetur et ortus. VAL. FL. 8, 377 gemino ... scinditur insula -u Danubii. **b** *siderum*: *α i. q. τροπαί*: SEN. nat. 2, 11, 2 *solem* sequitur annus, ad illius -um hiemes aestatesque vertuntur. FLOR. epit. 4, 3, 8 ut mota sidera tonent ac suos -us tempestate significent. *β de cursu singulis diebus vel mensibus peracto*: LVCAN. 9, 694 si *luna* -us oblita vagi per recta cucurrit signa. PLIN. nat. 2, 48 lunae ... multivagos ... -us. SERV. Aen. 1, 607 pro solis -u. **c** *navium*: LVCAN. 6, 58 ratibus longae -us donare Maleae *tot poluere manus*. FRONTIN. strat. 2, 5, 47 quae (*naves*) omni arte varioque -u eluderent hostem. FLOR. epit. 4, 11, 6 *naves* habiles ... ad impetus et recursus -usque capiendos. *huc addiderim*: QVINT. inst. 10, 7, 11 oculi totos simul in lectione versus -usque eorum et transitus intuentur.

B *spectat ad incurvationem rerum*: **1** *corporum animalium vel partium corporis* (*cf. etiam p. 910, 15*): VERG. georg. 1, 244 maxumus hic -u sinuoso elabitur Anguis. OV. met. 4, 340 *Salmacis* -u ... genu submisit (*sic N²*, flexo, flexa, flexum *codd.*). 5, 430 molliri membra videres, ossa pati -us. fast. 1, 143 ne -u cervicis tempora perdam. hal. 29 per multos evadit lubrica -us *muraena* (*cf.* PLIN. nat. 8, 78 *basiliscus non* -u multiplici ... corpus impellit. 32, 12 multiplici -u). CELS. 8, 1, 14 uno -u modico in promptum dato *homini eqs.* PLIN. nat. 8, 39 *achlis* nullo suffraginum -u. 10, 28 *milui* videntur artem gubernandi docuisse caudae -bus. QVINT. inst. 1, 1, 22 corpora ad quosdam membrorum -us formari nisi tenera non possunt. 2, 13, 9 -us ille *corporis* et ... motus *eqs.* (TERT. spect. 10 p. 12, 26 de gestu et corporis -u. FIRM. math. 6, 30, 9 molli corporis -u). 11, 3, 100 *manus* redeunte -u simul explicatur atque convertitur. APVL. met. 9, 4 plausus manûm et aurium -us et ductum capistri *eqs.* 11, 9 digitorum. PAVL. NOL. carm. 16, 84 Felix instantia vulnera -u declinat. EVSTATH. Bas. hex. 8, 2 p. 947^{C} -us dirigunt proprios pisces (*περιστροφάς*). CAEL. AVR. acut. 3, 7, 73 extentionem atque incurvationem vel -um. SIDON. epist. 5, 17, 7 per catastropham saepe pronatus aegre de ruinoso -u se recolligeret *Filimatius*. POMER. 2, 4, 3 p. 448^{C} vagis laterum -bus quodammodo fluctuantes *homines*. EVGRAPH. Ter. Ad. 229 *articulorum* nodo atque -u. *translate de animo*: AVG. in Iob 1, 38 p. 614, 9 -u oboedientiae declinati sunt in terram angeli. **2** *rerum corporalium*: FRONTIN. aq. 36 rigor aeris difficilior ad -um. APVL. met. 9, 24 fustium -u tereti. *de exercitus cornibus*: CLAVD. 5, 372 intendere longos a tergo -us ... parant. *siderum* (*aliter p. 911, 9*): HYG. astr. 3, 8 -u Draconis quem ⟨a?⟩ capite primum efficere videtur (*cf.* 4, 3 p. 102, 14 Hydra -u a capite primo). SCHOL. Germ. Bas. p. 98, 4 stellas ... a cauda usque ad -us eius (*sc. Ceti*). p. 98, 12 primo -u ... secundo ... tertio *Eridani*. **3** *montium, litorum, terrarum*: CVRT. 3, 4, 6 *iugum montis* (*i. Taurus*) ... velut sinu quodam -uque curvatum. 6, 4, 16 media *vallis* -u modico sinum faciunt. LVCAN. 9, 415 *Gades* unde Europa fugit Libyen et littora -u oceano fecere locum. SCHOL. Germ. Sang. p. 106, 13 (= FRG. Cens. 2, 4) -us obliquitatesque terrarum. **4** *vocis*: QVINT. inst. 1, 8, 1 puer sciat ... quando attollenda vel submittenda sit vox, quo quidque -u ... dicendum *eqs.* 1, 8, 3 nec prosopopoeias, ut quibusdam placet, ad comicum morem pronuntiari velim, esse tamen -um (*vocis?*) quendam, quo distinguantur ab iis, in quibus poeta persona sua utitur. 1, 10, 22 tertium (*i. μέλος*) ad -us vocis ... pertinet. 1, 10, 25 intentio vocis, remissio, -us pertinet ad movendos audientium animos. 1, 11, 12 debet ... docere comoedus ... qui -us deceat miserationem (*cf.* IVL. VICT. rhet. 24 p. 441, 20). 11, 3, 25 ediscere *erit optimum* ... varia, quae et clamorem et disputationem et sermonem et -us habeant. 11, 3, 60 ostendam ... quatenus recipiendus sit hic -us et cantus quidem, sed ... obscurior. 11, 3, 170 si *ad* misericordia commovendos *iudices est accommodatus epilogus*, -um vocis et flebilem suavitatem *desiderat*. 11, 3, 182 dubitationis moras, vocis -us ... actor adhibebit. DIOM. gramm I 456, 19 tenor, quem Graeci dicunt tasin aut prosodian, in -bus vocis servandus est. IVL. VICT. rhet. 24 p. 443, 17 obscuro quodam -u, ... sit lugubris ac miserabilis *vox*. AVSON. 322, 47 tu -u et acumine vocis innumeros numeros doctis accentibus effer.

C *i. q. versura* (*res circumaguntur, versantur*): SEN. epist. 52, 12 impudicum ... ostendit ... relatus ad caput digitus et -us oculorum. APVL. met. 2, 7 *Fotis* cibarium vasculum ... rotabat in circulum et in orbis -bus crebra succutiens *eqs.* CLAVD. 21, 288 *gubernator* clavi -u declinat aquarum verbera. RVT. NAM. 1, 323 vario -u *navium*.

D *i. q. motus* (*res et flectuntur et versantur*): CELS. 8, 1, 13 inter omnes -us alter *τένων* semper intentus ultra prolabi superiora non patitur. 8, 1, 25 *patella* inter omnes crurum -us iuncturam tuetur. 8, 16, 4 *callus*, si per quietem increvit, -us *cubiti* postea prohibet. QVINT inst. 1, 12, 3 citharoedi ... simul et memoriae et sono vocis et plurimis -bus serviunt.

E *i. q. mutatio*: DIOM. gramm. I 439, 12 modulatio est continuati sermonis in iocundiorem dicendi rationem artificialis -us (*cf.* MAR. VICTORIN. gramm. VI 188, 22 AVDAX gramm. VII 322, 19). MART. CAP. 9, 969 rhythmice est ars omnis in numeris, quae numeros quosdam propriae conversionis accipiat -usque legitimos sortiatur (*hic -us pro vocabulo graeco μεταβολή positum esse crediderim, cf. Rossbach, Rhythmik p. 167 eqs.*). *huc addiderim*: QVINT. inst. 7, 9, 8 *ambiguitas* fit per -um ('*fortasse ... inversa constructio potius intelligitur quam vocis flexus*' *Spalding ad l.; cf. ibid.* emendatur ... adiectione) ... magis (*sc. quam per collocationem*): 'quinquaginta ubi erant centum inde occidit Achilles' (*cf. Arist. soph. elench. 1, 4 p. 162, 33. Chrysipp. frg. 153 p. 46, 20 Arn.*).

II ***rem curvatam*** *significat*: **A** *spectat ad iter, viam, cursum*: **1** *ad viam proprie*: **a** *pars viae flexa, anfracta*: *α in terra*: VARRO ling. 7, 15 leges iubent in directo pedum VIII ⟨viam⟩ esse, in anfracto XVI, id est in -u (FEST. p. 508, 24 Linds. [*apud Muell. p. 371 non legitur locus*] lex iubet XVI ⟨in anfracto fle⟩xuque pedes esse vias [*suppl. Mommsen*]. *cf.* flexum *p. 898, 18*). LIV. 22, 12, 7 repente in aliquo -u viae ... subsistebat *Hannibal* (29, 34, 9). PRVD. perist. 14, 39 -u in plateae. *β in corpore humano*: CIC. nat. deor. 2, 144 *aurium* introitus multis ... cum -bus. LVCR. 3, 587 viarum omnes -us in corpore qui sunt. CELS. 7, 4, 1 *in fistulis*. CAEL. AVR. acut. 1, 14, 107 fit statio corpusculorum viarum -u. **b** *de compito*: *α in terra*: CIC. Att. 16, 13^{a}, 1 ad pontem Tiretium, ... in quo -us est ad iter Arpinas. PANEG. 8 (5), 7, 2 ab eo -u, e quo retrorsum via ducit in Belgicam. ISID. orig. 9, 7, 25 viarum. *β in mari*: MELA 2, 54 Ceraunii montes, ab his -us (flexibus *A*) est in Hadriam. 2, 69 hinc in Tuscum mare -us est. **c** *i. q. iter cum multis -bus*: *α in terra*: CATVLL. 64, 114 labyrintheis -bus. PHAEDR. 2, 5, 17 notis -bus praecurrit ... *atriensis*. MELA 1, 56 subinde tantum redeunte -u (*labyrinthi*), quantum processerat. SIDON. epist. 7, 1, 4 ignis ... fugitivis -bus sinuaretur. *β in mari*: STAT. Ach. 1, 675 Aegaeos ... -us. AVIEN. orb. terr. 172 -u lubricus errat gurges. **d** *i. q. circuitio*: TAC. hist. 2, 66 legionem Grais Alpibus traductam eo -u itineris iubet *Vitellius*, quo Viennam vitarent. ann. 12, 12 non comminus Mesopotamiam, sed -u Armeniam petivit *Cassius*. ANTH. 461, 2 Athos -bus obliquis circumeundus erat. PAVL. NOL. carm. 16, 84 Felix instantia vulnera -u declinat.
cf. Onomast. **2** *ad viam translate*: **a** *de vita sim.*: CIC. Cael. 75 in hoc -u quasi aetatis ... fama adulescentis paulum haesit ad metas. de orat. 1, 1 si ... forensium rerum labor ... aetatis -u constitisset. AVSON. 201, 4 lubricae ... te iuventae ... praecipitem -us daret. GILD. Brit. 66 chron. III p. 62, 27 in -bus mundalium negotiorum mendacibus. *nota*: CIC. rep. 2, 45 est caput civilis prudentiae ... videre itinera -usque rerum publicarum (*cf.* 2, 48 se inflexit *eqs.*). **b** *de doctrina, fide*: MANIL. 4, 394 nec mirere viae -us rerumque catenas (*in cognoscenda astrologia*). SEN. epist. 102, 20 quanto satius est ire aperta via et recta quam sibi ipsum -us disponere. HIL. trin. 6, 7 p. 161^{D} quis non ... sentiat lubricos serpentinae viae (*i. haereseos Arrianae*) -us. AVSON. 419, 79 -u ... parvo, nec a te procul, convertar ad deum. CYPR. GALL. deut. 169 viaeque iustae nullis -bus implicant viantes. Ios. 547 ne variis actus sub -bus ambitus erret. BOETH. in Porph. dial. 1 p. 12^{A} *ars λογική* nullo erroris -u diverticulove fallatur. **c** *de oratione*: QVINT. inst. 2, 17, 29 neque enim, qui recta via *argumentationis* depulsus est, reduci ad eam nisi alio -u potest. 5, 13, 2 *in defensione* mille -us et artes desiderantur. 9, 2, 78 deverticula et anfractus (*in controversiis*) suffugia sunt infirmitatis, ut qui cursu parum valent, -u eludunt. 10, 5, 12 nam qui haec (*i. quaestiones infinitas*) recta tantum et in nullos -us recedentia ... tractaverit *eqs.* **d** *de animo*: PACIAN. sim. carm. p. 140, 24 in omnes -us nostri sensus non alienum incurrat. **3** *fluminis pars curvata i. q. sinus*: VERG. georg. 3, 14 tardis ingens ubi -bus errat Mincius. Aen. 8, 95 longos ... -us *Tiberis* (OV. fast. 4, 329). LIV. 27, 47, 10 *Metauri* sinus -usque (SIL. 15, 621). GERM 374 Eridani -us. MANIL. 5, 14 flumina ... errantes late sinuantia -us. MELA 3, 69 magnis -bus cinxit

[Klee †]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

iugum ingens *Indus*. SEN. Herc. f. 682 -bus multis gravem involvit amnem *Lethe*. Med. 211 placidis -bus Phasis. benef. 4, 5, 3 flumina ... amoenissimis -bus campos cingentia. POMPON. trag. 11 tortis errans qui -bus *fluvius meat*. PLIN. nat. 3, 16 torsere se fluminum aut correxere -us. 5, 113 *Maeander* sinuosus -bus. SIL. 2, 450 Hiberus ... curvatis claudens ingentem -bus orbem *clipei*. 9, 227. 15, 621 sinuosis *Metauri*. TAC. Germ. 1 Rhenus ... modico -u in occidentem versus *eqs.* AVIEN. orb. terr. 336 secretis incidit -bus agros *Nilus* Aethiopum.

4 *siderum* (*aliter p. 909, 67*): **a** *de loco solstitii*: LVCR. 5, 616 quo pacto *sol* aestivis e partibus Aegocerotis brumalis adeat -us (5, 640). **b** *de cursu*: MANIL. 1, 570 tarda ... per longos circumfert lumina -us *Sol*. SEN. Tro. 389 quo *cursu* properat modo obliquis Hecate currere -bus. nat 7, 7, 3 varie cucurrerunt *cometae*, alii in ortum, alii in occasum, omnes in -um. MART. CAP. 8, 809 sacra multivagos qua tollunt sidera -us dicere tempus adest. **5** *lineae curvatae*: **a** *figurae geometricae i. q. angulus*: LVCR. 4, 347 omnia ... cogit natura referri ac resilire ab rebus ad aequos reddita -us. MANIL. 2, 370 -bus ... totidem (*i. sex*) similis fit circulus (*i. ἑξάγωνος figura*. 4, 333 per senos linea -us). **b** *i. q. orbis*: LVCAN. 9, 456 *auster* contorto pulvere nubem in -um violentus agit VAL. FL. 5, 185 *Iason* populeos -us (*i. populos in orbe consitas*) tumulumque ... videt ... Phrixi. SIL. 4, 317 aut illi dextros lunatis -bus orbes, aut illi laevos sinuant in cornua gyros (*Poeni Romanive equites*).

c *fines agrorum*: FRONTIN. grom. p. 12, 4 (*cf.* p. 5, 6 Th.) sed de fine *controversia est*, quidquid per -us ... agitur (ali *A*). BALB. grom p. 98, 6 extremitatium genera sunt duo, unum ... per rigorem ..., alterum ... per -us. p. 98, 8 per -us *est* quidquid secundum locorum naturam curvatur. GROM. p. 342, 20 terminus si in modum colobri lineam super se flexuosam habuerit, alluvionem per -um finalem significat.

B *spectat ad rerum solidarum curvaturam*: **1** *i. q. curvatura corporis animalis inflexione effectus*: CIC. Arat. 292 Hydra tenet -u *lacteum orbem*. CVLEX 180 -bus eversis torquetur corporis (*anguis*) orbis. VITR. 9, 4, 6 circum Cynosurae caput iniecta est *serpens* -u. GERM. 53 -u comprenditur alto serpentis Cynosura (*cf.* 192. 672 SIL. 3, 192). PLIN. nat. 3, 43 Regium in umero eius (*i. Italiae*) situm, a quo veluti cervicis incipit -us. LACT. opif. 7, 6 p. 26, 3 ut *serpentes* ... in lubricos tractus sinuosis -bus laberentur (*cf.* FIRM. math. 8, 17, 7 *v. p. 912, 17*. ALC. AVIT. carm. 3, 125). **2** *i. q. rerum pars curvata*: **a** *generatim*: MANIL. 1, 692 *orbis lacteus* sinuat -us per crura pedesque Centauri alterius. COLVM. 4, 13, 1 -um pali, si forte curvus est. 4, 20, 2 velut quodam itinere sine -u atque impedimento ... terrae ... alimenta meant. *ibid.* ipso -u cursum terreni humoris ... retardante. 4, 25, 1 *pars vinitoriae falcis*, quae a -u procurrit, scalprum *nominatur*. 7, 3, 6 curvantur in -um *cornua arietis*. PLIN. nat. 8, 212 cubitales dentium *elephantorum* -us. 17, 97 amputato -u *rami*. SOL. 40, 10 cornua ... multiplici -u (PLIN. nat. 8, 40 cornibus ... in se flexis) in se recurrentia. CLAVD. 25, 15 -us ... palmitis. SYMPH. 177 -u (flexi *cod.*). CYPR. GALL. gen. 1221 pampineos inter -us. SIDON. epist. 2, 2, 1 hiulcis arentium rimarum *terrae* -bus. CASSIOD. in psalm. 7, 13 p. 71^{D} curvatis -bus *arcus*. CARM. epigr. 276, 2 docili libra teretem quot (*i. quod*) -us in arcum est (*de exedra?*). **b** *speciatim*: **α** *de crinibus*: OV. am. 1, 14, 13 dociles et centum -bus (*i. cirris?*) apti *sunt crines*. QVINT. inst. 8, 2, 7 propter -um capillorum pars summa capitis *vertex appellatur*. **β** *i. q. axis*: AMM. 23, 4, 2 validi iuvenes versant rotabilem -um *ballistae*. 24, 4, 16 ballistae -us (*coni. Mommsen*, flexu *codd.*) stridore torquebantur. **3** *i. q. partes terrae curvatae*: **a** *valles, montes*: LIV. 32, 4, 4 implicatas ... -bus vallium vias. PLIN. nat. 2, 115 montium ... -us. AVSON. Mos. 155 -us ... sinusque *iugi* vitibus assurgunt naturalique theatro. PRISC. periheg. 640 montis *Tauri* ... varii -us. **b** *orae, litora i. q. sinus latior, leniter curvatus* (*cf.* MELA 3, 81 *v. l. 65*): MELA 1, 14 ab ea (*i. Arabia*) usque ad -um illum, quem supra rettulimus, Syria, et in ipso -u Cilicia. 1, 15 qua -um paludis ad Ponticum redigit *ora Ponti* (1, 37 [*v. p. 912, 26*]. 1, 86 [*v. p. 912, 28*]. 1, 108. 110. 2, 2. 22. 34. 3, 8 [*v. p. 912, 8*]. 3, 9 [*v. p. 912, 12*]. 3, 10). 3, 81 extra sinum, verum in -u tamen etiamnum Rubri maris (3, 93 *v. p. 912, 7*). PLIN. nat. 4, 36 medio ... litoris -u Thessalonice (4, 76 TAC. ann. 12, 63). **c** *terrae*: PLIN. nat. 6, 56 quae pars *Indiae* orienti adversa recto praetenditur spatio ad -um. TAC. Germ. 35 in septentrionem ingenti -u redit *Germania*. MART. CAP. 6, 617 per Hispaniae Galliarumque -um. 6, 621 Mauritaniae circuitu ac dehinc meridiani -us excursu. **4** *i. q. rerum rotundarum superficies convexa*: AMM. 16, 10, 8 quos (*i. equites*) lamminarum circuli tenues apti corporis -bus ambiebant (24, 6, 8). MART. CAP. 6, 595 globosam rotunditatis -bus habendam esse tellurem.

C *spectat ad verba i. q. declinatio*: QVINT. inst. 1, 6, 15 quae tota positionis eiusdem in diversos -us eunt? EXPLAN. in Don. gramm. IV 544, 9 -um declinationis.

III ***qualitatem*** *significat i. q. flexuositas, rotunditas*: FEST. p. 44, 1 cappas (campas *Linds. allatis* GLOSS. IV 213, 30. V 275, 6) marinos equos Graeci a -u posteriorum partium appellant. p. 136, 12 Maeandrum genus picturae dictum est a similitudine -us amnis. APVL. Socr. 2 p. 120 progressus ... regressus mirabili vicissitudine assimulant *planetae* pro situ et -u et abstituto (*sic cod.*, obstitu *coni. Leo*) circulorum. PS. CENS. frg. 2, 4 -us obliquitatesque terrarum. MACR. somn. 2, 9, 2 -um circi aequinoctialis. MART. CAP. 8, 826 undique in superficiem telluris lineae -u ambientis incumbens horizon ... perhibetur.

iuncturae selectae: cum adiectivis et participiis coniungitur: curvatus: SIL. 2, 450 (*v. p. 911, 6*). errans: MANIL. 5, 14 (*v. p. 910, 84*). exiguus: CLAVD. 21, 288 (*v. p. 910, 13*). grandis: MELA 3, 93 grandis litoris -us grandem insulam includit. ingens: MELA 3, 8 ab *Lusitaniae* promonturiis in illam partem quae recessit ingens -us aperitur. longus: VERG Aen. 8, 95 (*v. p. 910, 82*) MANIL. 1, 570 (*v. p. 911, 11*) CLAVD. 5, 372 (*v. p. 909, 67*). magnus: MELA 3, 69 (*v. p. 910, 84*). modicus: CELS. 8, 1, 14 (*v. p. 909, 49*) CVRT. 6, 4, 16 (*v. p. 909, 73*) MELA 3, 9. multiplex: PLIN. nat. 8, 78 (*v. p. 909, 48*) SOL. 40, 10 (*v. p. 911, 46*). multivagus: PLIN. nat. 2, 48 (*v. p. 909, 36*) MART. CAP. 8, 809 (*v. p. 911, 14*). sinuatus: CLAVD. 28, 175 stelliger Eridanus sinuatis -bus errans. sinuosus: VERG. georg. 1, 244 (*v. p. 909, 43*) SIL. 15, 621 (*v. p. 910, 83*) LACT. opif. 7, 6 p. 26, 3 (*v. p. 911, 37*). FIRM. math. 8, 17, 7 anguis ... sinuosis -bus labitur. AVSON. Mos. 285 quas (*villas*) medius dirimit sinuosis -bus errans. tardus: VERG. georg. 3, 14 (*v. p. 910, 81*). tortuosus: APVL. met. 1, 4 (*v. p. 909, 18*). tortus: POMPON. trag. 11 (*v. p. 911, 3*). vagus: LVCAN. 9, 694 (*v. p. 909, 35*). AVSON. 348, 12 Maeandrum -usque vagos imitata vagor Ξ (*i.* x). varius: AVSON. Mos. 202 varios ineunt -us *lembi*. CYPR. GALL. Ios. 547 ne variis actus sub -bus ambitus erret. RVT. NAM. 1, 323 (*v. p. 910, 14*) PRISC. periheg. 640 (*v. p. 911, 59*). *accus. a verbis pendet*: accipere: MELA 3, 9 (*cf. p. 911, 64*). agere: MELA 1, 37 Syrtis ... altero fere spatio qua dehiscit quaque -um agit amplior. disponere: SEN. epist. 102, 20 (*v. p. 910, 67*). incohare: MELA 1, 86 Ionia ... a Posideo promonturio -um incohans. redigere: MELA 1, 15 (*v. p. 911, 63*). sinuare: MANIL. 1, 692 (*v. p. 911, 39*). 5, 14 (*v. p. 910, 84*). tollere: MART. CAP. 8, 809 (*v. p. 911, 15*).

iuxta posita: incurvatio: CAEL. AVR. acut. 3, 7, 73 (*v. p. 909, 59*). motus: QVINT. inst. 2, 13, 9 (*v. p. 909, 53*). sinus: LIV. 27, 47, 10 (*v. p. 910, 83*) CVRT. 3, 4, 6 (*v. p. 909, 72*) AVSON. Mos. 155 (*v. p. 911, 58*). *deriv.*: flexuosus. *comp.*: circumflexus, (conflexus), deflexus, inflexus, reflexus. *Klee (†).*

? **flicto,** -āre *a* figere. ARNOB. nat. 4, 24 miseriarum causas, quibus genus ... -atur (*sic trad.*, affi- *edd.*) humanum.

flictus, -ūs *m. a* figere. PACVV. trag. 325 armamentum stridor, -us navium, strepitus ... tonitruom et rudentum sibilus. VERG. Aen. 9, 664 scuta ... dant sonitum -u (*sic P*, adfi- *R*, atfi- *M*) galeae (SERV. 'flictu' pro 'adflictu' vel 'inflictu' id est ictu, nam detraxit suo more praepositionem et locutus est iuxta antiquum morem: Pacuvius Teucro: flictus navium). SIL. 9, 322 galea horrida -u adversae ardescit galeae. 14, 558 remorumque fragor -uque (flu- *pars codd.*) sonantia rostra. AVSON. 418, 20 p. 285 P. cymbala dant -u sonitum.

? **fliglis** spiritalibus: uermis (*an* verbis*?*) spiritalibus GLOSS. V 541, 1: fistulis *et* venis *Sonny, Archiv 12, 126. vide an sit legendum* flagris *cf.* CYPR. *p. 849, 7.*

flīgo, -xī, -ctum, -ere [*sunt qui cf. esse putent c. gr. φλίβειν (v Fick, Zeitschr. f. vergl. Sprachf. 22, 376), alii c. lett.* blaizīt '*collidere, contundere*', *slavon.* blizna '*cicatrix*', blizъ blizъ '*propinquus*' *(v. Osthoff l. c. 23, 84 sq.). Th.*]. LIV. ANDR. trag. 12 ipsus se in terram saucius -it cadens (NON. p. 110 fligi: adfligi). ACC. trag. 21 quoiatis stirpem funditus -i studet. 317 nec perdolescit -i socios, morte campos contegi. VARRO Men. 85 phaselon ... ⟨in⟩ litore ... flictam (*locus obscurus, fortasse corruptus*). [LVCR. 5, 1001 -bant *pro tradito* lidebant *coni. Lachmann, vix recte*]. GLOSS. V 641, 46 -i: adfligi (*ex Nonio*). IV 61, 35 -it: affligit. V 22, 20 (= 69, 27) -erit: adflixerit. *mira* II 231, 25 *ἀνύω* flico (efficio *Stephanus*) exequor conficio.

? libanu **fliu** (flium 567) id est turis cortice (cortex de libano 567) GLOSS. III 540, 19 (567, 2), *obscura, nisi est φλοιοῦ. Vollmer.*

flo, flāvī, flātum, flāre [*vox onomatopoetica esse potest, cf. theodisc.* blāen, blāsan, *anglosax.* blāwan '*flare*'. *Th.*]. GRAMM. suppl. 255, 16 -o, i. spiritum emitto. TERT. anim. 11 p. 315, 11 nam et -are spirare est (*ibid.* 12 secundum spirandi et -andi communionem). CLAVD. MAM. anim. p. 63, 11 cum -amus ac reflamus, particulas eius (*aëris*) haurimus et reddimus. GREG. M. moral. 5, 37 cum -amus, aerem ab exterioribus introrsus trahimus et introrsus tractum hunc exterius reddimus (*cf. p. 913, 71*). GLOSS. *φυσῶ*, sufflo. -at *πνέει*, spirat. *legitur inde a* PLAVTO. *deest apud*: TER. CATVLL. SALL. NEP. VERG. HOR. PHAEDR. LVCAN. SIL. STAT. TAC. PLIN. min. IVV. *notatur in titulis et nummis*: f(lando) *saepissime, v. p. 914, 41 sqq.*, f(landum) *p. 914, 52*, f(landis) *p. 914, 49*, fl(andis) *p. 914, 49*, fl(avit) *p. 914, 53*. [*loci corrupti vel dubii*: BELL. Afr. 52, 4 pulvis ... vento elatus (*sic Cornelissen*, flatus *codd.*). FEST. p. 166 nares appellari ..., quod per ea nasi foramina odoris ... nari fiamus (flamus *cod.*). SEN. Herc. f. 183 gens hominum fertur (*sic codd. A et E^{s} in ras. 6 litt.*, flatur *rell.*) ... obvia fatis. PLIN nat. 18, 359 *mare* intumescit inflatumque (flatumque *pars codd.*) altius solito iam intra se esse ventos fatetur. APVL. mund. 13 meridies ... uno austro ... -atur (perflatur *Goldbacher*). FRG. Vat. 249, 10. GLOSS. IV 343, 33 -verant necerant (filaverant neverant *Goetz*)]

I ***intransitive***: **A** *de ventis*: CATO agr. 29 ubi favonius

[Brandt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-bit. 50, 1. TVRPIL. com. 21 -bat aquilo aut auster. LVCIL. 871 (*ex Enni Thyesta sumptum videtur, cf. Marx, comm. p. 296*) nec ventorum flamina -ando suda (*nom. pl. adi.* [*cf. p. 859, 67*] *an acc. pl. subst. et* -ando *transitivum?*) ⟨iter⟩ secundent. VARRO Men. 473 quocumque ire vellemus, obvius -are (*ventus?*). rust. 1, 4, 4 si . . . ventus non bonus -et (*trad.* fiet). 3, 5, 17. frg. Non. p. 71, 15 etesiae diutius et uberius -arant (-avant *codd.*). NIGID. Gell. 2, 22, 31. CIC. Att. 7, 2, 1 -vit ab Epiro lenissimus Onchesmites. epist. 9, 24, 2. LVCR. 6, 717 aquilones . . . contra fluvium (*sc. Nilum, cf. l. 15. 19. 20*) -antes. CAES. Gall 5, 7, 3 corus ventus . . . in his locis -are consuevit. civ. 3, 25, 1 *al.* BELL. Alex. 9, 4. 11, 6 adverso vento leniter -ante (*sic saepe in abl. absol. velut* VITR. 9, 3, 3 CELS. 6, 8, 2 *al.*). OV. met. 7, 664 Ib. 34. LIV. 25, 27, 6 si pergerent idem, qui tum tenebant, . . . -are . . . venti. 25, 27, 8 VITR. 1, 6, 1. 4. 10. 2, 9, 1. SEN. contr. exc. 8, 6 discordes in perniciem nostram -vere venti. SEN. nat. 4, 2, 23 quo illi (*etesiae*) -vere (*trad.* favere) vehementius. 4, 4, 3. 5, 8, 3 violentiores -vere. 5, 10, 2 *al.* 5, 18, 11 si ventos -are vetuisset et inhibito discursu furentum . . . stare iussisset. COLVM. 11, 2, 51 prodromi -are incipiunt. 11, 2, 58. MELA 1, 53 -antes etesiae . . . venienti obviae adverso spiritu cursum *Nili* . . . impediunt. PLIN. nat. 2, 122 *al.* 5, 55 etesiarum . . . ex adverso -antium repercussum. 10, 102 *feminae* aura ab his (*maribus*) -ante praegnantes fiunt. QVINT. inst. 12, 10, 67. AMPEL. 5, 2 leuconotus noto *ascribitur* cum serenior -at. *ibid. bis.* GELL. 2, 22, 20 Galli ventum . . . -antem, quem saevissimum patiuntur, circium appellant a turbine . . . eius ac vertigine. 2, 22, 22. 2, 30 tit. *al.* APVL. met. 5, 27. mund. 11 thrascias et argestes sunt indidem -antes (*Ps. Aristot. mund. 4 p. 394, 30 θρασκίας δὲ ὁ ἐξῆς πνέων τῷ ἀργέστῃ*). MIN. FEL. 5, 9. TERT. adv. Marc. 1, 1 p. 291, 12 *in Ponto* omne, quod -verit, aquilo est. PORPH. Hor. carm. 1, 3, 4. 16 *al.* PALLAD. 3, 24, 3 AMM. 22, 15, 5. 27, 4, 3 VEG. mil. 4, 38 HYG. astr. 2, 4 p. 37, 20 HIER. epist. 60, 13, 2. VVLG. exod. 10, 19 *deus* -are fecit ventum . . . vehementissimum. 14, 21 -ante vento vehementi. Sirach 43, 22 (*πνεύσει*). Dan. 3, 50 fecit medium fornacis quasi ventum roris -antem (*πνεῦμα δρόσου διασυρίζον*). Matth. 7, 25 *al., velut* Ioh. 6, 18 vento magno -ante (*ἀνέμου μεγάλου πνέοντος*). act. 28, 13 -ante austro (*ἐπιγενομένου νότου*). CLAVD. carm. min. 28, 3 graviter -antes pluviali frigore cauros. AVG. civ. 21, 10 p. 510, 26 D. *aer*, cuius impulsus vento -ante sentitur. MART. CAP. 6, 648 SIDON. carm. 5, 388. DRAC. laud. dei 1, 578 venti -antes vaga marmora crispant. MARCELL. chron. auct. p. 102, 526 GREG. M. in Ezech. 1, 2, 9. *impersonaliter*: PLIN. nat. 18, 328 illinc -ante ne arato. *tropice*: OV. Pont. 2, 3, 26 non paucis . . . munitus amicis, dum -vit velis aura secunda meis. HIER. epist. 141 contra -antes ventos ardore fidei perstitisti. GREG. M. in euang. 6, 2 si . . . ab humano ore aura favoris -verit, . . . se quasi ad gratiam inflectit *carnalis animus ut arundo.* *de animantibus tamquam ventis spirantibus*: LIV. 38, 10, 6 postquam -are ab Asia Thoas et Dicaearchus . . . coepissent, tum illam tempestatem coortam, quae ad Antiochum eos (*Aetolos*) sicuti in scopulum intulisset. *huc addiderim*: HIER. in Abd. 21 p. 384 spiritualis intelligentiae vela pandamus, ut -ante domino . . . perveniamus ad portum. in Ezech. lib. 12 praef. -ante spiritu sancto vela suspendam ignorans ad quae sim litora perventurus. VVLG. exod. 15, 10 -vit spiritus tuus, et operuit eos mare. Iob 4, 9 eos . . . -ante deo periisse et spiritu irae eius esse consumptos. 37, 10 -ante deo concrescit gelu. psalm. 147, 18 -bit spiritus eius et fluent aquae (*πνεύσει τὸ πνεῦμα αὐτοῦ*). Is. 40, 24 *deus* repente -vit in eos . . . et turbo quasi stipulam auferet eos.

B *de animantibus* (*cf. supra l. 45 sqq.*): **1** *ore* -are: **a** *ex ore aerem promittere, fere i. q. exspirare*: PLAVT. Most. 791 simul -are sorbereque haud factu facilest. TERT. anim. 11 p. 315, 11 *v. p. 912, 65.* adv. Marc. 2, 9 p. 346, 28 (*cf. p. 914, 4 sqq.*) nec tu . . ., si in tibiam -veris, hominem tibiam feceris, quamquam de anima tua -veris, sicut et deus de spiritu suo (*ibid.* p. 347, 3 -asse deum in faciem hominis. PRVD. apoth. 832 *anima* flatus domini est, sed spiritus et vis . . . est . . . dei tanto moderamine missa, quanto -ans voluit -andi servare tenorem. AVG. civ. 13, 24 p. 658, 7 D. *animam* deo -ante creatam). AVG. gen. ad litt. 7, 12 p. 211, 18 *v. p. 914, 12.* civ. 14, 24 p. 50, 18 D. pulmones . . . ad spiritum ducendum ac remittendum . . ., sicut folles fabrorum . . ., -antis, respirantis serviunt voluntati. CLAVD. MAM. anim. p 63, 11 *v. p. 912, 67.* CORIPP. Ioh. 2, 457 irruit . . . somnus, et effuso -verunt pectora cornu. *tropice*: MART. 7, 37, 6 cum -ret madida fauce December atrox. GREG. M. moral. 5, 37 (*ad Iob 4, 9 [v. supra l. 52]; cf. p. 912, 68*) quasi -ante deo ab exterioribus aliquid introrsus trahitur . . . . et rursum quasi -ante deo ab interioribus spiritus extrorsus emittitur. **b** *de instrumentis musicis fere i. q. canere* (*cf. p. 914, 21 sqq.*): GLOSS. II 72, 36 -at flator *φυσᾷ αὐλητής.* *subi. pro persona res*: OV. fast. 4, 182 inflexo Berecyntia tibia cornu -bit. **2** *folle* -are: LIV. 38, 7, 12 *Aetoli* scintillam . . . inditam plumae folle fabrili . . . imposito -ando accenderunt. AVG. civ. 14, 24 p. 50, 18 D. *v. supra l. 66.*

II ***transitive:*** **A** *subi. est res* (*de ventis non legitur nisi locis admodum dubiis, v. p. 912, 75. 78. 79. 81. supra l. 2*): APVL. mund. 17 quibusdam sub ter⟨ris⟩ occulti sunt spiritus, et -ant incendia indidem ⟨et⟩ suspirant (*Ps. Aristot. mund. 4 p. 395, 20 ἀναπνοὰς ἔχουσι καὶ ἀναφυσήσεις*).

B *de animantibus*: **1** *ore* -are: **a** *fere i. q. exspirare*: VARRO ling. 6, 9 *hieme* anima quae -atur . . . apparet. LVCR. 5, 906 Chimaera ore foras . . . -re⟨t⟩ de corpore flammam. APVL. met. 5, 20 *postquam maritus* altum soporem -are coeperit. ITALA gen. 2, 7 (Tert. anim. 3 p. 303, 21. *sim.*: 26 p. 344, 22 Aug. gen. ad litt. 7, 1 p. 200, 23) et -vit (afflavit *vel* insufflavit *aliis locis*) deus flatum vitae in faciem hominis (*ἐνεφύσησεν*, VVLG. inspiravit. *cf.* TERT. adv. Marc. 1, 24 p. 324, 13 quod [*i. hominem de limo*] finxit *deus*, non quod -vit. AVG. gen. ad litt. 7, 1 p. 201, 17 nonnulli . . . codices habent 'spiravit' vel 'inspiravit'. . . . sed cum Graeci habeant *ἐνεφύσησεν*, non dubitatur '-vit' vel 'sufflavit' esse dicendum. 7, 12 p. 211, 17 ita eam *deus* -verit de aëre corporis sui, sicut -at nostra de sui). CLAVD. DON. Aen. 9, 445 *v. infra l. 60* PRVD. perist. 3, 21 *v. infra l. 62* PAVL. NOL. carm. 24, 839 *v. infra l. 67.* AVG. anim. 3, 5, 7 *Heliseus* -verit flatum neque sentientem neque viventem. 4, 11, 15 utrum novas eas -ando, an de parentibus trahendo *animas det deus* non exprimunt *divina testimonia.* CAEL. AVR. chron. 1, 4, 116 aceto naribus interius -ato (*sc. per fistulam; cf.* PLIN. nat. 34, 109). **b** *de oratoribus i. q. tumide dicere, inflata oratione uti*: QVINT. inst. 12, 6, 5 omisso magna semper -andi tumore . . . loquendum est. GELL. 1, 2, 6 has ille inanes glorias cum -ret (*infra* magniloquentia). **c** *in re musica fere i. q. canere tibia sim.*: *α instrumentum est obi.*: OV. fast. 4, 341 furiosa . . . tibia -atur. *trop.*: NECTAR. Aug. epist. 103, 1 Tullius . . ., qui . . . tubam . . . illam canorae vocis et linguae, quam in criminum reos . . . spiritu iustae indignationis -verat (*sic codd. praeter unum, qui* inflaverat), anhelus inverteret. *β obi. alia, instrumentum datur per abl.; non nisi trop.*: PROP. 3, 3, 42 nil tibi sit rauco praeconia classica cornu -are (flere *codd.*). MART. 11, 3, 8 Pieriā proelia -are tubā.

2 *folle* -are: PLIN. nat. 36, 143 *Phrygius lapis* uritur ante vino perfusus, -atusque (-aturque *vel* -atur *pars codd.*) follibus, donec rufescat.

de aere, plumbo sim. igni liquefaciendis i. q. conflare, fundere: VITR. 8, 6, 11 fundendo plumbum -atur. PAVL. dig. 17, 2, 83 duabus massis duorum dominorum -atis tota massa communis est.

speciatim de nummis: VAL. SORAN. Gell. 2, 10, 3 non rude aes argentumque, sed -ata signataque pecunia. VARRO rust. 2, 1, 9 aes antiquissimum, quod est -atum, pecore est notatum. frg. Char. gramm. I 105, 6 nummum argenteum -atum primum a Servio Tullio dicunt. VLP. dig. 48, 10, 9, 1 qui argenteos nummos adulterinos -verit. SYMM. epist. 10, 2, 4 -andae monetae nequitiam decoquat . . . purgatio.

in iunctura triumvir a(ere) a(rgento) a(uro) f(lando) f(eriundo) (*cf. Mommsen, Gesch. des röm. Münzwesens p. 366, 3*): ELOG. 33 (Corp. I² 1 p. 200 *a. 92 a. Chr.*). *in nummis non nisi exeuntis primi a. Chr. n. saeculi*: INSCR. numm. Grueber cat. Brit. mus. I p. 552 n. 4187 (*a. 44 a. Chr.*). II p. 57 n. 4494 (*a. 15 a. Chr.*) *al. in lapidibus aetatis imperatorum*: CORP. XIV 3608, 4 (*aet. Vespas.*). VI 32412. -are *breviter dictum pro* -are et ferire (*cf. Mommsen l. l.*): INSCR. numm. Grueber cat. Brit. mus. II p. 359 n. 57 (*intra a. 76 et 72 a. Chr.*) Lent(ulus) c(urator) ☧ (*i. denariis*) f(landis). *item* n. 58 fl(andis). CIC. Sest. 66 quae ratio aut -andae aut conflandae pecuniae non reperiebatur? INSCR. numm. Grueber cat. Brit. mus. II p. 573 n. 10 (*a. 46 a. Chr.*) Eppius leg(atus) f(landum) c(uravit). I p. 565 n 4198 (*ca. a. 43 a. Chr.*) IIIIvir pri(mus) fl(avit) (*sic explevit Mommsen*, -andae *Eckhel*, flamen *Cohen*). INSCR. numm. Babelon I p. 184 n. 71 (*ca. a. 36 a. Chr.*) L. Atratinus augur praef(ectus) class(is) f(landum) c(uravit). INSCR. numm. Grueber cat. Brit. mus. II p. 517 n. 152 *al.* CORP. III 14148[10] (ad 87) IIIviro aur(o) arg(ento) flando trib(uno) *eqs.*

ad II singularia: ad A et B referri potest: CLAVD. MAM. anim. 1, 7 p. 45, 21 aures nisi aëre aut percusso aut -ato (flatu *plerique codd.*) non sentiunt. -are ***compositorum*** *notione: i. q. efflare*: CLAVD. DON. Aen. 9, 445 *Nisus* maluit . . . super carissimum funus animam -are (efflare *editio Fabricii*). *i. q. exsufflare* (*cf. p. 881, 67 sqq.; an deflare? cf. vol. V 361, 21 et 25*): PRVD. perist. 3, 21 spernere sucina, -are (*sic unus cod. det.*; flere *codd. potiores*, flore *al. cf. Eranos 12 [1912] 148*) rosas, fulva monilia respuere. *i. q. inflare* [PLIN. nat. 18, 359 *v. p. 912, 79*]: CAEL. AVR. chron. 5, 11, 131 ut -ato (inflatio *var. lect.*) atque extento et prominenti corpore videantur. PAVL. NOL. carm. 24, 839 scriptura . . . sancto -ata (*i. inspirata trop.*) spiritu. ALC. AVIT. carm. 2, 239 *Eva* cui tunc audacia primum -bat femineos . . . in corda furores.

syn.: afflare, insufflare *v. supra l. 6.* fundere *v. supra l. 32.* inspirare, spirare, sufflare *v. l. 9 sqq.* spiritum remittere *v. p. 913, 67.*

opp.: respirare, spiritum ducere *v. p. 913, 67 sq.* sorbere *v. p. 913, 59.*

compos.: af-, cini-, circum-, con-, de-, dif-, ef-, in-, per-, pro-, re-, sufflo. *deriv.*: flabilis, flabrum, 2. flamen, flatilis, flator, flatura, flatus, (flavisae). *Brandt.*

floccēs, -um *gen. inc. [orig. inc., nisi cf. est c.* floccus; *terminationem a* fraces *accipere potuit. Th.]. de scriptura*: floces *scriptum est in codd.* NON. (*l. 82*) *et* GLOSS. (*l. 82*). *de* COLVM. 6, 13, 3 *v. p. 915, 3. de notione*: GELL. 11, 7, 6 -es . . . prisca voce significare vini faecem e vinaceis expressam, sicuti fraces oleis (*cf.* 11, 7, 3 vinum . . . eructum et foetidum). NON. p. 114, 15 -es faex vini (*seq. vers. Caecilii*). GLOSS. -es faeces vini. [*lucc.* fiogia. *M.-L.*]

CAECIL. com. 190 at pol ego neque florem neque -es (floces *codd. Nonii*) volo mihi, vinum volo. GELL. 11, 7, 3 (*verba oratoris cuius-*

[Bauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dam, qui hanc vocem legit apud CAECIL.) eques Romanus apludam edit et -es bibit. *dub.*: COLVM. 6, 13, 3 (*de medicamento*) quidam -es (flaces *S*, floces *A K*) vino et adipi commiscent (fraces *vulg.; sed cf.* VEG. mulom. 4, 12, 3 faeces vini et axungiae).

?floccim *adv.* GLOSS. -m fortuitu id est subitaneo casu. *duas glossas restituendas esse censuit Loewe, Gloss. nom. p. 157* flocci nihili *et* fortuitu *eqs.*

quid sit **floccio** (*v. l.* floccie, flocci): [FVLG.] serm. ant. 38 *lemma*; *sed* FVLG. *explicat* flocci (*v. infra l. 63 sq.*).

?flocco, -āre. *sensu obscuro*: PS. SORAN. epit. 80 caliginis causa super umbilico *infantis* sane usque dum -et, oleum calidum ponat.

floccōsus, -a, -um *a* floccus. *i. q. flocci mollitudine praeditus, lanugineus*: SORAN. p. 50,15 mulier strato ... molli cooperienda est, stramentis (tegimentis *l*) novis et -is (*sic l h*, locosis *b*). PS. APVL. herb. 63 -is vel lanugineis agnationibus *foliorum*. [*val.* flocos, *it.* fioccoso. *M.-L.*]

flocculus, -ī *m. a* floccus *deminutive*. [*it.* fioccolo. *M.-L.*] *i. q. floccus parvus* (*nescio an huc pertineat* GLOSS. III 370, 26 flosculus *κόκκος, ubi fort. legendum* -us *κροκύς*): *de lana*: CASS. FEL. 62 p. 155 opium -o (floculum *c*, follicum p^1, folliclo *p corr.*) inclusum. 82 p. 194 acacia ... contrita et in -o (fleculo *c*, foculo p^1, floculo *p corr.*) apposita. AVCT. inc. de magistr. et sacerd. (*ed. Huschke, Vratisl. 1829*) p. 4 flamines ... a -o (flosculo *trad.*) lan[ce]ae ... denominati. *de alia re*: TERT. nat. 1, 5 p. 65, 18 ut *caelum* non alicuius nubiculae flocculo resignetur.

floccus, -ī *m.* [*orig. inc. Th.*]. *de genere*: EXC. Bob. gramm. I 554, 14 -us *inter neutra enumeratur*. -um GLOSS. II 530, 9. III 93, 30 *de forma*: flucco GLOSS. III 210, 2 (*cf.* fucus III 22, 21). *v. infra l. 60. hic illic* flocus *scribitur apud recentiores. de notione*: GLOSS. *κροκύς* (= EXC. Bob. gramm. I 554, 14). lana. -i *κροκίδες*. SCHOL. Prud. perist. 10, 140 p. 98 Burn. pilus. SCHOL. Palat. Prud. perist. 10, 140 (*ed. Burnam, Am. Journ. of Arch. 1900 p. 296*) -um dicimus capillum. *dubium*: GLOSS. cod. Casin. 90 -us iocus puerilis in quadam arte violae ('*fortasse ad quorundam florum pappos volantes spectat*' *Loewe, gloss. lat. nom. p. 157; cf. l. 54 sqq.*). *legitur inde a* PLAVTO. [*val.* floc, *it.* fiocco, *francog.* floc, *hisp.* fleco. *M.-L.*]

i. q. particula lanae, lanula:

I ***pro vero substantivo*:** VARRO rust. 1, 59, 3 in oporotheca māla manere ... substrata palea vel etiam -is (*μετὰ γναφάλλων Geop. 10, 21, 10. cf.* PLIN. nat. 15, 65). 2, 11, 8 tegeticulis subiectis oves tondere ..., ne qui -i intereant. CELS. 2, 6, 6 *aegrotus* manibus ... in veste -os legit fimbriasque deducit (*χεῖρας ... κροκύδας ἀπὸ τῶν ἱματίων ἀποτιλλούσας*. CASS. FEL. 62 p. 154, 8 crocydismos id est -orum electio. *cf.* NON. p. 7, 17 'defloccare' ... tractum *est* a vestibus sine -o. *tropologice* DIONYS. EXIG. Procl. or. 3 incarnationis ... tunica, cuius operis ... -i *sunt* ex virgine immaculata caro). PLIN. nat. 10, 92 *hirundines* nidum mollibus plumis -isque consternunt. 30, 80 clavos *sanat* ... lacertae ... sanguis -o impositus (MARCELL. med. 34, 105 p. 357, 32 sanguis lacertae ... cum -o impositus. PLIN. med. 2, 25 p. 67, 13 in -o. *sic saepe in medicina*: PLIN. nat. 30, 143 vespertilionis sanguinem collectum -o. PELAGON. 311 -um tomenti intinctum oleo venae admoveto [VEG. mulom. 2, 78 p. 165, 6]). APVL. met. 6, 11 de coma pretiosi velleris *ovium* -um ... afferas. CAEL. AVR. acut. 2, 37, 193 lecti concubatio neque dura ... neque plus satis mollis, ut est -orum vel levium plumarum. *de plantarum lanugine*: SCRIB. LARG. 154 cucurbitae silvestris -orum aut seminis p. *tot*. PLIN. nat. 16, 28 nascuntur in *robore* ... pilulae ... intus habentes -os molles, lucernarum luminibus aptos; nam et sine oleo flagrant, sicuti galla nigra. PS. APVL. herb. 60 *planta quaedam* fructu sive semine -orum corticis simili, pruritum movente. *in urinae sedimine*: ORIBAS. syn. 6, 4 p. 98 si *urina* -os (flucus *versio altera*) in sedimen habiat.

II ***in locutionibus*:** -ī aestimo (*p. 916, 13*), existimo (*l. 84*), facio, pendo (*p. 916, 6. 25*); -um interdo (*p. 916, 10*): GLOSS. -i et nauci pro nihilo ponitur. -i alicuius momenti. FVLG. serm. ant. 38 -i (-io *unus cod., v.* floccio) dixerunt quasi nihili, unde et Plautus ait (*sequitur frg. inc. 68*). SCHOL. Palat. Prud. perist. 140 (*v. l. 30*) -*us* hic pro inutili ponitur. DON. Ter. Eun. 303 nota ⟨-i facere, ut⟩ -i pendere (*Ter. Eun. 411*), et 'contemnere' et 'non contemnere' significare, ut nunc. SCHOL. Ter. Eun. 303 p. 100, 17 -i fecerim, parvi pependerim. GLOSS. -i fecerim, non contempserim. EVGRAPH. Ter. Eun. 411 non (*om. pars codd.*) -i pendere, contemnere et nullius momenti ducere. GLOSS. -i pend[e]o, non satis curo. -i pendere, alicuius momenti incusare *vel* iudicare. -i pendens, parvi pendens, id est parum (parvum *al.* parvi *Loewe*) existimans. V 661, 74 -i te non pendo (= 663, 15 nihili te pendo. 663, 37 parvi te facio).

A *i. q. alicuius, sed parvi momenti aestimo; praeter* TER. Eun. 303 (*p. 916, 16*) *semper negative*: non -i facio *sim. i. q. ne parvi quidem momenti aestimo, nihili aestimo*: **1** *negative: hominem*: PLAVT. Cas. 332 tu istos minutos cave deos -i feceris. 713 non ego te -i facio (= Truc. 606). Men. 423 neque ego illum maneo neque -i facio. Most. 808 cave tu ullam -i faxis mulierem. Stich. 285 cave quemquam -i feceris. Truc. 769 quae te non -i facit. *rem*: PLAVT. Men. 994 cave quisquam, quod illic minitetur, vostrum -i fecerit (Rud. 795 minacias ego -i non faciam [facio *P*] tuas. *cf.* Most. 76 satine abiit neque, quod dixi, -i existumat? Rud. 782 ego, quae tu loquere, -i non facio). Rud. 47 leno ... -i non fecit fidem. CIC. Att. 1, 16, 13 *φιλοσοφητέον* ... et istos consulatus non -i facteon. 4, 15, 4 *τριταρειοπαγίτας* ambitum, comitia ... totam denique rempublicam -i non facere. *absolute*: PLAVT. Trin. 918 nil agis; neque adeo edepol -i facio. TER. Eun. 411 invidere omnes mihi, mordere clanculum: ego non (*om. ς et pars codd. apud* DON. *et* EVGRAPH.) -i pendere (*v. p. 915, 66 sqq.*). CIC. Att. 13, 50, 3 prorsus aveo scire, nec tamen -i facio. *pendet enuntiatum interrogativum*: PLAVT. Trin. 211 falsone an vero laudent, culpent, quem velint, non -i faciunt. 992 di te perdant, si te -i facio an periisse⟨s⟩ prius. 994 qui sis, qui non sis, -um non interduim (*an similis loci reliquiae habentur in* GLOSS. V 416, 32 flaciduim servum?). frg. inc. 14 neque muneralem legem neque lenoniam rogata fuerit necne, -i aestimo. ut (?): IVVENT. com. 6 pallium ⟨non facio⟩ -i ut splendeat (*sic cod. N Gellii*, splendean *rell.; cf.* GELL. 18, 12, 2 nonne hoc impendio venustius gratiusque est, quam si diceret 'maculetur'?). **2** *affirmative*: TER. Eun. 303 me *di deaeque perdant*, qui restiterim, ... qui illum -i fecerim (quin illum *vel* qui non illum *vel* qui illum non *pars codd.* DON. *ad l.* deest 'vel', ut sit 'vel -i fecerim' *v. p. 915, 66 sqq.*).

B *i. q. parvi aestimo, fere nihili aestimo, contemno: rem*: PLAVT. Epid. 348 dum tibi ego placeam ..., meum tergum -i facio. CATO or. frg. 8, 2 rumorem, famam -i fecit. PRVD. perist. 10, 140 his ampliatus si fruar successibus, genus patris matrisque -i fecero. *absol.*: TITIN. com. 137 'lotiolente'. — '-i fiet (*sc. contumelia ista*)'. *pendet enuntiat. interrog.*: PLAVT. frg. inc. 68 -i pendo, quid rerum geras.

deriv.: defloccо, **?flocco**, floccosus, flocculus.

flōces, -um *v.* flocces.

?flocilis i. inflamatium GLOSS. III 563, 26 (*φλόγωσις* inflammatio? *φλόγισις pro Goetzii φλόγωσις dubitanter Heraeus in indice gr.-lat.*).

flogium *v.* phlogium. [*Bauer.*

flogmus, flom(m)us *v.* phlomos. **flōrālicius** *v. Onomast.*

flōrālis, -e *adi.* [*a* flos. *Th.*]. PRISC. gramm. II 131, 5 in 'alis' desinentia, si sint a nominibus ... declinationis ... tertiae, '-is' *genetivi* mutant in a longam et assumunt '-lis': ... 'flos, floris, floralis'. GLOSS. *ἀνθιμος. ἀνθινὸν χρῶμα*: -is color. -is ager: optimus, floridus. NOT. Tir. 105, 62 Bern. 63, 56 (p. 42^b). *adiectivum non legitur nisi loco dubio*: CARM. epigr. 1388, 3 -e decus (*Burmann*, forale *alii*; eorale *lapis*). Floralis *a* Flora *v. Onomast.* (*etiam* CARM. de mens. 2, 24 -isque fugas *potius ad nomen deae spectat*). *n. plur. pro subst.* **flōrālia,** -um. *i. q. hortus florum*: VARRO rust. 1, 23, 4 nec minus ea discriminanda in conserendo, quae sunt ... propter voluptatem, ut quae pomaria ac -ia appellantur (*cf. Keil ad l.*).

flōrēns, -ter *v. sub* floreo.

florentinārius, -ī *m. a* flos, florere. *significationis incertae* (*is qui florentia i. flores venditat?*): CORP. VI 9421 ⟨d(is)⟩ m(anibus) s(acrum) ... ⟨...⟩o L. f(ilio) Quir(ina) Successino ... -o.

***flōreo,** -uī, -ēre *et* (*inferiore aetate*) **flōrio,** -īvī, (-iī), -īre [*a* flos, *cf.* florescere. *Th.*]. *de formis: part. fut.* -iturus: PORPH. Hor. carm. 2, 20, 6 HIER. in Ezech. 16, 55 p. 185 LVXOR. ('Lisorius') anth. 1 p. XXVIII (= poet. min. IV p. 441) nec frondītura pinus nec -ura ficus. PAVL. NOL. (?) epist. Clem. Rom. Spicil. Solesm. 1 p. 293 Pitra. *formae coniugationis quartae: praes.*: -it: DIOSC. 4, 92. *infin.* -ire: DIOSC. 1, 141. 3, 47. 5, 2. 7. 90. *part.* -ientes: GREG. TVR. dorm. 10 *pars codd.* (*Anall. Boll. XII p. 385*). -iunt: GLOSS. *imperf.* -iebant: ITALA Nah. 1, 4 (Weing.) *p. 917, 18.* -iret: GREG. TVR. vit. patr. 20, 1 p. 741, 14 (*teste Bonnetio p. 429*). *perf.*: -ierat: ITALA Hebr. 9, 4 (cod. d) *p. 917, 22.* -ivit: CORP. XIII 7113 (= CARM. epigr. 216), 6 *p. 918, 24. fut.*: -iet: *reprehenditur*: AVG. doctr. christ. 2, 13, 20 illud ..., quod iam auferre non possumus de ore cantantium populorum (*psalm. 131, 18 v. p. 919, 74*) ... auditor ... peritior mallet hoc corrigi, ut non -iet, sed -ebit diceretur, nec quicquam impedit correctionem nisi consuetudo cantantium. ISID. orig. 1, 32, 1 barbarismus est verbum corrupta littera ... enuntiatum ... ut '-iet', dum '-ebit' dicere oporteat. *legitur*: ITALA Iob 14, 7 (*v. p. 917, 17*) psalm. 71, 16 (German. **1** [-ient Veron.], Arnob. in psalm. p. 427^A) psalm. 91, 13 (Cas., Ps. Aug. spec. 114 p. 648, 2) psalm. 102, 15 (Arnob. in psalm. p. 473^B Ps. Aug. spec. 114 p. 650, **1** Cassiod. in psalm. *ad l.* [*codd. A B F* -ebit]). psalm. 131, 18 *v. p. 919, 74* (Hil. in psalm. p. 683, 18 Aug. doctr. christ. 2, 13, 20 *v. l. 58*) Is. 27, 6 (Iren. 4, 4, 1). -ient (*cf. l. 64*): ITALA psalm. 133, 3 (Hil. in psalm. p. 692, 6) Luc. 21, 30 (cod. a) *v. p. 917, 20. de prosodia: cum apice*: florentem: CARM. epigr. 1036, 2 (*saec. 1*). flōrens: DRAC. laud. dei 1, 633 (*cod. B*, virens *rec. Eug.*). *de notione*: DIFF. ed. Beck p. 58, 26 -ere effectum est, florescere incipere -ere. GLOSS. *ἀνθῶ*. -et viget. -ent (-iunt) *θάλλουσιν*. *legitur inde a* PLAVTO, ENNIO (*p. 920, 44*), CATONE, *deest ex. gr.* TER. PROP. PERS. *fort. transitive positum*: VVLG. Sirach 39, 19 *v. p. 917, 34.* [*dub. vel corrupt.*: CIRIS 110. 121 *v. p. 917, 44.* DRAC. laud. dei 1, 633. VVLG. Ier. 48, 9 -ens *per errorem interpretis ex vocabulo, quod significat 'florem', perperam translato natum est* (*v. p. 927, 84*).] [*it.* fiorire, *francog.* fleurir, *hisp.* florecer. *M.-L.*]

I ***proprie i. q. gr. ἀνθεῖν tam de floribus, arboribus sim., quam de terra, agro (p. 917, 5. 6. 11. 13. 25. 38. 39. 41. 42. 43 al.). latiore sensu i. q. floribus ornatum esse p. 917, 44.***

A *nude ponitur* (*acced. dat. p. 917, 14. 15. 23*, in *c. acc. p. 917, 8*): TRAG. inc. 136 segetes largiri fruges, -ere omnia (LVCR. 5, 214 per

[J. Kapp]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

terras frondent atque omnia -ent. CIC. nat. deor. 2, 41 *sol* efficiat, ut omnia -eant et in suo genere pubescant. OV. met. 15, 204 fast. 1, 151 *al.*). CATO agr. 41, 1 uva -et. *al.* VARRO rust. 1, 1, 6 frumenta atque arbores. 1, 40, 4 antequam gemmare aut -ere quid incipit. *al.* CIC. nat. deor. 2, 19 possetne uno tempore -ere, dein vicissim horrere terra? *al.* VERG. georg. 2, 6 -et ager. 4, 32 copia thymbrae -eat. *al.* CIRIS 98 sparsa . . . liminibus -et rosa. HOR. epod. 16, 44. OV. met. 9, 341 in spem bacarum -bat . . . lotos. fast. 5, 321 *sq.* -bant oleae, . . . -bant segetes (*inde tropice* 5, 327 si bene -eat annus). *al.* CARM. epigr. 967 (*aet. Aug.*) ut rosa amoena homini est, quom primo tempore -et. SEN. Med. 760 aestiva tellus -uit cantu meo (*sc. Medeae*). CALP. ecl. 5, 21 segetes. PLIN. nat. 21, 2 quae spectatissime -eant, celerrime marcescere. *passim*. SIL. 7, 207 uviferis late -bat Massicus arvis. 15, 532 nulla mihi (*telluri*) -et bacis felicibus arbor. STAT. Ach. 1, 15 *Domitiano* geminae -ent vatumque ducumque certatim laurus. MART. 8, 28, 3 -uit herba. APVL. met. 3, 29 *in hortulo* rosae virgines matutino rore -bant. ITALA Iob 14, 7 (Hier. interpr. Iob 14, 7) *lignum praecisum* iterum -iet (ἐπανθήσει, VVLG. viresci t). Nah. 1, 4 (Weing.) quae -iebant huius Libani, defecerunt (τὰ ἐξανθοῦντα τοῦ Λιβάνου, VVLG. flos Libani elanguit). Luc. 21, 30 (cod. a) *ficulneae* cum -ient a se (προβάλλωσιν ἀφ' ἑαυτῶν, VVLG. producunt iam ex se fructum). Hebr. 9, 4 (cod. d) virga Aron, qu⟨a⟩e -ierat (βλαστήσασα, VVLG. fronduerat). AVIEN. carm. ad Flav. 26 genus hoc arbos nullo mihi -eat horto. AMM. 28, 1, 42 scopae -ere sunt visae . . ., idque portendebat. VVLG. cant. 7, 12. Is. 35, 1 solitudo . . . -bit quasi lilium. SVLP. SEV. dial. 1, 19, 4 virga -uit (*i. reviruit*). *parabolice de hominibus* (*gr. ἀνθεῖν sive ἐξανθεῖν*): PLAVT. Truc. 354 ver vide, ut tota -et, ut olet, ut nitide nitet (*sc. amica*). VVLG. psalm. 71, 16 -bunt de civitate sicut foenum terrae. 89, 6 *homo* sicut herba . . . mane -eat et transeat, vespere decidat. 91, 13 iustus ut palma -bit. 91, 14 plantati in domo domini in atriis domus dei . . . -bunt. *de Christo*: AVG. serm. ed. Mai 44, 1 *ut arbor post hiemis sepulturam* -uit . . . dominus, cum resurrexit de tumulo, fructificat, cum ascendit in caelum. *nota* (*cf. p. 919, 23*): VVLG. Sirach 39, 19 -ete flores (*sitne nom. an acc., parum liquet*) quasi lilium (*ἀνθήσατε ἄνθος ὡς κρίνου*).

B *accedit abl. rei, qua arbor, terra sim. -et*: LVCR. 5, 911 (*inter ἀδύνατα*) gemmis (*i. lapidibus*) -ere arbusta. VERG. ecl. 8, 53 nunc . . . narcisso -eat alnus. TIB. 1, 3, 62 totos . . . per agros -et odoratis terra benigna rosis. OV. Pont. 2, 7, 26 quam multis -eat Hybla thymis. MART. 3, 65, 3 vinea quod *spirat*, primis cum -et cana racemis. APVL. mund. 4 *terra* infinitis coloribus -et. *adde*: CLAVD. 21, 324 viridi -ret milite sulcus (*sc. a Cadmo aratus*). PASS. Petr. 1 omnis terra -bat . . . sanguine martyrum. *latiore sensu i. q. floribus ornatum esse*: CIRIS 121 -bant (*v. l.* frondebant) tempora lauro. *tropice*: CATO or. frg. 1, 8 mare velis -ere videres (LVCR. 5, 1442 mare velivolis -bat ⟨puppibus⟩. *cf.* SERV. Aen. 7, 804 acyrologia est: Lucretius: -bat navibus pontus).

II ***translate*:** **A** *fere i. q.* ***vigere, excellere,*** *in gratia esse (apud posteritatem l. 78. p. 918, 2), abundare.* GLOSS. -et *ἀνθεῖ*, -eat vigeat, -ent *θάλλουσιν. v. graeca p. 918, 19. 20. 51. 919, 72. 75. 77. 79.*

1 *de* ***animantibus*** *(de equo i. q. ἡβᾶν, ἀκμάζειν l. 84, carne p. 918, 35); cf.* AVG. epist. 180, 3 (*inter exempla metaphorarum*) '-ere iuvenes', *opp.* herbas vel arbores . . . ubi proprie ista verba dicuntur. *cf. etiam p. 918, 27.* **a** *nude ponitur* (*acced.* ad [*?*] *l. 63* [*aliter p. 918, 23*], adversus *p. 918, 8*, apud *p. 919, 16.* cum *aliqua re l. 80*, cum *aliquo p. 918, 58*, ex *p. 918, 17*, in *c. abl. [aliter p. 919, 26] sensu locali l. 66 sqq. 73. 80. p. 918, 17, sensu causali infra l. 74, sensu temporali l. 82. p. 918, 7* [*item aliae notiones temporales passim*], inter *infra l. 65. p. 918, 19. 31. 34*, per *l. 72. p. 918, 21*, praeter *infra l. 83*):

CORP. VI 9499, 16 (= CARM. epigr. 959; *aet. Sull.*) meo (*sc. uxoris*) officio adsiduo -bat ad omnís (*fort.* ad *de comparatione dictum; cf. vol. I p. 548 sqq.; sed sententia fort. manca, quia pentametrum periisse probabile est, v. Bücheler ad l.*). CIC. Quinct. 80 qui inter illos *oratores* -bas. Font. 26 equites Romani . . . nuper in re publica iudiciisque maxime -erunt (*cf.* Cluent. 107 qui . . . in iudiciis publicis iam tum -ente re publica -uerunt. Cael. 59 in curia . . . in rostris . . . in re publica. epist. 1, 9, 2 in sententiis senatoriis et in omni actione atque administratione rei publicae -uissemus. ac. 2, 1 ingenium L. Luculli . . . quibus temporibus -ere in foro maxime potuit. VELL. 2, 48, 6 in re publica [*syn.* eminere]. NOVELL. Iust. app. 7, 22 per nostram rem publicam]. Catil. 3, 25 *seditiosi* se in hac urbe -ere voluerunt. Sest. 110 *Gellii* adulescentia in amplissimis honoribus . . . L. Philippi vitrici -ere potuisset (*cf.* Brut. 236 is cum satis -uisset adulescens, minor haberi est coeptus postea. *v. etiam l. 53 sq. et p. 919, 51*). Brut. 227 hic temporibus -uit iis, quibus *eqs.* ac. 2, 16 admodum. div. 2, 100 nunc. off. 3, 116 quibus *philosophis* (*sc. Aristippi asseclis*) obsoletis -et Epicurus. Att. 4, 3, 6 animo dumtaxat vigemus, etiam magis ⟨quam⟩ cum -bamus. 15, 5, 3 ex . . . urbe, in qua . . . -ui cum summa . . . dignitate (*opp.* servivi). *al.* epist. 5, 15, 3 ut, cum maxime -ere nos oporteret, tum vivere etiam puderet. Lael. 4 qui (*Cato*) in ipsa senectute praeter ceteros -uisset. LVCR. 1, 1034 gens animantum -eat. 5, 884 circum tribus actis . . . annis -et equus, puer hautquaquam. OV. trist. 5, 8, 19 nos quoque -uimus, sed flos erat ille caducus. SEN. Herc. f. 305 regna moderantem sua -ere patrem. dial. 6, 1, 4 (*de A. Cremutio Cordo mortuo*) legitur, -et, in manus hominum, in pectora receptus vetustatem nullam timet. CVRT. 10, 5, 23 Dareum -uisse paulisper, ut crudelius posset extingui. PLIN. nat. 15, 121 quamdiu senatus . . . -uit. 35, 101 simul . . . et Protogenes -uit. SIL. 15, 594 -uerat primo clarus pugnator in aevo. STAT. silv. 5, 1, 142 -bant hilares inconcussique penates. TAC. ann. 11, 24 adversus externa -uimus. SVET. Tib. 3, 1 familia . . . admodum -uit (TRER. trig tyr. 14, 3 quae hodieque -et. *cf.* CARM. epigr. 1849, 5 -et celsa domus. suboles clarique nepotes). PLIN. paneg. 90, 6. MIN. FEL. 36, 8 viri fortes . . . aerumnis suis inclyti -uerunt. TERT. adv. Val. 12 p. 191, 14 quod optimum atque pulcherrimum (*acc. gr.*) unusquisque -bat *Aeonum* (*cf. p. 923, 22*). COMM. apol. 200 *gens* . . . in scelere prisco revoluta -bat (*i. laute vivebat*). CAPITOL. Aur. 27, 7 sententia Platonis . . . -ere civitates, si aut philosophi imperarent aut *eqs.* AMM. 15, 5, 11 in palatio multitudo -bat. PELAGON. praef. p. 29, 13 me ex tua claritate -ere (*syn.* enitere). RVFIN. hist. 2, 4, 2 huius temporibus Filo insignissimus scriptorum -bat (*ἐγνωρίζετο πλείστοις*). 3, 37, 1 inter eosdem sane -uit vir aeque insignis (*διαλαμψάντων*). CASSIOD. inst. div. 32 p. 1147^{D} per totum orbem terrarum. COD. Iust. 1, 27. 1, 16. CORP. V 5337, 8 (*in epitaphio*) -ui (X 31 Maria Velania -uit). XIII 1910 quo tempore -uit at studium liberalium litterarum. 7113, 6 (= CARM. epigr. 216) rosā simul -ivit et statim periit *puella*. INSCR. Röm. Limes in Oesterr. VI p. 168 (*Carnunti*) misera dum maxime -bam abscessi.

in votis (cf. p. 919, 22): AVG. doctr. christ. 3, 29. 40 quis enim non dicit 'sic floreas', qui tropus metaphora vocatur. CORP. XIII 10032, 11 Probiane -eas! *sic in subscriptionibus Gennadii in codd.* MART. (*Lindsay, Ancient editions of Martial Oxf. 1903 p. 3*): -eas. Quirine *vel* Constantine -eas. *ter accedit* feliciter, *sed parum constat, an cum* -eas *coniungendum sit.* *fere i. q. vivere*: PLIN. epist. 1, 16, 8 si inter eos, quos numquam vidimus, -uisset. AVSON. 194, 3 aevo -uisti proximo. 404, 26 nunc frequentes atque claros, nec procul, cum -eas inter viros. *fere i. q. nasci*: TERT. resurr. 7 p. 34, 18 quomodo caro -uerit ex limo. adv. Marc. 3, 20 p. 411, 17 fructus caro Christi, quae ex utero Mariae -uit (*cf.* HYMN. Ambros. 1, 4, 8 verbum dei factum *est* caro, fructusque ventris -uit). adv. Marc. 5, 8 p. 598, 13 *Christus* exinde quo -uisset in carne (*antea*: Christum in floris figura ostendit, *cf. Is. 11, 1*). *fere i. q. renasci*: TERT. resurr. 13 p. 42, 11 deus . . . ⟨in⟩ scripturis suis: 'et -bis enim', inquit, 'velut phoenix' (*sc. avis, cf. quae anteced.*), id est de morte, de funere (*cf.* psalm. 91, 13 *δίκαιος ὡς φοίνιξ ἀνθήσει, ubi arbor significatur*; VVLG. palma, *v. p. 917, 30*).

de corpore, vultu (cf. p. 921, 46 sqq.): STAT. Theb. 1, 705 dono cessere parentes aeternum -ere genas *Phoebo*. APVL. met. 5, 12 nuntio Psyche laeta -bat. CASSIOD. in psalm. 55, 13 corde laetante vultus -et (PALLAD. hist. mon. 2, 20, 6 corde . . . laetante -et facies. *ibid.* laborantium . . . patrum . . . facies -ent. *inde*: RVFIN. patr. 10, 1 p. 327^{B} in benedictione Ioseph etiam ipsa prima litterae [*i. narrationis secundum litteram*] facies -et). MVTIAN. Chrysost. hom. 18, 2 p. 353 *carnalia* corpus . . . -ere faciunt et luxuriari (*ἀνθεῖν ποιεῖ*).

b *accedit res (sed v. l. 61 sqq.) qua quis excellit*: *α abl. limit. vel relat.*: *copiis, opibus sim.*: CIC. inv. 2, 1 Crotoniatae . . . cum -rent omnibus copiis. div. 2, 22 opibus fortunisque. LIV. 42, 11, 6 *v. l. 83.* SVET. Aug. 66, 3 reliqui *amici* potentia (Nero 6, 4 *et l. 57*) atque opibus ad finem vitae . . . -uerunt. FLOR. epit. 4, 2, 10 divitiis *v. p. 919, 5.* LACT. inst. 5, 22. 6 divitiis et potentia et honoribus. HIL. coll. Ant. B I 3, 2 cum *infidelium consortio* -ere bonis (nobis *codd.*) saeculi. Ps. RVFIN. in Am. 6, 2 p. 1084^{D} *regnis.* 8, 1/3 p. 1093^{A} -ere divitiis et abundare filiis. SVLP. SEV. chron. 2, 15, 7 vario rerum statu -uisse aut concidisse *Iudaeos.* *familiaribus sim.*: CIC. Phil. 9, 4 *familia* postea viris fortissimis -uit. de orat. 3, 141 -ere Isocratem nobilitate discipulorum. orat. 142 discipulis -uerunt domus. nat. deor. 1, 6 doctissimorum hominum familiaritates, quibus semper domus nostra -uit. LIV. 42, 11, 6 iuventute (*v. l. 84*). TAC. ann. 11, 16 factionibus. CLAVD. 26, 106 proprio late -rent milite patres *rei publicae temporibus*. RVFIN. Orig. in gen. 3, 6 p. 181^{A} ecclesia castis et pudicis virginibus -et. *honore, laude sim.*: CIC. Verr. 2, 55 domus . . . honore atque virtute -rent. Sest. 136 et honore et gloria. de orat. 1, 1 honoribus (MIN. FEL. 37, 7) et rerum gestarum gloria (NEP. Milt. 1, 1 *v. p. 919, 3.* PLIN. epist. 7, 20, 4 fama gloriaque. SPART. Geta 5, 3 AVG. civ. 18, 41 p. 318, 7 D.). Sest. 105 populares . . . ⟨p⟩puli iudiciis (PLIN. paneg. 44, 7) atque omni significatione -bant (*cf.* Att. 14, 17^{A}, 2 [= epist. 9, 14] laudibus. FRONTO p. 238, 6 N. secundo rumore po⟨puli⟩ -ere pretioque esse. GELL. 15, 23, 1 laude ingenti). SCHOL. Cic. Bob. p. 176, 15 St. rebus gerendis. FLOR. epit. 4, 2, 10 dignitate. *v. p. 919, 5.* *gratia sim.*: CIC. epist. 4, 13, 2 gratia, auctoritate, gloria. TAC. ann. 5, 2 gratia Augustae. SVET. Nero 6, 4 gratia . . . et potentia revocatae . . . matris usque eo -uit *Nero*, ut *eqs.* TAC. ann. 13, 20 *Senecae* amicitia -uit *Fabius*. PLIN. paneg. 44, 7 hi *cives* amicitia tua (*i. Traiani*), hi iudicio -ent. AVSON. 168, 28 favore dei. *aetate, genere sim.*: CARM. epigr. 362 (*aet. Lucretianae*) cum te decuit -ere (-eri *lap.*) aetate iuventa (*cf.* LIV. 42, 11, 6 *Persea* -ere . . . iuventute, quam stirpem longa pax ediderit,

[*J. Kapp*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-ere opibus regni, -ere etiam aetate. SIL. 5, 413 nava . . . iuventa -bat [LACT. Phoen. 115 primaeva coepit -ere iuventa]). NEP. Milt. 1, 1 cum et antiquitate generis et gloria maiorum et sua modestia unus omnium maxime -ret (*cf.* Cim. 3, 1 unus in civitate maxime). FLOR. epit. 4, 2, 10 genere, divitiis, dignitate. CLAVD. 1, 19 aere vetusto (*i. nobilitate, v. vol. I p. 1074, 21*). *eloquentia, ingenio, virtute, artibus, officiis, studio sim.*: CIC. de orat. 2, 5 eloquentia . . . -ere et praestare (3, 137 *cf.* Brut. 325 dicendo. MART. CAP. 5, 429 linguae excellentia. PALLAD. hist. mon. 2, 15 p. 370^{A} eloquio. *cf. etiam l. 11*). de orat. 3, 7 ingenii laude (ac. 2, 16 -uit *Arcesilas* cum acumine ingenii, tum . . . lepore dicendi). Brut. 28 omni genere virtutis (POMER. 2, 24, 2 p. 472^{A} sanctis virtutibus. CORIPP. Iust. 2, 247 *al.*). epist. 4, 13, 4 artes, quibus a pueritia -uisti. NEP. reg. 1, 4 iustitiae fama. Milt. 1, 1 modestia *v. l. 3.* COLVM. 1 praef. 14 *Romanos duces* semper duplici studio -uisse, vel defendendi vel colendi patrios . . . fines. TAC. hist. 1, 49 militari laude apud Germanias -uit *Galba* (*cf.* SCHOL. Cic. Bob. p. 176, 11 St. rei militaris scientia). APVL. met 11, 15 qua -es . . . , doctrina. AMM. 30, 4, 6 civilibus stipendiorum officiis. PELAGON. 163 amore . . . equorum et voluptate iungendi (*sc. equos curru*). COD. Theod. 13, 3, 12 (*a. 379*) probitate. PRVD. ham. praef. 53 natura cuius (*Cain*) fraude -et fertili. CASSIOD. in psalm. 118, 140 p. 885^{A} triumphali caritate. *in voto* (*cf. p. 918, 26*): CVRT. 6, 5, 3 perpetua felicitate -eas. *nota fig. etymol.* (*cf. p. 917, 33*): PS. PRIMAS. in Phil. p. 638^{A} -uistis flore boni operis.

β propter: CIC. de orat. 3, 59 qui . . . propter ancipitem . . . faciendi dicendique sapientiam -rent. γ in *c. abl. relat.* (*cf. p. 918, 38, aliter p. 917, 58*): CIC. de orat. 1, 8 qui in iis (*sc. artium generibus*) -uerint quamque multi. orat. 20 tria sunt . . . genera dicendi, quibus in singulis quidam -uerunt. 92 in qua (*sc. orationis forma*) multi -uerunt apud Graecos. NEP. Epam. 5, 3 in re militari -ere Epaminondam. SEN. dial. 11, 18, 6 -eat reliqua in suo statu turba. TAC. Agr. 11 Gallos . . . in bellis. APVL. Plat. 1, 4 in philosophia. SCHOL. Cic. Bob. p. 176, 26 St. in studiis eloquentiae (HIER. epist. 52, 3, 5 in sapientiae studiis). RVFIN. Orig. in cant. 4 p. 198^{C} *anima* -bit in fide.

2 *de rebus (plerumque incorporeis), locis sim.*: **a** *nude ponitur* (*acced.* apud *l. 72*, cum *aliqua re l. 55*, de *l. 80*, in *c. abl. loci [aliter p. 920, 41] l. 40 sq. 43. 46. 50. 77. 78. 80*, per *l. 65*, super *l. 74, abl. instr. l. 82*): CIC. div. in Caec. 69 iure tum -bat populi Romani nomen (HIER. adv. Rufin. 1, 22 p. 416^{B} Originis nomen -bat in mundo). Flacc. 25 maxime -ere in generis sui gloria . . . laudem patriae in libertatem vindicandae (Rab. Post. 2 qua in familia laus aliqua forte -uerit). Planc. 64 quamvis . . . quaestura -uerit. Phil. 11, 39 nihil semper -et. de orat. 1, 30 *eloquentia* in pacatis . . . civitatibus semper -uit (*cf.* opt. gen. 3, 7 *genus orationis* quale -uit Athenis. PANEG. 4 [9], 5, 2 doctrina atque eloquentiae studia). rep. 2, 59 auctoritas. nat. deor. 1, 80 -ere in caelo Academiam necesse est. div. 1, 92 imperium (VAL. MAX. 8, 14, 1 quamdiu Romanum imperium -ret. SEN. clem. 1, 1, 2 nulla pars *imperii*. CVRT. 10, 9, 6 non revirescit solum, sed etiam -et imperium). LVCR. 5, 329 facta virum aeternis famae monumentis insita -ent. 5, 1164 in magnis -ent sacra rebus locisque. HOR. ars 62 verborum vetus interit aetas et iuvenum ritu -ent modo nata vigentque. TIB. 1, 8, 47 dum primi -et tibi temporis aetas, utere (OV. fast. 5, 353 aetatis specie, dum -eat, uti. MART. 10, 86, 3. CARM. epigr. 555, 3 huic aetas prima cum -bat in annis [*cf.* INSCR. christ. Rossi II 65, 17 p. 94 (= Carm. epigr. 1403) quam bene cum ingenio -bat pulchra iuventus]). OV. fast. 2, 141 -ent sub Caesare leges. 5, 377 -eat ut toto carmen Nasonis in aevo (PORPH. Hor. carm. 2, 20, 6 carmina sua semper -ura. *cf.* 1, 32, 2. *sim.*: BVC. Eins. 1, 37 hic Heliconis opes -ent). PAVL. FEST. p. 117 *laurus* omni tempore viret, ut similiter res publica -eat (COLVM. 1 praef. 6. VOPISC. Tac. 19, 5 -et Roma, -et tota res publica. *cf.* VELL. 1, 6, 3 *Sparta* excelsissime -uit. 1, 7, 4 tam mature tantam urbem crevisse, -uisse, concidisse, resurrexisse [HIER. in Ezech. 16, 55 p. 185 urbes . . . -uras, ut prius -uerunt]. CAPITOL. Pius 7, 1 provinciae. *similiter de sepulcro*: PS. DAMAS. epigr. 80, 1 martyris haec . . . sedes per secula -et). VELL. 2, 11, 3 gentium nunc -ere fortunam, nunc senescere, nunc interire. SEN. contr. 1 praef. 2 *memoriam* aliquando in me -uisse. clem. 1, 19, 8 iustitia, pax, pudicitia, securitas, dignitas. VAL. FL. 6, 494 *liliis* vita brevis totusque parumper -et honor. TAC. hist. 4, 42 *nequitia* -eat vigeatque. FRONTO p. 97, 16 N. -ere quae didicisti atque adolescere videntur (*cf.* AVR. VICT. Caes. 16, 10 artes bonae. RVFIN. hist. 4, 26, 7 philosophia -bat apud barbaros [ἤκμαζεν]). TERT. adv. Hermog. 15 p. 142, 23 plus bonum -uisset sine mali afflatu. ITALA psalm. 131, 18 (Veron., Aug. doctr. christ. 2, 13, 20) super ipsum (*David*) . . . -iet sanctificatio mea (ἐξανθήσει, VVLG. efflorebit). NEMES. ecl. 1, 55 ruris amor . . . reverentia iuris. RVFIN. hist. 4, 18, 8 prophetiae gratia in ecclesiis (διέλαμπεν). hist. mon. 1 p. 401^{B} emendatio morum -bat in eo et assumptio virtutum. 21 p. 444^{B} caritatem. hist. 3, 18, 4 fidei nostrae instituta (διέλαμπεν). AVG. anim. 1, 9, 11 fides *latronis* de ligno -uit (*opp.* marcuit). SVLP. SEV. dial. 1, 2, 2 qualiter in oriente fides Christi -eat. VAL. CEM. hom. 16, 1 p. 741^{C} aliarum regionum studia, quae videmus in amore sanctorum peregrinis latius -ere (*fere i. q. propagari*) commerciis. SIDON. epist. 2, 13, 4 ille, cuius anterius epulae, mores, pecuniae, pompae, litterae, fasces, patrimonia, patrocinia -bant. CASSIOD. inst. div. 6 p. 1118^{D} virtutum genera. MVTIAN. Chrysost. hom. 14, 3 p. 333 nostra (*sc. novum testamentum*) nunc -ent (ἀνθεῖ), illa (*sc. vetus test.*) vetusta sunt. 28, 7 p. 420 pulchritudo *animae* semper -et, semper viget (ἀεὶ ἀνθεῖ, ἀεὶ ἀκμάζει).

b *accedit res (sed l. 9. 26. 31 sqq.) qua quae res excellit:* **α** *abl. limit. vel relat.*: *res variae -ent laudibus, copia, virtutibus sim.*: CIC. Font. 41 praeturae, quae et ceteris ornamentis et existimatione innocentiae maxime -uerunt. Sest. 131 ad urbem accessus incredibili hominum multitudine et gratulatione -bat. de orat. 3, 130 oratoris . . . nomen apud antiquos in Graecia maiore quadam vel copia vel gloria -uisse (leg. 2, 33 nomen memoria -ret tamdiu). LVCR. 5, 1279 *aliud* appetitur . . . -etque repertum laudibus. CARM. epigr. 55, 5 (*aet. fere Caes.*) viridis aetas cum -ret artibus. QVINT. inst. 12, 10, 6 -uit . . . pictura praecipue, sed diversis virtutibus. TAC. dial. 1, 2 priora saecula tot eminentium oratorum ingeniis gloriaque -uerint. NEMES. cyn. 281 suis virtus bene -uit annis. TERT. resurr. 44 p. 91, 6 sanctitatis et patientiae et iustitiae et sapientiae, quibus domini vita -uerit (PROSP. in psalm. 109, 3 p. 319^{B} vita sanctorum quamvis gratia -eat; *syn.* nitere). AMM. 30, 4, 5 -bant elegantiae priscae patrociniis tribunalia. SCHOL. Cic. Bob. p. 166, 17 St. *ea, quibus Ciceronis* oratio maxime -uit. *loca, regiones (gens) -ent opibus, urbibus sim.*: CIC. Verr. 5, 46 Sicilia -bat opibus et copiis. Flacc. 16 *Graecia* vetus . . . quondam opibus, imperio, gloria -uit (64 fama . . . gloria . . . doctrina . . . plurimis artibus . . . imperio . . . bellica laude). Tusc. 4, 2 cum -ret in Italia Graecia *magna* potentissimis et maximis urbibus. TAC hist. 3, 34 *Cremona* numero colonorum, opportunitate fluminum, ubere agri, adnexu conubiisque gentium adolevit -uitque. IVST. 43, 5, 4 Massilia et fama rerum gestarum et abundantia opum et virium gloria virente. *hominum celebritate sim.*: CIC. dom. 75 campum Martium tanta celebritate, tanto splendore . . . hominum, aetatum, ordinum. LVCR. 1, 255 urbes pueris. VERG. Aen. 7, 644 Itala . . . terra . . . viris. VELL. 1, 18, 1 una urbs Attica pluribus auctoribus eloquentiae quam universa Graecia operibus -uit. VAL. FL. 1, 539 regio . . . viris. STAT. Theb. 5, 54 -bat dives alumnis terra. IVST. 13, 1, 12 Macedonia . . . clarorum virorum proventu. *bonis, legibus, studiis, memoria*: LIV. 21, 21, 4 gentes non pacis solum, sed etiam victoriae bonis (VOPISC. Car. 2, 1 *rem publicam.* 19, 11, 3 provinciae bonis omnibus). PHAEDR. 1, 2, 1 Athenae . . . aequis legibus. PLIN. epist. 1, 10, 1 urbs nostra liberalibus studiis. AVG. c. Petil. 2, 71, 159 p. 101, 28 corporum (*sc. martyrum*) . . . memoria terrae -uerunt.

β in *c. abl. relat.* (*cf. p. 919, 26*): CIC. ad Q. fr. 3, 5 (6), 4 nostrum . . . hoc tempus aetatis . . . in auctoritate senatoria -ere debebat.

B *fere i. q.* ***nitere*** (*acced. abl. passim*; de: *l. 48*): SERV. Aen. 7, 804 Ennius (*cf.* ann. 323; *v. Vahlen, Ges. phil. Schr. 2, 467*) et Lucretius (*v. p. 923, 42*) -ere (*RH*, flores *SM*, -ens *F*) dicunt omne quod nitidum est. ACC. trag. 632 aere atque ferro fervere (fervet *trad.*), [igni] insignibus -ere. VAL. FL. 5, 564 variis -et via discolor armis. APVL. met. 11, 16 carina citro limpido perpolita -bat. TERT. idol. 18 p. 52, 24 purpura de umeris eius (*Christi*) -ret, nisi *eqs.* pall. 3 p. 926 *pluma vestis pavonis est* omni conchylio pressior, qua colla *pavonis* -ent. apol. 11, 6 a primordio . . . et sidera radiasse et lumina -uisse (adv. Marc. 4, 42 p. 564, 12 caelum luminibus). cult. fem. 1, 6 p. 708 *lapilli* subdole substruantur, ut -eant. CLAVD. 7, 133 -et cristatis exercitus undique turmis. carm. min. 29, 7 quo lumine -eat arcus. MAR. VICTOR aleth. 2, 107 *flamma* siccoque -et iam candida fumo.

C *de* ***vino*** *i. q. spumam vel nebulam agere* (*cf.* flos *p. 933, 2 sqq.*): OV. fast. 5, 270 vina . . . in magnis . . . condita cellis -ent, et nebulae dolia summa tegunt. COLVM. 12, 30, 1 si vinum -ere incipiet, saepius curare oportebit, ne flos eius *eqs.*, *v. p. 933, 7*. PLIN. nat. 14, 136 quod celeriter -ere coeperit *vinum*, . . . non fore diutinum.

part. praes. (*fere pro adi.*) **florēns,** -entis. *huc ea quoque exempla rettuli, quibus notio verbalis praevalet, velut p. 921, 30. 58 sqq. de formis: abl. fere semper in* -e (*inde a* CATONE). *forma in* -ī (*nusquam metro postulata*): LVCR. 5, 1074 LIV. 34, 5, 5 PETRON. 131, 9. *compar. inde a* CIC. de orat. 3, 166 rep. 1, 71 leg. 1, 58; *superl. saepe inde a* TRAG. inc. 186 (*ante* CIC.). -ientes: *p. 916, 53.* GLOSS. θάλλων, ἀνθινός.

I ***proprie*** *de floribus, coronis (v. l. 69), arboribus, herbis, locis (l. 72 bis. 73. 76 al.)*: **A** *nude ponitur*: PLAVT. Persa 770 *coronam v. p. 921, 47* (OV. met. 2, 27 ver . . . cinctum -e corona. Pont. 3, 1, 11 trist. 3, 13, 15). CATO agr. 131 piro -e. *al.* VERG. ecl. 1, 78 -em cytisum. 9, 19 -bus herbis (georg. 3, 126 *al.*). *al.* OV. ars 3, 687 Hymetti (met. 7, 702). met. 2, 791 arva. 14, 764 nec excutiant rapidi -ia *poma* venti (PALLAD. 10, 16). *al.* GERM. frg. 4, 141 rura (DRAC. laud. dei 1, 175). SEN. epist. 84, 4 quae ex tenerrimis virentium -iumque decerpserint *apes*. LVCAN. 10, 164. PETRON. 131, 9 myrto . . . -i. PLIN. nat. *passim*. STAT. silv. 3, 2, 138 dulce nemus -is Idymes. FRONTO p. 105, 25 N. frugem . . . in segeti -em. APVL. met. 4, 35 caespitis. PALLAD. 6 tit. 1 de -bus satis. HIER. quaest. hebr. in gen. 4, 32 paradisum. VVLG. cant. 2, 13 vineae. MART. CAP. 1, 28 -is campi. *tropice*: GREG. M. in euang. 28, 3 p. 1212^{C} sancti . . . -em mundum mentis despectu calcaverunt. *cf. quae sqq. n. plur. pro subst.* (*cf. l. 75*): VVLG. II par. 4, 21 *v. Forcell. s. v. § 10.*

B *accedit abl.*: DIRAE 20 vario -ia serta decore. OV. met. 7, 464 -em . . . thymo Cythnum (*cf. Magnus ad l.*). VITR. 8, 3, 15 arbor -s pur-

[J. Kapp]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pureo colore. APVL. met. 5, 25 ripam -em herbis. met. 9, 8 arva sementis -ia. RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 144[A] *ager* non tantum vineis, quantum balsaminis -s. *de rebus floribus ornatis*: VERG. Aen. 4, 202 variis -ia limina sertis (MART. CAP. 1, 1 vernificis -ia limina sertis). SIL. 14, 588 temporaque autumni laetis -ia donis.

II ***translate*: A** *fere i. q.* ***vigens, laetus, excellens,*** *ornatus, clarus (v. graeca l. 41. 43. 57. p. 923, 22); spectat ad pulchritudinem infra l. 46; ad aetatem l. 47; fere i. q. vivens l. 57; de usu sollemni v. l. 64*: **1** *de* ***hominibus*** *(aliter de oratoribus p. 923, 30)*: **a** *nude ponitur (acced. in c. abl. loci l. 16. 28. 41)*: PLAVT. Men. 372 benefactis tuis me -em facis. CIC. Quinct. 7 homines ... fortissimos, -issimos nostrae civitatis (*item adiunct.* fortis: Mur. 59 SALV. gub. 4, 55). Verr. 5, 134 ut *socii* (*cf. infra l. 37*) imperio nostro quam ornatissimi -issimique essent (*cf.* p. red. in sen. 31 me -em semper ornastis. Planc. 104 non modo salvum, sed etiam ornatum -emque esse). dom. 49 -s ac potens. Sest. 101 -em hominem in populari ratione. Planc. 86 -es atque integros. Mil. 21 delegit ex -issimis ordinibus (*cf. infra l. 79*) ipsa lumina. 93 valeant cives mei; sint incolumes (*item adiunct.* incolumis: PLIN. paneg. 55, 1 epist. 10, 52 *al.* FRONTO p. 95, 7 N. *v. etiam l. 24. 50. p. 922, 18*), sint -es, sint beati (Phil. 13, 33 te ... salvum, beatum, -em esse cupiebant. parad. 18 qui te beatum, ...-em putas). Phil. 2, 15 senatus ... quondam -s. 12, 16 exercitu -issimo et maximo (PANEG. 10 [4], 19, 4 robustus et -s. CASSIOD. var. 11, 16, 4 CORIPP. Ioh. 6, 54). Phil. 14, 23 incolumis et -s civitas (de orat. 3, 8 -issima. CAES. Gall. 4, 3, 3 ampla [*cf. l. 35*] atque -s. VAL. MAX. 1, 1, 1 -issima tum et opulentissima). Att. 3, 10, 2 *opp.* perditum afflictumque. *al.* SVLP. RVF. Cic. epist. 4, 5, 3 -es liberos. SALL. Catil. 39, 2 *al.* PS. SALL. rep. 2, 10, 5 quanto in secundis rebus -ior fuit. NEP. Att. 8, 6 -i illi parti. 11, 4 non -entibus se venditavit (*opp.* afflictis). VERG. Aen. 8, 470 *gentem* multos -em annos. LIV. 7, 20, 3 Romanos -es (*opp.* res affectae). 7, 20, 5 -em ... populum Romanum ac felicissimum bello; *opp.* afflictus (TAC. ann. 4, 68). VITR. 9 praef. 15 cum maxime sunt -es *athletae* (COD. Theod. 7, 20, 12 pr. [*a. 400*] -issimis [*Gothofredus*, -issimus *cod.*] legionibus inseratur). VAL. MAX. 3, 7, 11 Iulio Caesari, amplissimo (*cf. l. 25*) ac -issimo viro. SEN. Phaedr. 436 domus ...-s sorte felici viget (TAC. ann. 4, 1 -is domus. *cf.* VAL. MAX. 7, 8, 3 Claudiorum ... familia ... -e). IVV. 8, 99 sociis -bus (*cf. l. 13*). TAC. ann. 3, 30 C. Sallustius, rerum Romanarum -issimus auctor. 16, 33 *opp.* labens. PLIN. epist. 3, 7, 2 *filium* -em atque etiam consularem. 9, 9, 1 *opp.* miseri. AMM. 22, 9, 4 populus ... -issimus. VVLG. Dan. 4, 1 quietus eram in domo mea et -s in palatio meo (*εὐθαλῶν*). RVFIN. hist. mon. 7 p. 410[D] in monasteriorum congregatione -em. hist. 2, 3, 3 -issima ... ecclesia (*ἀνθούσης*). SACR. Leon. 348 p. 52 -issima proles ecclesiae. NOVELL. Valent. 1, 3 extr. optamus vos felicissimos ac -issimos nostrique amantissimos per multos annos bene valere. *spectat ad pulchritudinem*: PLAVT. Persa 770 (*ad amicam*) do hanc (*sc. coronam*) tibi -em -i. *spectat ad aetatem* (*ita quidem, ut significationem sollemnem, de qua v. l. 64, hinc nascentem videamus*): CIC. Verr. 5, 80 P. Scipione -issimo adulescente, vivo et incolumi (CAES. Gall. 7, 32, 4 -em et illustrem. LIV. 28, 40, 13 adulescente -issimo. CORP. VIII 23964 [= 23965] -issimo adq. prudentissi(mo) adulescenti). CATVLL. 64, 251 -s ... Iacchus. CARM. epigr. 970, 1 (= 971, 2; *saec. I*) -em mei combussere parentes. VEG. mil. 1, 5 -iorem ... iuventutem. CARM. epigr. 1311, 3 (*saec. III ?*) invidia fati rapitur Vincentia -s. *significat ἀκμήν*: HIER. chron. a. Abr. 1241 Arctinus Milesius versificator -issimus habetur (*cf. Syncell. p. 400, 13 D. ἤκμαζεν*). *fere i. q. vigens, vivens*: LVCR. 1, 124 semper -is Homeri ... speciem. NEP. Att. 11, 5 qui ... Bruti matrem non minus post mortem eius quam -em coluerit (*sim.*: TAC. ann. 1, 1 -bus ipsis [*opp.* postquam occiderant]. 11, 37 -i filiae [*opp.* supremis eius necessitatibus]). SEN. Herc. O. 1780 (*de Amphitruone*) Tartari intrasti loca -e nato (*i. Hercule*). CLAVD. rapt. Pros. 3, 417 qua (*sc. filia*) -e ... qua sospite.

speciatim: inde ab aetate Constantini Magni, ut videtur, titulus sollemnis (v. l. 48) Caesarum, ordinum sim.: inscriptionum exempla: CORP. VI 1134 (*a. 333*) Constantini et Constanti, beatissimorum ac -issimorum Caesarum. *de isdem*: CORP. III 464 nnbb. (*i. nobilissimis*) ac florentiss(imis) Caes⟨(aribus)⟩. 13686 *cf. adn.* VIII 7011 (*Cirtae*) Constanti⟨ni⟩ et Constanti et Constantis nobilissimorum ac -issimorum Caesarum. *ad Iulianum nondum Augustum probabiliter refertur* (*cf. adn. ad l.*): CORP. VIII 22766 fortissim⟨i⟩ ac floren⟨tissimi Caes(aris)⟩. *de Valentiniano nondum Augusto*: CORP. VI 1677 (*a. 425*) d(omino) n(ostro) Valentiniano -issimo Caesari. INSCR. christ. Rossi I 645 (*a. 425*) Valent⟨ini⟩ano puero -issimo Caesare. *apud scriptores*: AMM. 18, 1, 4 (*verba Caesarem alloquentis*) -issime Caesar. COD. Theod. 2, 33, 4 -issimo coetui (*i. senatui*). ALC. AVIT. epist. 46 p. 76, 1 regum -issime. COD. Iust. de emend. cod. 6 sanctissimi atque -issimi patres. 1, 14, 2 -issimorum sacri nostri palatii procerum. *al.* (*de iisdem* 7, 63, 53 -issimi ordinis. *cf. l. 18*).

b *accedit res, qua quis excellit: abl. limit. vel relat.*: *gratia, laude sim.*: CIC. S. Rosc. 15 Sex. Roscius fuit ... gratia atque hospitiis -s hominum nobilissimorum. Sest. 33 civis -issimi benivolentia bonorum. rep. 2, 60 summa apud populum gratia -em. ad Brut. 1, 3, 1 -em et honoribus et gratia. VELL. 2, 92, 4 Egnatium -em favore publico. PLIN. epist. 10, 88, 1 aeterna ... laude -em. *eloquentia, studio, ingenio, virtute sim.*: CIC. Quinct. 12 L. Philippus eloquentia, gravitate, honore -issimus civitatis. Brut. 326 Hortensius utroque genere dicendi -s. 327 flagrantem studio et -em facultate. epist. 2, 13, 2 ingenio (VELL. 2, 2, 2). VERG. georg. 4, 564 studiis. CAPITOL. Maximin. 14, 2 omni virtutum genere. RVFIN. hist. mon. 1 p. 399[A] cunctis ... animi virtutibus. VAL. CEM. hom. 11, 2 p. 725[D] voluntatem religionis studio -em. *aetate, pulchritudine sim.*: CIC. epist. 2, 13, 2 aetate. VERG. ecl. 7, 4 ambo -es aetatibus (HOMER. 247 ambo -es aetate). CIRIS 435 -es aequali corpore nymphae. LIV. 26, 49, 13 et aetate et forma -es ... filiae (VAL. MAX. 4, 3, 3 TAC. hist. 2, 81. *cf.* LIV. 30, 12, 17 *Sophonibae* forma erat insignis et -issima aetas). 29, 1, 2 iuvenes -es aetate et virium robore. SIL. 5, 231 -s aequali Lentulus aevo. STAT. silv. 2, 3, 72 hac longum -s animi morumque iuventa Iliacos aequare senes. APVL. met. 10, 29 puelli puellaeque virenti -es aetatula. CORP. XII 3559 (*saec. III*) prima aetate -em mors dira subripuit. AMM. 31, 16, 9 scribant reliqua potiores aetate ⟨et⟩ doctrina -es. HIER. epist. 126, 3 incolumes ... et prolixa aetate -es. PAVL. NOL. epist. 5, 5 aetate -ior. CARM. epigr. 1036, 2 (*saec. I*) flórentem vítá sustulit átra dies. 1240, 3 prima -e (*i.* -em *putat Bücheler cf. l. 16. sed v. l. 80 sqq.*) iuventa. 1537[A], 4 -em specie mei videre sodales. *armis, opibus, rebus gestis, viribus, imperio, sorte sim.*: CIC. de orat. 1, 38 civitatem vel paterno consilio vel avitis armis -issimam. epist. 2, 13, 2 hominem -em aetate, opibus, honoribus, ingenio, liberis, propinquis, affinibus, amicis (CARM. adv. Marc. 1, 137 -es opibus *gentes*. SVLP. SEV. chron. 1, 40, 4). LIV. 26, 3, 10 *Q. Fulvius* -s tum et fama rerum gestarum et propinqua spe Capuae potiundae. 27, 9, 4 *hostis* nunc cum maxime -s viribus. GRAN. LIC. p. 17, 2 victoriis. IVST. 28, 2, 12 Macedonas imperio terrarum semper -es. AMM. 29, 4, 7 Alamannorum ... numero, multitudine viribusque ... -i. CLAVD. carm. min. 41, 18 patria ... sorte. *nota singularia*: GELL. 7, 13, 4 -em vino animum. APVL. met. 11, 9 mulieres ... verno -es coronamine. *cf. Onomast.*

2 *de* ***rebus*** *(plerumque incorporeis), locis sim.*: **a** *nude ponitur (acced. per l. 36)*: *loca, notiones locales*: TRAG. inc. 186 -issimo regno (NEP. reg. 2, 3 CIRIS 464. LIV. 30, 11, 3 regni per multos annos -is. IVST. 36, 4, 1. SVLP. SEV. chron. 1, 38, 5 David ... -issimum regnum in pace habebat. *cf.* EVG. TOLET. carm. app. 2, 6 in aeternum -ia regna *caeli*). CIC. S. Rosc. 50 maximam et -issimam *rem publicam* nobis reliquerunt (Cluent. 107. LIV. 28, 41, 17 -em rem publicam ... in perpetuum affixerunt. 34, 5, 5 -i ac beata. *al.* SEN. dial. 9, 5, 3 *opp.* afflicta. PLIN. epist. 1, 12, 11. COD. Theod. 9, 1, 4 [*a. 325*] felicissima et -e re publica. COD. Iust. 1, 27, 2, 7 -e Romana re publica). Catil. 2, 29 quam urbem pulcherrimam, -issimam, potentissimam esse voluerunt *dii* (rep. 2, 34. LIV. 1, 3, 3 -em ... atque opulentam. PANEG. 11 [3], 4, 1. *cf.* AMM. 14, 8, 8 Laodicia et Apamia ... iam inde a primis auspiciis -issimae. *titulus sollemnis, ut videtur* [*cf. p. 921, 64*]: COD. Theod. 7, 8, 14 *et* 15, 2, 4 -issimae urbis. COD. Iust. 1, 53, 1 pr. *al. cf.* DIG. de conc. dig. 2, 10 in -issima civitate. *al.*). Phil. 2, 102 -is coloniae territorium. div. 1, 72 -issima ... castra. SVLP. RVF. Cic. epist. 4, 5, 4 oppida ... -issima. CIRIS 471 Cycladas. PRIAP. 16, 7 dominus -is agelli. OV. met. 13, 484 *de Hecuba* Asiae -is imago (trist. 5, 2, 49 *de Caesare* patriae per te -is imago). LIV. 31, 11, 8 parte -issima Syphacis finium adiecta. SIL. 17, 280 -is Capuae gaza. TAC. hist. 2, 17 -issimum Italiae latus. 3, 60 -issimis municipiis. ann. 2, 88 *Arminius* non primordia populi Romani ... sed -issimum imperium lacessierit (CORP. VIII 23846 -e imperio invictissimo⟨rum principum, *sc. Valentiniani et Valentis, ut vid.*⟩. 27818. X 6656 [*a. 379/82*]. 8127). COD. Theod. 11, 24, 6, 4 (*a. 415*) in earum metrocomiarum locum, quas temporis lapsus vel destituit vel viribus vacuavit, ex -bus aliae subrogentur. *fama, amicitia, fortuna, laus, dignitas sim.*: LABER. mim. 115 litterarum laudibus -s (floris *trad., em. Lipsius*) cacumen nostrae famae. CIC. Quinct. 93 non ab afflicta amicitia transfugere atque ad -em aliam devolare. Phil. 2, 210 invidetur ... praestanti -ique fortunae (Att. 10, 4, 4. frg. inc. J 43 optatissimum est perpetuo fortunam quam -issimam permanere). CIRIS 4 -is ... sophiae. VITR. 7 praef. 13 nobilissimas laudes et sempiterno -es (APVL. flor. 9 p. 38 *laus* mihi dudum integra et -s ... est). VAL. MAX. 1, 8 ext. 18 vate ingenii -is. 6, 1 ext. 1 *mulieris* sanctitatis ... gloriam Graecia laudibus ... celebrando cotidie -iorem efficit. TAC. Agr. 44 beatus incolumi dignitate -e fama. PLIN. epist. 8, 6, 3 usus -issimae dignitatis. APVL. flor. 9 p. 38 *laus* integra et -s. *aetas sim.* (*de vultu l. 84. p. 923, 4, barba l. 82 sqq.*): LVCR. 3, 1008 aevo -e puellas (5, 888 [*alia exempla v. vol. I p. 1166, 45, ubi add.* AVSON. 179, 3 primis aevi -is in annis]). LVCR. 6, 359 tempora se veris -ia pandunt (MANIL. 2, 182 -ia tempora veris [*vis propria subesse videtur, item* ELEG. in Maecen. 1, 113 redditur arboribus -s revirentibus aetas]). LVCR. 5, 1074 equus -i aetate iuvencus (CIC. Cato 20 -is aetatis; *opp.* senescentis. LIV. 30, 12, 16 -issima. PS. QVINT. decl. 19, 2 HIER. epist. 3, 5, 2 CORP. XIV 1467 CARM. epigr. 1534[B], 1 *cf. supra l. 77*). HOR. ars 115 -e iuventa (ELEG. in Maecen. 1, 7 AVSON. 167, 11. *fort.* CARM. epigr. 1240, 3 [*sed cf. Bücheleri adn., v. supra l. 21*]). MART. 3, 6, 4 libat -es haec *lux* tibi prima genas (*i. barbam; cf.* APVL. met. 5, 16 adulescens modo -i lanugine barbam instruens). 9, 74, 3 -es *filii* nulla signavit imagine vultus

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pater. SIL. 9, 533 *Hannibalem* pelli -bus annis vita (15, 69. 16, 669 STAT. silv. 3, 3, 127. 3, 5, 23 NEMES. ecl. 1, 47 AVSON. 166, 5. 259, 11 CARM. epigr. 1004 INSCR. Notiz. degli scavi 1911 p. 68, 1). GREG. TVR. dorm. 10 facies ... tamquam rosa -es (*v. p. 916, 53*). *fortuna, res, status sim.*: CIC. Pis. 38 nunc meam spoliatam fortunam conferam cum -e fortuna imperatoris. epist. 5, 8, 2 -issimis rebus (CAES. Gall. 1, 30, 3 -issimis rebus domos suas Helvetii reliquissent. SALL. Iug. 83, 1 neu -es res suas cum Iugurthae perditis misceret *Bocchus*. PLIN. nat. 5, 8 Punicis rebus -issimis). LVCR. 3, 897 *mortuus* non poteris factis -bus esse. LIV. 1, 2, 3 -es opes Etruscorum (IVST. 5, 1, 9 tam -es Atheniensium opes ruisse. 18, 6, 1 -es Karthaginis opes. 22, 6, 3). PLIN. nat. 2, 169 Carthaginis potentia -e. CARM. adv. Marc. 3, 49 divitias -es (quae florent VICTORIN. leg. dom. 74) tempore parvo. VAL. MAX. 1, 1, 10 infracto rei publicae statu perinde ac -e (PANEG. 11 [3], 15, 1 in novum ac -em statum re publica restituta. IVST. 7, 6, 2 -issimum fore Macedoniae statum). VOPISC. Aurelian. 18, 2 -issimam victoriam. IVST. 41, 1, 7 -issimis temporibus (CORP. VIII 23849 [*saec. IV*] beatissimis -issi⟨misq. temporibus⟩). *alia*: CIC. Sest. 128 *reditus* ita -s fuit. Planc. 32 *maiores* summum in praefectura -issima gradum tenuerint. leg. 1, 58 nihil -ius *quam philosophia.* parad. 19 quicquid est laudabile, idem et beatum et -s et expetendum videri decet. IREN. 1, 2, 6 quod *aeon* habebat in se optimum et -issimum (*ἀνθηρότατον*). AVR. VICT. Caes. 24, 5 opus urbi -issimum ... fabricatus est.

speciatim de oratione sim.: CIC. Att. 16, 11, 1 nostrum opus tibi probari laetor, ex quo *ἄνθη* ipsa posuisti, quae mihi -iora sunt visa tuo iudicio. de orat. 3, 166 modus (*i. tralatio*) ... nullus est -ior in singulis verbis neque qui plus luminis afferat orationi. orat. 96 insigne et -s orationis ... genus. GELL. 15, 28, 3 orationem -issimam. 18, 5, 1 rhetore ... facundiae -is. HIER. vir. ill. 29 *Tatiani* contra gentes -issimus liber. *inde de oratoribus*: CIC. orat. 20 alii in eadem ieiunitate concinniores, id est faceti, -es etiam et leviter ornati.

b *acced. res (sed v. l. 33) qua quae res excellit:* **α** *abl. limit. vel relat.*: LIV. 8, 5, 3 -issimum ... Latium armis virisque. 30, 21, 8 Italiam bona pace -em (PANEG. 2 [10], 14, 4 profundissima ... pace -es *provincias*). VITR. 9 praef. 17 sapientium scriptorum sententiae ... vetustate -es. PETRON. 132, 10 annos primo -es vigore (SIL. 1, 226 -es viribus annos). PLIN. epist. 10, 88 aeterna ... laude -em virtutis ... gloriam. RVFIN. Orig. in cant. 4 p. 192[B] fides virtutibus -s. ISID. vir. ill. 17 vitam signis -em. CARM. epigr. 327, 1 -em meritis ... famam. **β** *eodem sensu* in *c. acc.*: MANIL. 4, 687 in regnum -es oris Athenae.

B *fere i. q.* ***nitens*** *(accedit fere abl.)*: LVCR. 4, 450 bina lucernarum -ia lumina flammis. VERG. Aen. 7, 804 = 11, 433 -es aere catervas (SERV. *ad l. v. p. 920, 43. cf.* GELL. 5, 5, 2 exercitum insignibus argenteis et aureis -em). CIRIS 387 coma Sidonio -s deciditur ostro (*cf.* CASSIOD. var. 1, 2, 2 -is ... purpurae). STAT. Theb. 1, 210 arcano -es lumine postes. 2, 276 arcano -es igne zmaragdos. APVL. met. 6, 11 oves ... nitentes auri⟨q⟩ue col⟨or⟩e -es. NEMES. cyn. 318 greges -bus alis ... avium. MART. CAP. 4, 328 formulae quaedam -bus discolora venustate ceris sollerter effigiatae.

opposita (selecta): affectus: *p. 921, 31.* afflictus: *p. 921, 27. 30. 32. 922, 42. 64: cf. p. 922, 41.* perditus: *p. 921, 27. 923, 8.*

adv. **flōrenter**. RVFIN. patr. 10, 3 p. 333[A] qui se recte excolunt et -r instituunt. *superlativus*: HIER. vir. ill. 71 rhetoricam -issime docuerat ([*cf.* 67 gloriose]. 76 -issime populos docuit. 79. chron. a. Abr. 2369 Minervius Burdigalensis rhetor Romae -issime docet. 2371 RVFIN. hist. 4, 23, 2). ADDIT. Prosp. Havn. chron. I p. 337, 4 Narses ... cum Italiam -issime administraret.

flōrēsco, -ere [*a* flos, *cf. c.* florere. *Th.*]. *de notione*: DIFF. ed. Beck p. 58, 26 florere effectum est, -ere incipere florere. GLOSS. *ἀνθῶ*. NOT. Bern. 63, 37 p. 43[a]. *de formis: partic. praes. fere pro adi., ex. gr. p. 924, 28. 34. nota gerundiv.: l. 70 (cf. Usener, Kl. Schr. 1, 229).* [*loc. dub.*: QVINT. inst. 12, 10, 11 *v. l. pro* efflorescat. *cf. l. 79 et p. 924, 5.*

1 *vi incohativa vigente i. q.* ***incipere florere,*** *in florem venire*: **a** *proprie*: VARRO rust. 1, 30 antequam gemmas agant ac -ere incipiant. CIC. div. 2, 33 puleium aridum -ere brumali ipso die. LVCR. 5, 670 -unt tempore certo arbusta. FAST. Praen. a. u. c. 760 (Corp. I[2] p. 236, 28) aedis Florae, quae rebus -endis praeest, dedicata est. PLIN. nat. 17, 13 -endi exinanitio. 18, 253 faba ... -ens. 21, 56 large -ente *thymo*. ARNOB. nat. 3, 23 Flora ... curat, ut arva -ant. HIL. in psalm. 57, 5 rhamnus sentium genus ... -it ... vere confotum. MACR. sat. 1, 12, 14 hoc tempore cuncta -ant. *c. abl.*: VAL. FL. 7, 77 *dentibus a Iasone satis* armata -ant pube novales. *tropice*: ARNOB. nat. 5, 28 simulacris virilium fascinorum territoria cuncta -unt. **b** *translate:* **α** *de rebus (maxime incorporeis)*: LVCR. 2, 74 *corpora, quae decedunt vel accedunt*, illa senescere et haec contra -ere cogunt. CIC. Marcell. 12 tua iustitia et lenitas animi -et cotidie magis. de orat. 1, 20 ex rerum cognitione -at (effl- *v. l.*) et redundet ... oratio. NEMES. ecl. 3, 35 interea pueri -it pube iuventus. PANEG. 6 (7), 1, 3 scio gaudentium studia ... toto orbe -ere. LACT. inst. 7, 2, 1 aureum ... saeculum -at. CHALC. comm. 321 non ex gremio silvae generatae species (*ἰδέαι*) -unt ... sed extrinsecus ut in cera signacula. CLAVD. 22, 456 anni ... hominum -ite rursus ingeniis hilares. VICTRIC. 26 magis ac magis in specie -unt *gemmae spiritales sc. virtutes martyrum.* **β** *de hominibus (accedit* ad: *l. 4. 11)*: CIC. Cael. 79 nolite ... hunc nunc primum -entem ... tamquam turbine aliquo ... pervertere. de orat. 3, 11 *Sulpicio* ad summam gloriam eloquentiae -enti (effl- *vulg.*). Brut. 303 Hortensio -ente Crassus est mortuus. LVCR. 5, 895 *animantia* quae neque -unt pariter nec robora sumunt corporibus. PORPH. Hor. carm. 2, 5, 13 quantum tibi vergente iam iuventute virium decesserit, illi nunc cum maxime -enti accedet. AVG. serm. ed. Mai 35, 1 circa altare dominicum sunt infantes (*i. recenter baptizati*) per medium -entes aquarum. ARATOR act. 2, 69 p. 179 ventris amoeni fructus (*sc. homo*) ad aeternae -at semina vitae. *tropice*: TERT. resurr. 22 p. 56, 6 ita etsi *homo* in agnitione sacramenti fruticat, sed (*ed. Pamelii*, fructificasset *codd.*) in domini repraesentatione -it atque frugescit (*cf.* HIER. in Is. 18, 4 p. 287 quomodo nubes roris ... in ferventi aetate gratissima est, sic dominus habitatores ecclesiae suae refrigerat, quo praesente cuncta -unt).

II *quod animo non placet, non probatur i. q. improbus, turpis, flagitiosus, inhonestus sim. (de moribus, fama sim.), hic illic etiam i. q. terribilis, dirus*: Plavt. Amph. 1084 me uxor insanum facit suis -is factis (Caecil. com. 233 Cic. Phil. 2, 115 *al.*). Ter. Eun. 943 facinus (Sall. Catil. 11, 4 -a crudeliaque. 52, 36 Liv. 40, 4, 8 *al.*). Cic. Catil. 4, 2 hanc pulcherrimam patriam ... ex -issima flamma ... eriperem. Sull. 75 ut cum ... Catilina ... -issimam vitam ... degeret. 90 ignominia -issimi criminis. har. resp. 38 in re -issima (*i. crimine sacrificii violati*). 45 iniecta fax est -a ac luctuosa rei publicae. Pis. 17 quo -ius nec fieri nec cogitari quicquam potest. 41 -issimae turpitudinis notas. leg. 1, 51 animi deformitas ..., cuius turpitudo ex ipsis vitiis facillime perspici potest: quid enim -ius avaritia, quid immanius libidine, quid contemptius timiditate, quid abiectius tarditate et stultitia dici potest? 2, 37 religionibus (*al.*). fin. 3, 14 si nihil malum nisi quod turpe inhonestum indecorum pravum flagitiosum -um *est.* Tusc. 4, 54 nullum erat iracundia -ius *vitium.* 4, 75 perturbatio ... mentis in amore -a per se est. 5, 80 quid ... -ius, quid deformius sola relicta *vita beata*, ⟨a⟩ comitatu pulcherrimo segregata? off. 1, 123 luxuria ... cum omni aetati turpis, tum senectuti -issima est (*v.* Non. p. 435 *p. 1000, 84*). 1, 159 sunt ... quaedam partim ita -a, partim ita flagitiosa, ut ea ne conservandae quidem patriae causa sapiens facturus sit (*seq.* taetra *et* obscaena *et* dicta turpia). 2, 27 in causa impia, victoria etiam -iore. 3, 36 regnandi cupiditates, quibus nihil nec taetrius nec -ius excogitari potest. 3, 83 -issimum et taeterrimum parricidium patriae. 3, 115 flagitiosa, -a, turpia. Phil. 3, 36 nihil est detestabilius dedecore, nihil -ius servitute (12, 15. 14, 37). 7, 15 hunc in eum ordinem recipi ... quam -um flagitiosumque sit. 13, 14 quid ... turpius aut -ius aut quod minus deceat quam contra senatum ... cives ... patriam exercitum ducere? 14, 10 aut -issimam mortem ... aut miserabilem fugam cogitabant. 14, 25 immanem et -am crudelitatem. 14, 32 in fuga -a mors est, in victoria gloriosa. Att. 4, 6, 1 quid -ius nostra vita? 7, 26, 3 bellum -issimum (epist. 4, 4, 2). 8, 3, 3 quid -ius, quid perturbatius hoc ab Vrbe discessu? (epist. 10, 28, 1. Sall. Iug. 38, 7 fuga, *item* 43, 1 Tac. hist. 3, 79. 4, 18 *saepius*) 8, 9, 3 quid hoc miserius, quam alterum plausus in -issima causa quaerere, alterum offensiones in optima? 8, 11, 4 nihil fieri potest miserius, nihil perditius, nihil -ius. 9, 2ª, 1. 10, 4, 8 o rem -am! 12, 11 nihil vidi -ius. 15, 10 ludos ... non facere, quid -ius? 15, 20, 2 genus interitus. epist. 8, 6, 3 fo⟨e⟩d[er]a et inhonesta. ad Q. fr. 3, 9, 1 exitum iudicii -um et perniciosum. Lvcr. 4, 1158 amore. 5, 1343 commune malum ... -umque. Sall. Catil. 58, 14 illa -a atque intoleranda viris videbantur. Iug. 51, 1 facies totius negoti varia incerta -a atque miserabilis. Verg. Aen. 7, 619 ministeria. Hor. epist. 2, 1, 236 scriptores carmine -o splendida facta linunt (*cf.* Sen. contr. 9, 1, 15 -o genere cacozeliae. 9, 2, 14). ars 392 homines ... caedibus et victu -o deterruit Orpheus. carm. 3, 5, 15 condicionibus (Liv. 9, 8, 11 -ae pacis. *sim. saepe*). Prop. 3, 11, 45 -aque Tarpeio conopia tendere saxo *Cleopatram.* Ov. met. 1, 165 -a Lycaoniae ... convivia mensae (Ib. 431). 8, 156 -umque patebat matris adulterium monstri novitate biformis. 10, 319 -o ... amori *filiae in patrem.* 12, 366 volnere. Liv. 1, 6, 4 certamen. 9, 18, 4 -a supplicia. 25, 31, 9 exempla (27, 6, 4 *al.*). Cels. 6, 18, 1 -iora verba *i. obscaena. et sic creberrime.* *nota*: Porph. Hor. epod. 9, 11 tam -a sunt haec, ut non videantur ab ullo Romano admitti potuisse. Avg. civ. 3, 17 p. 124, 9 D. foedus ... -um. S. C. de sumpt. lud. glad. (Corp. II 6278 *a. 176*) 3 -a et inlicita vectigalia. 5 rapinae. 7 quaestus. S. C. de aedif. (Corp. X 1401) 41 tam -o genere negotiationis.

i. q infaustus, infelix, malus: Sall. Catil. 26, 5 quae occulte temptaverat, aspera -aque evenerant (Liv. 3, 44, 1 -o eventu. 8, 33, 15 -issimo cum eventu). Liv. 2, 8, 7 nuntium *de morte fili.* 22, 3, 12 omine. 27, 37, 6 prodigium (40, 19, 1). 8, 18, 1 -us insequens annus seu intemperie caeli seu humana fraude fuit (Tac. ann. 4, 68. 16, 3). Tac. hist. 3, 56 contionanti ... tantum -arum volucrum supervolitavit, ut. Ivst. 9, 6, 4 diem ... -um luctu funeris. 12, 6, 11.

homines: Ter. Eun. 684 ille erat honesta facie et liberali. :: ita visus est dudum quia varia veste exornatus fuit. nunc tibi videtur -us, quia illam non habet. Cic. prov. 7 a -issimo tribuno pl. har. resp. 51 -ior aut inquinatior in Cn. Pompeio accusando. Pis. 31 immanissimum ac -issimum monstrum. Scaur. 13 quibus familiis quam -is, quam contaminatis, quam turpibus. de orat. 1, 117 vastum hominem ac -um (Sall. Catil. 19, 2). rep. 2, 48 tyrannus, quo nec taetrius nec -ius nec dis hominibusque invisius animal ullum cogitari potest. leg. 3, 19 *antea* insignis ad deformitatem puer (*in imagine de potestate tribuni pleb.*) brevi tempore ... multo ... taetrior et -ior renatus est. Tusc. 4, 35 quid ... est non miserius solum, sed -ius ... et deformius quam *aeger.* 4, 52 quid Achille Homerico -ius, quid Agamemnone in iurgio? Phil. 13, 35 -issimum hostem. epist. 10, 6, 1 a -issimis latronibus. 12, 4, 1 *syn.* flagitiosius. Verg. Aen. 4, 195 dea (*Fama*). 11, 392 -issime. Aetna 80 Tityon. Sen. Med. 511 dies, qui prole -a misceat prolem inclitam, Phoebi nepotes Sisyphi nepotibus. dial. 6, 17, 5 -os regiae intemperantiae greges. Tac. hist. 1, 7 Capitonem ... avaritia et libidine -um ac maculosum (2, 30 ann. 13, 33). Plin. epist. 3, 9, 2 homo -us et aperte malus. *passim.* *de bestiis*: bubo *v. p. 999, 28.* ursus *v. p. 999, 29.* Sen. benef. 3, 30, 4 animalibus quibusdam minimis, quibusdam etiam -issimis. 7, 9, 2 -issimorum pigerrimorumque animalium *i. testudinum.* nat. 3, 19, 1 -orum situ piscium. Plin. nat. 1 ind. 29, 17. 22, 108 lendes et -a capitis animalia. 29, 61 cimicum, animalis -issimi. 30, 82. 37, 60.

III *iuncturae: seq. supinum*: Cic. Phil. 2, 63 visu ... auditu. Ov. met. 9, 167 relatu (Frontin. aq. 91). Liv. 1 praef. 10 -um inceptu, -um exitu. 21, 32, 7 visu quam dictu -iora. 21, 33, 8 visu (Sen. dial. 3, 1, 4 rem. fort. 5, 4 *p. 999, 49* Plin. nat. 8, 179. Ivv. 14, 44 dictu ... visuque. *al.*). Vell. 2, 100, 2 dictu (Sen. nat. 1, 16, 3 epist. 17, 7 Plin. epist. 3, 14, 2 *al.*). Sen. benef. 4, 31, 3 aspectu (Ivv. 6, 461). 7, 2, 2 voluptas ... exitu -a. Arnob. nat. 5, 41 prolatu. Boeth. in Porph. comm. pr. 1, 9 p. 22, 19 factu. *acc. inf.*: Lvcan. 3, 348 horrida cerni -aque contingi. *add. dat.*: Liv. 3, 32, 1 fames pestilentiaque, -a homini, -a pecori. Sen. epist. 92, 35 cadaveris laceratio -a visuris. Plin. nat. 15, 25 semen ... cibis -um. *neutrum add. gen.*: Cassiod. var. 4, 43, 2 ad seditionum -a concurri. **-um est** *seq. inf. vel acc. c. inf.*: Cic. Phil. 13, 14 (*p. 999, 80*). Att. 15, 10 (*supra l. 7*). Sen. benef. 1, 1, 3 decoquere ... -issimum *est.* epist. 92, 19 quid ... -ius, quid indignius quam comparari veneranda contemptis? Qvint. inst 9, 4, 72 versum in oratione fieri multo -issimum est totum, sed etiam in parte deforme. Ivv. 7, 5 Clavd. Don. Aen. 1, 28 Cassiod. var. 4, 10, 1. *seq.* si: Vvlg. Iudith 12, 11. *seq.* ut: Optat. 4, 7 p. 112, 17 Cassiod. var. 12, 2, 6. *parenthetos*: Flor. epit. 4, 2, 85 -um, etiam in barbaros.

IV *synonyma et opposita*: Gloss. αἰσχρός, σαπρός (*v. p. 999, 42*), εἰδεχθής; -a: turpia inquinata. *non sat bene* Serv. Aen. 2, 55 '-um' ... tam apud Vergilium quam apud Sallustium (Catil. 15, 5 *p. 999, 18*) non turpe significat, sed crudele. 3, 216 hic turpis ... alibi '-um' cruentum. 4, 195 dea foeda: crudelis impia. Non p. 304 '-um' consuetudine est deforme. Terentius (Eun. 684) ... execrandum, Vergilius (Aen. 7, 618). p. 435 'turpe' levior res est, '-um' vim habet

[Vollmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

maiorem (CIC. off. 1, 123 *p. 999, 72*). *synonyma apud scriptores obvia*: deformis: CIC. off. 1, 126 leg. 1, 51 Tusc. 4, 35. 5, 80 LIV. 27, 31, 5. 31, 12, 8 SEN. benef. 4, 31, 3 QVINT. inst. 9, 4, 72 *p. 1000, 73* RVFIN. Orig. in gen. 3, 6 p. 182^{C}. turpis: CIC. Scaur. 13 fin. 3, 14 off. 1, 123. 151. 3, 115 Phil. 2, 86. 3, 24. 7, 15 LVCR. 2, 421 LIV. 27, 37, 6 SEN. dial. 4, 11, 2. 10, 20, 2 IVV. 7, 5 VLP. dig. 17, 2, 5 *al. nota*: PORPH. Hor. sat. 1, 6, 13 proiectus in omnem turpitudinem. RVFIN. hist. 5, 1, 35 omni turpitudinis deformitate -iores. flagitiosus: CIC. fin. 3, 14 off. 1, 159. 3, 115 epist. 12, 4, 1 Phil. 3, 12. 7, 15 ARNOB. nat. 5, 14. detestabilis: CIC. Phil. 3, 36. infamis: PLIN. epist. 6, 19, 4. ignominiosus: LIV. 9, 9, 14. inhonestus: CIC. fin. 3, 14 epist. 8, 6, 3. indignus: LIV. 28, 19, 12. 29, 17, 5 SEN. epist. 92, 19 (*p. 1000, 72*) Ps. APVL. Ascl. 12; *cf.* indignitas LIV. 5, 48, 9. degener: PANEG. 9, 13, 5. inquinatus: CIC. har. resp. 51. contaminatus: CIC. Scaur. 13. maculosus: TAC. hist. 1, 7. 2, 30 ann. 13, 33. contumeliosus: ARNOB. nat. 4, 6. indecorus: CIC. fin. 3, 14 SEN. epist. 99, 29. pudendus: IVV. 8, 183. taeter: CIC. rep. 2, 48 leg. 3, 19 off. 1, 159. 3, 36. 83 SALL. Catil. 52, 13 RVFIN. hist. mon. 1 p. 399^{D}. obscaenus: CIC. off. 1, 151 Ps. TERT. haer. 1 p. 215, 28 CLAVD. 19, 31. sordidus: VAL. MAX. 3, 5, 3. despectus: SEN. dial. 4, 11, 2 DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 13 p. 365^{B}. obscurus: SEN. epist. 94, 58. caducus: SEN. dial. 3, 13, 4. dirus: LVCR. 2, 421 IVV. 4, 14. pravus: CIC. fin. 3, 14. malus: PLIN. epist. 3, 9, 2. execrabilis: SEN. dial. 4, 31, 6. ferus: LIV. 28, 22, 5. inhumanus: LIV. 1, 48, 7. impius: CIC. off. 2, 27 ARNOB. nat. 4, 6. sacrilegus: Ps. TERT. haer. 1 p. 215, 24. sceleratus: ARNOB. nat. 5, 22. inlicitus: S. C. de sumpt. lud. glad. (Corp. II 6278 *a. 176*) 3. immanis: CIC. Pis. 31 Phil. 14, 25. atrox: TAC. hist. 2, 70. miser: CIC. Tusc. 4, 35 Att. 8, 11, 4. miserabilis: CIC. Phil. 14, 10 SALL. Iug. 51, 1 FLOR. epit. 4, 6, 4. miserandus: PLIN. epist. 8, 18, 9 IVST. 8, 4, 7. tristis: STAT. Ach. 1, 549. acerbus: LIV. 3, 72, 7. asper: PANEG. 8, 7, 4. intolerandus: SALL. Catil. 58, 14.

oppositа: honestus et liberalis: TER. Eun. 684. gloriosus: CIC. Phil. 14, 32. honestus: ARNOB. nat. 5, 41 RVFIN. Orig in gen. 3, 6 p. 182^{C} (*ibid.* sanctus). optimus: CIC. Att. 8, 9, 3. splendidus: HOR. epist. 2, 1, 236. inclitus: SEN. Med. 511 (*p. 1000, 49*). pulcherrimus: COLVM. 12, 1, 1. pulcher: MART. 1, 10, 3 HIER. epist. 54, 7, 1 BOETH. herm. pr. 1, 7 p. 95, 10 (*αἰσχρός*). decorus: AVSON. 77, 4 CASSIOD. in psalm. 95, 6. speciosus: RVFIN. Orig. in cant. 4 p. 192^{D}. formosus: ACT. Petr. 20. ornatus: CASSIOD. in psalm. 50 concl.

adv. **foedē**: *comp. inde a* LIVIO, *superl. inde a* CIC.

I *de aspectu*: PACVV. trag. 201 reliquias ... per terram sanie delibutas -e divexarier (SEN. Phaedr. 1246 dispersa -e membra laniatu. TAC. hist. 1, 41 laniaverunt. AVR. VICT. Caes. 32, 5. VVLG. deut. 25, 3 -e laceratus [*ἀσχημονήσει*]. *al.*). SALL. hist. frg. 3, 54 undarum vi mulcato -e corpore ... interibant. CELS. 4, 24, 1 lumbrici ... modo ex inferioribus partibus, modo -ius ore redduntur. 6, 6, 9^{C} oculus ... quatenus -e prominebit.

II *turpiter* (*sic* GLOSS.), *cum infamia, sceleste*: CARM. Nelei Fest. p. 317 -e stupreque castigor cotidie. PLAVT. Persa 230 ne ... -e semper servias. TVRPIL com. 149 -e dum (foedum *trad.*) in lustris lates. CIC. prov. 3 fidem publicam ... me ac meos omnes -issime crudelissimeque vexarint. har. resp. 3 legato ... -issime et crudelissime venas incideret. Phil. 2, 6 cum esses -issime stipatus armatis. Att. 5, 11, 2 Marcellus -e in Comensi (sedendi comes *trad.*). 9, 7, 4 causa ... optima, sed agetur ... -issime. epist. 9, 18, 2 ceteri ... -e perierunt, at Cato praeclare (SALL. Iug. 31, 2). LVCR. 1, 62 humana ante oculos -e cum vita iaceret in terris, oppressa gravi sub religione. 1, 85 aram ... turparunt sanguine -e. 5, 1224 ob admissum -e dictumve superbe. VERG. Aen. 5, 794 *Iuno* per scelus ... excussit -e puppis. 10, 497 caesa manus iuvenum -e. PROP. 2, 16, 24 candida tam -e bracchia iuncta viro. LIV. 1, 27, 11 arma -e iactantes. 2, 51, 7 -ius ... inde pulsus. 3, 51, 7 de virgine adeo -e ad libidinem petita. 4, 40, 5 deserta -e castra. 6, 22, 4. 7, 13, 4 signa -e amissa. 9, 5, 6 -ius inde, quam venissent, abituri. 9, 7, 7. 9, 43, 1. 22, 6, 4 peremptorum -e civium. 22, 6, 9. 24, 38, 3. 25, 8, 2; 26, 1, 9. 30, 20, 6. 30, 30, 23 quanto altius *fortuna* elatus erat, eo ... is corruit. 31, 14, 9 id tam -e atque hostiliter factum. 31, 31, 12. 31, 41, 5. 40, 2, 3. 42, 3, 6. 43, 2, 2. VAL. MAX. 5, 3, 1 saeculum ... conditoris sui cruore -e maculatum. 5, 3 ext. 3 cineribus nostris -e ac miserabiliter dispersis. SEN. benef. 2, 12, 2 parum enim -e furioseque insolens fuerat qui. CVRT. 4, 16, 30 aut -e fugiendum aut miserabiliter cadendum fuit. STAT. silv. 3, 1, 169 FLOR. epit. 1, 18, 5 TERT. nat. 1, 10 *et passim.*

III *misere, infeliciter, infauste*: PLAVT. Trin. 833 distraxissent disque tulissent ... *venti* me miserum -e. LVCR. 4, 169 modo cum fuerit liquidissima caeli tempestas, perquam subito fit turbida -e. CVLEX 196 -e ... petentis *draconis*. LIV. 5, 42, 6 diem tam -e actum. 6, 1, 11 ad Alliam ... -e pugnatum. 22, 3, 1 multis hominibus iumentisque -e amissis. 28, 36, 12 PAVL. FEST. p. 84.

adv. **foediter**. Ps. RVFIN. in Os. 1, 2 foeditatem illam consortii -r horruisse.

2. foedus, -eris *n.* [*cf. c.* fidere, fidus, fides. *Th.*]. *formae vetustae*: CARM. Sal. (Varro ling. 7, 26) 14 fedesum (*accipe* foidesom): foederum. LEX Iul. munic. (Corp. I^{2} 593) 93 (*a. 709*) foidere, *at* 104 foedere, *itemque* foedere *iam* LEX agr. (Corp. I^{2} 585) 29 (*a. 643*) de Gall. cisalp. (Corp. I^{2} 592) 12 (*a. 705*). VARRO ling. 5, 86 foedus, quod 'fidus' (*an* foidus?) ENNIVS scribit dictum (*quod* ELEG. in Maecen. 1, 11 *et* ANTH. 15, 9 *traditur* fidus fidere *nil refert*). *de etymologia*: (VARRO?) ap. Aug. dial. 174 (frg. gramm. ed. Funai. p. 283) -is nomen quod res foeda non sit; quod si a foeditate porci dictum est, ut non nulli volunt (SERV. Aen. 1, 62 vel a fetialibus ... vel a porca foede hoc est lapidibus occisa. 8, 641 ISID. orig. 18, 1, 11), redit origo ad illam vicinitatem, cum id quod fit ab eo per quod fit nominatur. ... aut per efficientiam, ut hoc ipsum a foeditate porci per quod -s efficitur. PAVL. FEST. p. 84 -s appellatum ab eo quod in paciscendo foede hostia necaretur. Vergilius (*Aen. 8, 641*) ... vel quia in -e interponatur fides ISID. orig. 10, 100 -s nomen habet ab hirco et haedo, f littera addita. *ad synonyma v.* DIFF. Suet. p. 276 'indutiae' numero dierum finiuntur, ... '-s' in perpetuum ⟨a⟩ut in annorum certum numerum fer⟨i⟩tur, 'pax' cum eo populo componitur qui imbecillior est. *de plurali poetico* (*inde a* VERG.) *cf.* Bednara, *Archiv 14, 557*. GLOSS. *συνθήκη, σπονδή* (*ἡ πρὸς πολεμίους*), pax perpetua vel amicitia (vel iuratio), ius iurandum; -e *ὅρκῳ*; -a *ὅρκια*; contra -s: contra pactum. *nota addi hic illic genetivum explicativum*: CIC. Verr. 6, 50 societatis. LVCR. 5, 1155 pacis (*al.*). SIL. 6, 472 poenae. DICT. 2, 41 certaminis. AMM. 14, 6, 3 -e pacis aeternae (27, 5, 1). *exempla* LIVIO *antiquiora dedi omnia.*

I ***inter homines*:**

A ***publicum*** (*et actio et status et instrumentum, cf. ex. gr.* CIC. Verr. 6, 50 recitentur -a. 6, 55 interpretes *et sim.*; Balb. 53 *infra l. 82*. VERG. Aen. 12, 13 concipe -s. LIV. 6, 1, 10 -a ac leges ... conquiri. 42, 23, 4 capite -is. 44, 16, 5 perlegendi. PAVL. FEST. p. 56 clipeum ... in quo -s Sabinorum cum Romanis fuerat descriptum. p. 166 in -e Latino [*secuntur verba*] SEN. contr. 10, 5, 3 tabulam -is [PETRON. 109, 1 PLIN. nat. 34, 139 *alia*]): **1** *inter Romanos aliasque gentes* (*v. Mommsen, Röm. Staatsr. I^{3} 249; Neumann, PW. VI 2818 sqq.; Wissowa, Rel. u. Kult.^{2} 387. 552 sqq. formulam et ritus exhibet* LIV. 1, 24, 4 *sqq.*; *cf.* 9, 5, 1. 38, 38, 2. 38, 39, 1. PAVL. FEST. p. 92 Feretrius Iuppiter ... ex cuius templo sumebant ... lapidem silicem quo -s ferirent. SERV. Aen. 1, 62. 8, 461. 12, 119. 120. *de tribus generibus locus gravissimus* LIV. 34, 57, 7—10. *trita* SVET. diff. p. 276 CAPER gramm. VII 99, 14). ENN. ann. 32 accipe daque fidem -sque feri bene firmum (*sic saepe iuxta legitur* fides: *nota* SIL. 2, 273 -sque fidesque). CATO orig. 4 frg. 84 Carthaginienses sextum de -e decessere. CAEL. hist. frg. 6 qui cum iis ita -s icistis. QVADRIG. hist. frg. 73 -s prior Pompeianum non esse servatum. VAL. ANT. hist. 58 quod novissime nobiscum -s fecissent. SISENNA hist. 112 -a maiorum suom dissoluta. LEX agr. (Corp. I^{2} 585) 29 ⟨ex lege pleb⟩eive sc(ito) exve -e licuit (LEX de Gallia cisalp. Corp. I^{2} 592, 12). RHET. Her. 4, 14, 20 qui sunt qui -a saepe ruperunt? Karthaginienses. CIC. Verr. 3, 160 Tauromenitani ... qui maxime ab iniuriis nostrorum magistratuum remoti consuerant esse praesidio -is. 4, 13 sine -e immunes civitates ac liberae. 4, 123 condicionem societatis amicitiae -is (Balb. 23. 29 *item addito* sponsione pactione). 5, 21 navem imperare ex -e (6, 50. 58 ex -e quod debuerunt. 6, 136. Balb. 35 liceret. NEP. Hann. 7, 5 pecunia ... ex -e penderetur. LEX Iul. munic. [Corp I^{2} 593] 93 nisi ... vocatio rei militaris ... ex -e sit. 103. LIV. 1, 23, 7 res ex -e ... repetitae. 1, 52, 5 *et passim*). 6, 49 in publicis religionibus -um (Balb. 12). 6, 50 duo -a duorum populorum. *ibid.* ut Tauromenitanis nominatim cautum et exceptum sit -e, ne (leg. agr. 1, 10 de quibus cautum sit -e. 1, 11. 2, 58. Balb. 37 caveri -e, ut. 47 LIV. 7, 30, 4). *ibid.* Mamertinis in ipso -e sanctum atque praescriptum sit, ut (Balb. 38 in -e nihil esse cautum praeter pacem. LIV. 33, 13, 10 in -e primo cautum esse, ut). *ibid.* contra -s (6, 59. Balb. 13 fecisse. 16 LIV. 8, 39, 10 *al.* adversus LIV. 10, 39, 17. 29, 12, 5 *al.*, adversus condicionem -is VAL. MAX. 5, 2, 8). *ibid.* quin ... *illis* plus ... -s opitulatum sit. *ibid.* recitentur -a. *ibid.* memoriam -is. *ibid.* pretio abs te ius -is ... redemerunt. 6, 51 in hoc -e faciendo. *ibid.* inerat ... in illo -e societatis quasi quaedam nota servitutis. *ibid.* -e assequi *aliquid*. 6, 55 -um interpretes (6, 56. Balb. 14 interpretationem. 45. 52). 6, 56 causam -is. 6, 59 merces ... -is. Caecin. 51 quae lex ..., quod -s aut pactio ... non infirmari aut convelli potest, si ad verba rem deflectere velimus. leg. agr. 1, 11 -s illud habet aliquam dubitationem. 2, 58 hoc quia vos -s non iusseritis, veretur Hiempsal, ut satis firmum sit et ratum. *ibid.* -s totum accipitur, comprobatur. Arch. 6 civitas aequissimo iure ac -e. Balb. 2. 11. 13 -a scientem neglexisse violasse rupisse. 15 scientiam in -bus, pactionibus, condicionibus populorum, regum, ... nationum. 17. 20. 25 patrone -um et foederatorum. 27 nec -e impediatur quominus. 29 *ter.* 30 religionis ac -um. 31 violatum -s eorum. 32 quaedam -a extant ... quorum in -bus exceptum est, ne. 34 cum Gaditanis -s icisse. *ibid.* cum Gaditanis -s vel renovatum vel ictum. 35 *bis. ibid.* nihil est enim aliud in -e nisi, ut. *ibid.* ut sint illi in -e inferiores. 36 verbi genus ... quo magis in legibus quam in -bus uti solemus. *ibid.* -is sanctione. 39 hoc -e Catuli senatusque auctoritate. 41 *bis.* 44 inferius esse suum -s quam ceterorum. 45. 47 *ter.* 52. 53 -s ... nuper in columna ahenea meminimus post rostra incisum et perscriptum fuisse. har. resp. 43 in eo -e improbando. Rab. Post. 6 regi ..., quicum -s feriri in Capitolio viderat. Phil. 4, 14

[Vollmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rationem ... pacis et -is. inv. 2, 92 *ter.* de orat. 1, 159 iura sociorum, -a, pactiones. part. 130 publicum lex senatusconsultum -s, privatum tabulae pactum conventum stipulatio. rep. 1, 31. 48 populi ... domini sint legum iudiciorum, belli, pacis, -um, capitis uniuscuiusque, pecuniae. 2, 13 *bis.* 2, 14 oratrices pacis et -is. 3, 28. 41. leg. 2, 16 -um religiones. 2, 21. 3, 41 qua quisque sit lege condicione -e. fin. 2, 54. Cato 16 ad pacem cum Pyrrho -sque faciendum. off. 3, 109 Numantinis, quibuscum sine senatus auctoritate -s fecerat. LENT. Cic. epist. 12, 15, 2. VARRO ling. 5, 86 ut -e fides pacis constitueretur. *ibid.* per hos (*fetiales*) etiam nunc fit -s. rust. 2, 4, 9 initiis pacis -s cum feritur, porcus occiditur. vita pop. Rom. Non. 485 quibuscum turpe fecerant -s sine publico consilio. CAES. civ. 3, 108, 3 haec uti fierent, per omnes deos perque -a, quae Romae fecisset, eodem testamento Ptolomaeus pop. R. obtestabatur. BELL. Alex. 44, 1 M. Octavium ... cum barbaris -a percussisse. SALL. Iug 38, 9. 39, 2. 3 suo atque populi iniussu nullum potuisse -s fieri. 43, 1. 80, 5 -s et amicitiam petitum. 104, 4. 5. 111, 1. 2. 112, 3 NEP. Hann. 7, 5. VERG. Aen. 4, 112 miscerive ... populos aut -a (-e *v. l. ap. Serv.*) iungi. 4, 624 nullus amor populis nec -a sunto (*Rom. et Carth.*). 7, 546 in amicitiam coeant et -a iungant (12, 822 leges et -a). 8, 56 hos castris adhibe socios et -a (-e *P*) iunge. 8, 169 iuncta est mihi -e dextra. 8, 540 poscant acies et -a rumpant. 8, 641 caesa iungebant -a porca (PAVL. FEST. p. 235 caesa porca -s firmare solebant). 10, 15 placitum laeti componite -s. 10, 105 Ausonios coniungi -e Teucris. 10, 154 Tarchon iungit opes -sque ferit. 10, 900. 11, 129. 164. 292 coeant in -a dextrae. 11, 321 -is aequas dicamus leges. 11, 330 qui dicta ferant et -a firment, centum oratores. 11, 356 pacem hanc aeterno -e firmes. 12, 13 concipe -s *i. formulam* (12, 158 conceptumque excute -s). 12, 109 oblato gaudens componi -e bellum. 12, 151. 191 paribus se legibus ambae ... gentes aeterna in -a mittant. 12, 200 *Iuppiter* -a fulmine sancit. 12, 202. 212. 242. 286. 290. 314. 316 ego -a faxo firma manu. 12, 496 laesi ... -is aras. 12, 573 -sque reposcite flammis. 12, 582. 633. 658 quae sese ad -a flectat. 12, 695 pro vobis -s (*sc.* ruptum) luere. HOR. epist. 2, 1, 24 -a regum vel Gabiis vel cum rigidis aequata Sabinis. PROP. 4, 6, 79 sero confessum -e Parthum. 4, 4, 60 vos medium palla -s inite mea. LIV. 1, 1, 9 inde -s ictum inter duces. 1, 14, 3 -s inter Romam Laviniumque urbes renovatum est. 1, 19, 4 cum omnium circa finitimorum societate ac -bus iunxisset animos. 1, 24, 3 -s ictum inter Romanos et Albanos his legibus, ut. 1, 24, 4 -a alia aliis legibus ... fiunt. ... nec ullius vetustior -is memoria est. *ibid.* iubesne me, rex, cum patre patrato populi Albani -s ferire? 1, 28, 6 Mettius -is Romani Albanique ruptor. 1, 28, 9 fidem ac -a servare. 1, 49, 7 *Tarquinius* regum primus ... bellum, pacem, -a, societates per se ipse ... iniussu populi ac senatus fecit diremitque. 1, 52, 2 quod ... Latini ... eo -e teneantur. 1, 52, 4 in eo -e superior Romana res erat. 2, 13, 8 pro rupto -s se habiturum. 2, 33, 9 nisi -s cum Latinis ⟨in⟩ columna aenea insculptum monumento esset. 3, 18, 3 fidem ... -um. 4, 7, 4 in -e atque amicitia mansuros. 4, 30, 1 cum pro -e deditio ostentaretur. 5, 51, 10 *Galli* in pondere auri -s ac fidem fefellerunt. 6, 29, 2 di testes -is (21, 10, 3 *al. cf. l. 57*). 7, 19, 4 -e in societatem accepti. 7, 27, 2 cum Carthaginiensibus legatis Romae -s ictum, cum amicitiam ac societatem petentes venissent. 8, 2, 13 qui non -e, sed per deditionem in fidem venissent. 8, 4, 2 sub umbra -is aequi servitutem pati. 8, 4, 3 si -s, si societas aequatio iuris est. 8, 4, 11 in -e ac societate esse. 8, 25, 3 -e ... in amicitiam accepti. 9, 1, 7 dis arbitris -is (21, 10, 3 *al. cf. l. 51*). 9, 4, 4 Romanum ac Samnitem aequo -e victurum. 9, 5, 1 negarunt iniussu populi -s fieri posse nec sine fetialibus caerimoniaque alia sollemni. itaque non ... -e pax Caudina, sed per sponsionem facta est. quid enim aut sponsoribus (*cf.* FLOR. epit. 3, 14, 2) in -e opus esset aut obsidibus, ubi precatione res transigitur, per quem populum fiat quominus legibus dictis stetur, ut eum ita Iuppiter feriat, quemadmodum a fetialibus porcus feriatur. 9, 5, 4 si ex -e acta res esset, praeterquam duorum fetialium non extarent *nomina.* 9, 5, 5 propter ... -is dilationem. 9, 9, 12 cum populo de pace ac -e agere. 9, 11, 8 hoc fide, hoc -bus, hoc fetialibus caerimoniis dignum erat. 9, 19, 13. 9, 20, 2. 3. 8 impetravere, ut -s daretur neque ut aequo tamen -e, sed ut in dicione populi R. essent. 24, 29, 12 integro secum -e. 28, 34, 7. 29, 12, 14 ab rege -i ascripti Prusia ..., ab Romanis Ilienses. 30, 22, 5 seniores ..., qui -bus interfuerant *sc. faciendis.* 30, 42, 10 quod socios ... quando iure -is (34, 32, 16 eodem iure -is. *al.*) non possit, armis tueatur. 30, 42, 21 per quos deos -s icturi essent. 31, 31, 11 ipsos -e primum, deinde conubio atque cognationibus, postremo civitate nobis coniunxissemus. 34, 31, 4 Romanos ..., qui rerum divinarum -a, humanarum fidem socialem sanctissimam habeatis. 38, 9, 10 insula ut extra ius -is esset. 42, 23, 3 Carthaginienses -e illigatos silere. 45, 25, 9 ut sociali -e se cum Romanis non illigarent. MANIL. 1, 898 -e rupto cum fera ductorem rapuit Germania Varum. 4, 33 rupisset -a virgo. VAL. MAX. 9, 11 ext. 4 STAT. silv. 1, 1, 80. 3, 3, 168. SIL. 6, 472 salvo -e poenae. 15, 793 mentito -e. 16, 168 sociali (16, 274). QVINT. inst. 8, 2, 12 commentarios ... pontificum et vetustissima -a et exoletos ... auctores (*cf.* PLIN. epist. 8, 6, 14). MEROB. carm. 4, 44 -is sequester. poet. 5 famulantia -a.

2 *inter patres et plebem*: LIV. 4, 6, 7 -e icto cum plebe.

3 *inter alias gentes vel indefinite*: LVCR. 5, 1025 pars servabat -a caste. CAES. Gall. 6, 2, 2 *Treviri* Ambiorigem sibi societate et -e adiungunt. SALL. Iug. 14, 18 ne societates, ne -a nova acciperemus. VERG. Aen. 5, 496 Ov. met. 7, 486. 487. 503 -s ... et iura parentum. LIV. 24, 29, 11 teneri alienis -bus. 25, 16, 6. 26, 24, 12 si Aetoli ... -i ascriberent ita ratam fore pacem, si. 28, 17, 6. 29, 23, 5 ut publicum quoque -s privato adiceretur. 31, 14, 5. 33, 20, 2 -e antiquo Atheniensium cum regibus Persarum. 42, 12, 5. 44, 30, 11 inter Persea et Gentium. MANIL. 2, 818 -busque suis externas iungere gentes. SEN. contr. 1, 1, 6 inter funestas acies armatae manus in -s porriguntur. contr. exc. 6, 5 contr. 10, 5, 3. 16. SEN. Med. 64 quae dat belligeris -a gentibus. Phoen. 212. 293 civibus pacem dare, patriae quietem, -i laeso fidem. CVRT. 3, 10, 9 -a divini humanique iuris violata. MELA 2, 12 ne -a quidem incruenta sunt, sauciant se qui paciscuntur. PLIN. nat. 7, 202 invenit ... indutias Lycaon, -a Theseus. VAL. FL. 3, 503. 5, 633. 6, 692 HOMER. 269. 279. 346. STAT. Ach. 1, 404 Phrygium. SIL. 15, 290. 318. 422 -is arti. FLOR. epit. 2, 7, 4. VVLG. Is. 42, 6 dedi te in -s populi (49, 6). *nota*: FLOR. epit. 3, 6, 1 rupto -e generis humani.

B ***privatum:*** **1** *generaliter post litem*: PLAVT. Amph. 395 pacem feci, -s feci. Most. 1060 -s feriam. Pseud. 1283 nunc ab ero ad erum meum maiorem venio (adveni *A*) -s commemoratum. CIC. Phil. 2, 89 neque ullam societatem optimis civibus cum importunissimo hoste -e ullo confirmari posse. LVCR. 5, 1155 qui violat factis communia -a pacis. SEN. contr. 1, 1, 3 me -i medium pignus addite. VELL. 2, 77, 2 in hoc pacis -e *inter triumviros.* SEN. Thy. 1024 hoc -s, haec est gratia, haec fratris fides? LVCAN. 3, 335. 4, 205. 234. 365. 508. PETRON. 109, 1 tabulas -is signat, quis haec formula erat (*iocose*). 113, 4 -is verba. 113, 6. VAL. FL. 8, 271 nec -is ulla spes erit aut irae quisquam modus. STAT. Theb. 1, 141. 2, 394. 3, 208. 8, 160 data -e parvo maesta viris requies. 12, 783 AVSON. 139, 1. AVG. civ. 3, 14 post -s et pacem.

2 *ad aliquod agendum, i. q. societas, coniuratio, consensus, concordia*: CIC. Catil. 1, 33 latrones Italiae scelerum -e inter se ac nefaria societate coniunctos. 2, 8 nemo ... fuit, quem non ad hoc incredibile sceleris -s asciverit. dom. 66 fregit -s Gabinius, Piso tamen in fide mansit. 131 consulum societate et nefario -e. p. red. in sen. 16 provinciarum (p. red. ad Quir. 11 provinciarum -e infrenati. Sest. 33 pacto iam -e provinciarum. 34 Vatin. 29 Pis. 28). p. red. ad Quir. 13 omnia cum omnibus -a. Sest. 15 hunc ... Pompeius omni cautione, -e, exsecratione devinxerat nihil ... contra me esse facturum. *ibid.* -s violaturum. 24 -s fecerunt cum tribuno pl. palam, ut ab eo provincias acciperent ... id autem -s meo sanguine ictum sanciri posse dicebant. Pis. 28 -s, quod meo sanguine in pactione provinciarum iceras, frangere noluisti. 29 -e obstricti tenebamini. Scaur. 21 uno testimoni -e et consensu omnium. Phil. 13, 4 o ratum religiosumque -s, quod cum Antoniis fecerimus (*seq.* violare). 13, 37 cum tam pio iustoque -e. 13, 42 quod inter Antonium et Dolabellam ... -e et fide sanciretur. fin. 1, 70 -s esse quoddam sapientium, ut ne minus amicos ... diligant (2, 82 -s ... inter se facere sapientes, ut). epist. 5, 8, 5 has litteras velim existimes -is habituras esse vim non epistulae meque ea quae tibi promitto ac recipio, sanctissime esse observaturum diligentissimeque esse facturum. LVCR. 5, 1443 auxilia ac socios iam pacto -e habebant. VERG. georg. 4, 158 aliae *apes* ... -e pacto exercentur agris. 4, 493 rupta tyranni (*i. Ditis*) -a. CIRIS 414 sacrato -e coniunx dicta tibi. 422 si nostra ... nudasset -a casus. Ov. met. 2, 757 contra data -a. 10, 599 penduntque ex -e poenas. LIV. 3, 36, 9 *decemviros* non in praesentis modo temporis ... iniuriam conspirasse, sed -s clandestinum inter ipsos iure iurando ictum, ne comitia haberent (3, 40, 3 -is nefarie icti cum collegis). 3, 56, 12 eodem -e obligatos. 22, 38, 5 ex voluntario inter ipsos -e. CORN. SEV. carm. frg. 13, 5 deprensaque -a noxae *i. Catilinae sociorumque.* SEN. contr. exc. 6, 1 chirographum prode, parricidarum -s et nefariae spei pactum. VAL. MAX. 9, 11 ext. 3 cruenta conspiratione -s facientem. PHAEDR. 1, 31, 8 regem me creatis icto -e *inter columbas et miluum.* SEN. dial. 3, 5, 3 mutuo amore in -s auxiliumque commune constringitur *vita humana* (*cf.* RVFIN. hist. 1, 2, 23 concordiae subire -a). LVCAN. 1, 4 rupto -e regni. 1, 86. 226. VAL. FL. 5, 220 infanda ... natae (*Medeae*) -a *cum Iasone.* STAT. Ach. 1, 704 gemini ceu -e iuncto ... lupi. TAC. hist. 1, 54 obstringuntur inter se tacito -e legiones. ann. 1, 10 Brundisino. 6, 4. 30. FLOR. epit. 4, 6, 1 cruentissimi -is societatem. IVV. 7, 123 ex -e pragmaticorum. CORP. VIII 12261 populi fabor universique -s et ordinis. CARM. epigr. 111, 51 (*a. 384*) consecrandi -e *mystarum.* *translate*: VVLG. Iob 31, 1 pepigi -s (*διαθήκην*) cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virgine. Is. 28, 15 percussimus -s cum morte (28, 18). RVFIN. hist. mon. 1 p. 399^{C} -s cum falsa voluptate componit. EPIST. pontif. 388 Migne 50, 556^{C} vitiorum.

3 *in amore vel matrimonio* (*v. Reitzenstein, Sitz.-Ber. Heidelb. Akad. 1912, 12. Abh. p. 9 sqq.; hic illic sublucet translatio a rebus publicis*): PLAVT Cist 460 qui frangant -a. CIC. Cael. 34 ut tu amorum turpissimorum cotidie -a ferires. CATVLL. 64, 335 nullus amor tali coniunxit -e amantes qualis adest Thetidi, qualis concor-

[Vollmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dia Peleo. 373 accipiat coniunx felici -e divam. 76, 3. 87, 3 nulla fides ullo fuit unquam in -e tanta. 109, 6 aeternum hoc sanctae -s amicitiae. LVCR. 3,781 ita sunt animarum -a pacta. VERG. Aen. 4, 339 nec coniugis unquam praetendi taedas aut haec in -a veni (*cf.* OV. epist. 7, 9 cum -e solvere naves). 4, 520 non aequo -e amantis (GLOSS. non aequali affectu). HOR. carm. 3, 24, 23 metuens alterius viri certo -e castitas. TIB. 1, 5, 7 furtivi -a lecti (PROP. 4, 3, 69 incorrupta mei conserva -a lecti. OV. epist. 5, 101. ars 3, 593 partita. met. 7, 710. 852. Ib. 15 perpetuo. met. 7, 403 thalami . . . -e. ars 2, 462 pete concubitus -a. 2, 579 veniunt ad -s amantes. met. 3,294 Veneris cum -s initis). TIB. 1, 9, 1 quid mihi, si fueras miseros laesurus amores, -a per divos, clam violanda, dabas? 3, 19, 2 hoc primum iuncta est -e nostra venus. PROP. 2, 9, 35 feminea non constat -s in ira. 3, 20, 15 -a sunt ponenda prius signandaque iura et scribenda mihi lex in amore novo. 3, 20, 21 vincitur -e lectus. 3, 20, 25 qui pactas in -a ruperit aras. 4, 7, 21 -is heu taciti, cuius fallacia verba . . . diripuere noti. 4, 8, 71 supplicibus palmis . . . ad -a veni (*seq.* 74 formula legis). OV. epist. 4, 17 non ego . . . socialia -a rumpam (met. 14, 380). 4, 147 properataque -a iunge. 19, 188 -a lecta *a Cydippa in malo Aconti* (20, 241 deceptae -a linguae). ars 1, 641 pietas sua -a servet. met. 7, 46 dabit ante fidem; cogamque in -a testes esse deos. 9, 501 diversa *i. non solita, vetita.* 11, 743 nec coniugiale solutum -s. trist. 2, 536 legitimo -e iunctus amor. Pont. 3, 1, 73 socialis amor -sque maritum (STAT. Theb. 12, 535). GRATT. 163 dat Venus accessus et blando -e iungit *canes.* SEN. contr. 2, 2, 6 non . . . solvi -is pactionem *repudio.* SEN. Phaedr. 910 odisse Veneris -a (LACT. Phoen. 164 *al.*). CVRT. 10, 3, 12 hoc sacro -e. LVCAN 2, 341 da -a prisci illibata tori. 2, 352. 378. 5, 766 rumpamus -a taedae (8, 399 SIL. 6, 447). 6, 740 VAL. FL. 2, 173. 3, 291. 7, 177. 8, 222 fidem thalami -sque iugale. STAT. Theb. 2, 229. 339. 3, 300 genialia. 5, 138. 6, 290. 8, 629 dum mea nescio quo spondentur -a pacto. Ach. 1, 926. SIL. 2, 83 Veneris iam -a passae. 2, 416 furtiva . . . -a amantum. 3, 110. 5, 291. 6, 517. 7, 454 caelo ac terris qui -a sancit *Iuppiter.* APVL. met. 5, 28 squalentium -um insuave fastidium. 8, 8 caritatis. 9, 26 tori . . . genialis calcato -e. NEMES. cyn. 24 sub -e primo. ANTH. 451, 1 pia -a rupi. PANEG. 6, 3, 4 nuptiarum (HIER. epist. 49, 6, 1). IVL. VAL. 1, 4 p. 6, 9 invicta et insubiugabilia -a. ARNOB. nat. 2, 8. 5, 7 matrimonii (COD. Iust. 8, 55, 7. 8, 57, 1 *al.*). 4, 20. 23. 5, 32. AVSON. 71, 1 genitalia -a coetus. DAMAS. epigr. 53, 6 thalami post -a prima. AMM. 31, 9, 5 nefandi concubitus. AMBR. Isaac 6, 51 coniugiorum -a. PRVD. cath. 3, 125 -a tristia *Evae.* ham. 591 blanda inter -a *i. coitum viperarum.* AVG. civ. 3, 13 tit. MART. CAP. 1, 1. 3. 23. 31. 91. 2, 101 *al.* 6, 573 hinc de patre ferunt sine matris -e natam *Pallada.* COD. Theod. 5, 1, 9 (*a. 428*) -e coniugali. *fere i. q. coniunx*: PAVL. NOL. carm. 21, 840 Piniadem Melani cum -e par benedictum.

4 *parentatus*: OV. met. 10, 353 neve . . . concubitu vetito naturae pollue -s *loq. Myrrha secum.* 15, 460 aliquo iunctorum -e nobis. LIV. 1, 1, 9 Latinum . . . domesticum publico adiunxisse -s filia Aeneae in matrimonium data. SEN. benef. 6, 3, 2 ruptis . . . affinitatis, amicitiae, collegii -bus. LVCAN. 9, 1048 mixti . . . generis. STAT. Theb. 2, 166. Ach. 1, 902 concipe -s. FLOR. epit. 4, 2, 13 generi socerique concordiam matrimonii -e continebat *Iulia.* APVL. met. 4, 31 maternae caritatis -a. 5, 12 post . . . calcata sanguinis -a. PS. RVFIN. in Am. 1, 9 -s, quod inter germanos natura ipsa constituit. PAVL. NOL. carm. 22, 163. AVG. civ. 3, 13 -a germanitatis affinitatis societatis divinitatis. COD. Iust. 1, 3, 19 naturale. CARM. epigr. 1403, 6 et cluso sacro -e fulsit amor.

5 *amicitiae, hospitii, collegii, societatis sim.*: VERG. Aen. 10, 91 -a solvere furto. HOR. epist. 1, 3, 35 indigni fraternum rumpere -s. ELEG. in Maecen. 1, 11 -s (fidus *trad.*) erat vobis nam propter Caesaris arma, Caesaris et similem propter in arma fidem. OV. trist. 1, 8, 27 nullo mihi -e iuncti. 3, 6, 1 -s amicitiae (STAT. silv. 4, 6, 93 APVL. met. 6, 3) . . . dissimulare. Pont. 2, 5, 60 servat studii -a quisque sui. 2, 9, 63 haec quoque res (*i. studium canendi*) aliquid tecum mihi -is affert. 4, 13, 43 per studii communia -a sacri, per . . . nomen amicitiae. LIV. 1, 9, 13 incusantes violati hospitii -s. 3, 57, 1 Ap. Claudium et legum expertem et civilis et humani -is esse. 4, 19, 3 ruptor -is humani. MANIL. 2, 301 mundi *i. inter homines* (STAT. Theb. 12, 642 terrarum leges et -a mundi). 2, 340 his natura dedit communi -a lege (*seq.* affectus *et* favor). 2, 605 pax est sublata per orbem et fidei rarum -s paucisque tributum. 2, 626. 639. 686 -s sub sanguine fallunt. 3, 122 similes coniungens -s amicos. 4, 714 privato -e. SEN. contr. 7, 1, 2 ab omni -e vitae communis abstractus *naufragus.* VAL. MAX. 2, 9, 6 artissimo se amicitiae -e iunxissent. 5, 1, 3. SEN. dial. 4, 5, 3 ira . . . omne -s humanum eiecit animo. VAL. FL. 4, 102 -a legum. 5, 494 tuae . . . -a dextrae. 5, 662. 6, 12. MART. 1, 93, 5 iunctus uterque sacro laudatae -e vitae *amici.* STAT. Theb. 2, 112 in -a vitae. 2, 211 regni. 8, 240 ad coetus sociaeque ad -a mensae. SIL. 15, 279 femineo socium violarunt -s amore. PLIN. epist. 3, 4, 4 patrocinii. 8, 24, 2 amicitia, -e et religione. TRAIAN. Plin. epist. 10, 93 legibus . . ., quibus de officio -is utuntur *Amiseni.* APVL. met. 7, 16 hospitalis Iovis servato -e. ITALA II Tim. 3, 3 (Cypr. unit. eccl. 16) homines . . . sine -e (ἄσπονδοι, VVLG. sine pace. *cf.* VVLG. Rom. 1, 31 absque -e). ARNOB. nat. 1, 6. LACT. inst. 1, 18, 17 humanae societatis (5, 5, 13). AVSON. 319, 22. 342, 4. 399, 11 consponsi -is. 417, 109. SYMM. epist. 3, 79 cum iis misceri -s animorum. AMM. 22, 15, 17 quasi pacto -e quodam castrensi *inter crocodilos.* VVLG. I reg. 18, 3 inierunt . . . David et Ionathas -s. PRVD. psych. 531 *Iudas* fallit -e mensae *Christum.* CLAVD. carm. min. 27, 82 *inter aves.* MART. CAP. 1, 6 ENNOD. epist. 1, 9, 3 p. 18, 19. 1, 11, 3 p. 21, 20 *al.*

6 *liberius i. q. praeceptum, lex*: VERG. georg. 1, 60 Aen. 1, 62 *v. sub II infra l. 37.* OV. met. 5, 532 sic Parcarum -e cautum est. fast. 2, 159 promissaque -a (*i. virginitatem*) serva (2, 161). SEN. Herc. f. 49 -s umbrarum perit. COD. Iust. 6, 2, 21, 4 (*a. 530*) nostro -e.

7 *apud Christianos*: **a** *inter deum et homines*: HIL. trin. 2, 33 intercessionis -e *de spiritu sancto.* AMBR bon. mort. 5, 20 sponsus . . . animae deus verbum est, cui anima legitimo quodam conubii -e copulatur. HIER. chron. a. Abr. 2343 Arnobius . . . pietatis -s impetravit *i. Christianus factus est.* VVLG. gen. 6, 18 ponam . . . -s (διαθήκην) meum tecum. 15, 18 pepigit dominus -s cum Abram. exod. 24, 7 volumen -is (deut. 29, 21 libro *al.*). 31, 7 tabernaculum -is (33, 7. 9 *passim*). 39, 40 tectum -is (40, 30 *al.*). num. 10, 33 arca -is. *passim.* deut. 9, 11 tabulas -is (*passim*) *et saepissime.* RVFIN. hist. 10, 11 p. 973 gens . . . verbi dei -a . . . suscepit. ARATOR act. 2, 286 -a necte superna. *de bibliis*: HIER. quaest. hebr. in gen. p. 26, 25 ubicunque in graeco testamentum legimus, ibi in hebraeo sermone est -s sive pactum id est 'berith'. **b** *in ecclesia inter fideles*: HIL. ad Const. 2, 2 caritatis. DAMAS. epigr. 2, 5 lacerat sanctae matris pia -a. 18, 7. 48, 4. AMBR. in I Cor. 13, 2 *Tertullianus et Novatianus* -a perdiderunt, in schisma versi . . . haereses creaverunt. RVFIN. hist. 5, 24, 9 ab ecclesiastico -e segregaret. PRVD. perist. 2, 67 disciplinam -is.

II ***inter res***: **1** *naturale sive inter naturam et res, sive inter res varias* (*hic illic debilius i. q. lex, praeceptum*): CIC. Scaur. 5 ut fugere vitam vetent atque id contra -s fieri dicant legemque naturae. LVCR. 1, 586 quid quaeque queant per -a naturai (2, 302. 5, 310 adversus naturae -a niti. 5, 924. 6, 906 EVSTATH. Bas. hex. 7, 5 p. 942^{C} *al.*). 2, 254 quod fati -a rumpat. 3, 417 hoc anima atque animus vincti sunt -e semper. 5, 57 quo quaeque creata -e sint. VERG. georg. 1, 60 has leges alternaque -a certis imposuit natura locis. Aen. 1, 62 *ventis* regemque dedit, qui -e certo et premere et laxas sciret dare iussus habenas (SERV. modo lege, alias pace. GLOSS. certa lege vel condicione). AETNA 281 unde repente quies et multo -e pax sit. MANIL. 1, 252 deus . . . multa in cunctas dispensat -a partes. 1, 493 caecoque creatum -e mundum. 2, 48 naturae -e rupto. 2, 62 ingentem aequali moderantem -e molem *deum.* 2, 233 -e (digere *trad.*). 2, 271 -e gaudent *signa.* 2, 359 -a servant. 2, 379 est illis -s (phebus *trad.*) sub lege propinqua. 2, 401 nunc -s (phebo *trad.*) stellis nunc et dictantibus iras. 2, 469 astra . . . aut odium -sve gerunt. 2, 478 deus . . . iunxit amicitias horum (*i. astrorum*) sub -e certo. 2. 524 Aries, Leo et Arcitenens . . . negant Chelis -s. 2, 577 si -s (phebus *trad.*) non datur astris. 2, 670 manent sub -e tali. 3, 55 staretque alterno religatus -e mundus. 3, 310 aequo stat -e tempus *dierum et noctium.* 3, 659 Libra, diem noctemque pari cum -e ducens. SEN. Med. 335 bene dissaepti -a mundi traxit in unum Thessala pinus. 605 rumpe nec sacro, violente, sancta -a mundi. Phaedr. 540 rupere -s *aetatis aureae* impius lucri furor et ira. Thy. 482 ante cum flammis aquae . . . cum mari ventus fidem -sque iungent (*adynaton*). COLVM. 1 praef. 8 rupto naturae -e *primo navigio.* 10, 219 sacra . . . orgia naturae secretaque -a caeli. PERS. 5, 45 amborum -e certo consentire dies et ab uno sidere duci (*de synastria*). LVCAN. 1, 80 turbabit -a mundi. 2, 2 legesque et -a rerum . . . vertit natura. SIL. 14, 346 cur -e certo . . . globum Thetys circumliget undis. 15, 75 natura . . . -e certo (*i. lege*) degeneres tenebris animas damnavit Avernis. MIN. FEL. 11, 1 rupto elementorum omnium -e (PETR. CHRYS. serm. 81 p. 428^{A}). CYPR. ad Donat. 8 p. 10, 9 contra -s iusque nascendi (*de incesto*). TIBERIAN. carm. 4, 29 mundanas olim moles (*i. chaos*) quo -e rerum sustuleris *o deus.* CARM. de pond. 15 haec non -e certo naturae, sed lege valent hominumque repertis. AVSON. 369, 28 turgentis -a partus. CLAVD. 3, 4 dispositi . . . -a mundi. 20, 428 *de belua in piscem desinente.* carm min. 26, 76 in -s elementa vocat. MART. CAP. 9, 923 -s animarum *cum corporibus.* DRAC. laud. dei 2, 193 -e concordi . . . elementa tenentur.

2 *de rebus arte factis*: PAVL. NOL. epist. 32, 15 p. 290, 1 nova . . . veteris . . . tecti culmina conspicimus portarum -e iungi. CARM. epigr. 105 *puer* socius parenti gemino tumuli -e. *in re metrica*: TER. MAVR. 1836 de -e temporis aequi. *de insitione*: PALLAD. 14, 17 -bus blandis dulces confundere sulcos.

III *iunctura notabiles*: **A** *verba*: -s ferire (*de interpretatione v.* LIV. 9, 5, 3 *p. 1003, 63* PAVL. FEST. p. 84 *p. 1002, 10*): ENN. ann. 32 PLAVT. Most. 1060 CIC. inv. 2, 92 Cael. 34 har. resp. 43 Rab. Post. 6 VARRO rust. 2, 4, 9 VERG. Aen. 10, 154 LIV. 1, 24, 4. 9, 4, 5 *passim.* facere (fieri): PLAVT. Amph. 395 VAL. ANT. hist. 58 CIC. inv. 2, 91 Verr. 6, 51 Vatin. 29 Phil. 5, 12. 13, 4 rep. 3, 28 fin. 2, 83 *bis.* Cato 16 off. 3, 109 VARRO ling. 5, 86 vita pop. Rom. Non. 485 CAES. civ. 3, 108, 3 SALL. Iug. 38, 9. 39, 3. 112, 3 VERG. Aen. 12, 316 LIV. 1, 24, 4. 8, 5, 9 *saepe; addo* infectum VERG. Aen. 12, 242. 286. icere: CAEL. hist. frg. 6 CIC. Sest. 24 Balb. 34. 50. 53 Pis. 28 rep. 2, 13

[Vollmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

VERG. Aen. 12, 314 LIV. 1, 1, 9. 1, 24, 3. 1, 25, 1. 1, 26, 1. 1, 32, 3 *passim; cf.* -is ictu VAL. MAX. 2, 7, 1 LVCAN. 5, 372. iacere: TAC. ann. 11, 9 SIDON. carm. 2, 357. sancire: CIC. Sest. 24 LIV. 1, 24, 6. 23, 8, 11. 34, 57, 11. 44, 23, 8 TAC. ann. 2, 65. 12, 46 *al.* (*subi.* iusiurandum SEN. contr. 1, 6, 12); *cf.* -is expiatio LIV. 9, 1, 4. pangere: CIC. Sest. 33 LVCR. 3, 781. 5, 1443 VERG. georg. 4, 158 Aen. 10, 900 SIL. 13, 729 VVLG. gen. 14, 13. 15, 18 *al.* percutere: BELL. Alex. 44, 1 FEST. p. 254 SEN. contr. exc. 6, 5 contr. 9, 2, 15 LVCAN. 9, 1021 FLOR. epit. 1, 1, 14. 1, 16, 2. 4, 10, 1 VLP. dig. 50, 15, 1 pr. VVLG. gen. 21, 27 *al.* sollemni ritu implere: AMM. 30, 3, 7. iungere (*saepe ad IB*): VERG. Aen. 7, 546. 8, 56. 641 OV. epist. 4, 147 LIV. 7, 30, 4. 10, 12, 1. 23, 33, 9 SEN. Thy. 482 VAL. FL. 4, 215 SIL. 17, 67. componere: VERG. Aen. 10, 15 PETRON. 109, 4; ponere (*ad I B 3*) PROP. 4, 4, 60. inire: PROP. 4, 4, 60 AVSON. 139, 1 SERV. Aen. 1, 108 VVLG. gen. 21, 32. 26, 28 *al.* constituere: VVLG. gen. 9, 17 *al.* concipere: VERG. Aen. 12, 13. 13, 158. *alio sensu* AMM. 31, 10, 2. scribere: LIV. 42, 12, 5; -s in haec verba fere . . . conscriptum est: LIV. 38, 38, 1. aequare: HOR. epist. 2, 1, 25. firmare: VERG. Aen. 11, 330. 12, 212 PAVL. FEST. p. 235 TAC. ann. 6, 30. renovare: CIC. Balb. 34 LENT. Cic. epist. 12, 15, 2 LIV. 1, 14, 3. 1, 52, 3. 5. 1, 55, 1 *passim*; in easdem leges 42, 62, 5. restituere: LIV. 10, 3, 5. dare: SALL. Iug. 104, 5 TIB. 1, 9, 2 OV. met. 2, 757 LIV. 9, 20, 8. 9, 45, 18 *al.* reddere: LIV. 8, 2, 1. 9, 45, 4. dilargiri: TAC. hist. 3, 55. petere: SALL. Iug. 80, 5. 104, 4. 111, 1 OV. ars 2, 462 LIV. 4, 30, 1. 7, 38, 1. 9, 20, 7. 9, 37, 12. 9, 41, 6 QVINT. inst. 7, 2, 6 TAC. ann. 2, 45 *al.* rogare: CLAVD. 28, 70. reposcere: VERG. Aen. 12, 573. offerre: VERG. Aen. 12, 109. accipere: CIC. leg. agr. 2, 58 SALL. Iug. 14, 18. assequi: TAC. ann. 11, 23, 3. excipere: AMM. 30, 3, 4. negare: LIV. 2, 22, 5. comprobare: CIC leg. agr. 2, 58 LIV. 21, 19, 3, improbare: CIC. inv. 2, 91 har. resp. 43 VIR. ill. 30, 4.

frangere: PLAVT. Cist. 460 CIC. dom. 66 Pis. 28 Scaur. 42 SIL. 17, 349 *al. cf.* infractum CYPR. GALL. gen. 1078. rumpere: RHET. Her. 4, 14, 20 CIC. Balb. 13 LVCR. 2, 254 VERG. georg. 4, 493 Aen. 8, 540. 12, 202. 582 HOR. epist. 1, 1, 35 OV. epist. 4, 17 LIV. 2, 13, 8 *passim; cf.* ruptor LIV. 1, 28, 6. 4, 19, 3 TAC hist. 4, 57 FLOR. epit. 1, 3, 8; abrumpere: STAT. Theb. 3, 655 SIL. 1, 296. 2, 293. 451 PANEG. 12 (2), 30, 1 *al.*, corrumpere: SIL. 12, 302, irrumpere: VVLG. II Macc. 13, 25. violare: CIC. Sest. 15 Balb. 13. 31. 55 Scaur. 42 Phil. 13, 4 rep. 1, 31 LVCR. 5, 1155 TIB. 1, 9, 2 LIV. 8, 7, 5. 30, 42, 8. 21 *al.; cf.* violator TAC. ann. 1, 58. CATO orig. 4 frg 84 decedere de -e. neglegere: CIC. Balb 13 rep. 3, 41; oblivisci: TAC. hist. 4, 67. infitiari: CIC. fin. 2, 54. dissolvere: SISENNA hist. 112; solvere: VERG. Aen. 10, 91 OV. met. 11, 743 SIL. 17, 75. laedere: VERG. Aen. 12, 496 OV. met. 14, 380 SEN. Phoen. 293. excutere: VERG. Aen. 12, 158. turbare: VERG. Aen. 12, 633 HOMER. 346 STAT. Theb. 3, 233. confundere: VERG. Aen. 5, 496. 12, 290. intermittere: LIV. 7, 12, 7. dirimere: LIV. 1, 49, 7 FLOR. epit. 1, 16, 12. intercidere: APVL. met. 8, 8. discindere: AMM. 29, 1, 3 (discidium *iam* LIV. 25, 18, 5). fallere: LIV. 5, 51, 10. mutare: LIV. 35, 16, 9. calcare: STAT. Theb. 3, 208 SIL. 3, 85 APVL. met. 5, 12. 9, 26. temerare: SIL. 11, 161. polluere: SIL. 11, 321. 17, 86 PANEG. 12 (2), 22, 3. *cf.* fides mota -is est LIV. 35, 33, 4. delere: VVLG. Is. 28, 18. irritum facere: VVLG. deut. 31, 16 Ier. 14, 21; praevaricari: VVLG. IV reg. 3, 5 Ier. 34, 18 Ezech. 17, 19; dissipare: VVLG. Is. 24, 5; transgredi: VVLG. Os. 8, 1. ludere: CLAVD. 26, 566. non servare: QVADRIG. hist. 73; servare: LVCR. 5, 1025 OV. ars 1, 641 Pont. 2, 5, 60 fast. 2, 159 LIV. 1, 28, 9. 41, 23, 5 inviolatum. SIL. 4, 185 *al.*; conservare: PROP. 4, 3, 69; sanctum habere: LIV. 41, 19, 6; custodire: IVST. 43, 5, 3; -e staretur 21, 19, 4. tenere: VVLG. Is. 56, 4. 6.

B *adiectiva sim.*: firmum: ENN. ann. 32 CIC. leg. agr. 2, 58 VERG. Aen. 12, 317 *al.* ratum: CIC. leg. agr. 2, 58 Phil. 13, 4 LIV. 39, 17, 10; stata -a: STAT. Theb. 11, 380. sanctum: CIC. Balb. 45 LIV. 9, 9, 4 *al.*, sacrosanctum: CIC. Balb. 32 *al.* religiosum: CIC. Phil. 13, 4. pium *et* iustum: CIC. Phil. 13, 37. legitimum: FLOR. epit. 2, 18, 4. infidum: LIV. 7, 42, 8. honestum: CIC. inv. 2, 92, turpe: *ibid. et* LIV. 9, 4, 7 *al. saepe.* foedum: AVG. civ. 3, 17. aequum: CIC. Balb. 45 LIV. 8, 4, 2. 9, 4, 4. 9, 20, 8. 23, 5, 8 *al.*; specie 39, 37, 13; *definitio* 34, 57, 9; iniquum: LIV. 35, 46, 10; par: SIL. 6, 487; ex aequo: LIV. 42, 25, 11. *cf.* CORP. XI 5631 iure aequo -is sibi confirmato. medium: PROP. 4, 4, 60. sociale: LIV. 34, 57, 9 *definitio*; 45, 25, 9. servile: SIL. 11, 527. publicum (*opp.* domesticum): LIV. 1, 1, 9; (*opp.* privatum) 25, 18, 5. 29, 23, 5. 8; publice ac privatim iunctum: 30, 13, 8. 11. *nominantur singula foedera publica ut* Pompeianum QVADRIG. hist. 73, Q. Pompei VELL. 2, 90, 3; Gaditanum CIC. Balb. 32. 33, Gaditanorum *ibid.* 34, Camertinum *ibid.* 45, Camertium 47, Numantinum CIC. har. resp. 43 de orat. 1, 181 Brut. 103 rep. 3, 28 QVINT. inst. 3, 8, 3 *al.*; Romanum Albanumque LIV. 1, 28, 6; Romanum 21, 10, 3. 35, 13, 3, Punicum 23, 8, 3, Latinum 8, 2, 13 PAVL. FEST. p. 166, Neapolitanum LIV. 8, 26, 6, Caudinum FLOR. epit. 2, 18, 7, Samnitium LIV. 7, 30, 4, Latinorum 7, 42, 6. Catuli CIC. Balb. 39, Auli SALL. Iug. 43, 1, regum HOR. epist. 2, 1, 24, Hasdrubalis LIV. 21, 18, 11, Lutati 21, 19, 2, Mancini VELL. 2, 90, 3 *sim. passim.*

3. foedus *vetuste i. q.* haedus *q. v.*

4. foedus, -eris *n. vocabulum vitiose ab adi.* foedus *deductum, cf. doctrina grammaticorum p. 998, 82. i. q. turpitas*: PAVL. dig. 23, 2, 47 senatoris filia, quae corpore quaestum vel artem ludicram fecerit aut iudicio publico damnata fuerit, impune libertino nubit; nec enim honos ei servatur, quae se in tantum foedus (*sic trad.*, dedecus *Köhler*) deduxit. *vocabulum non Paulo attribuendum, sed interpolatori, cf.* VITA Desiderii (Krusch, script. rer. Merov. III) 15 labem periurii reserati et foedera sacramenti deserti.

foenum *et deriv. v.* faen-; **foenus** *et deriv. v.* fen-.

f(o)eteo, -ēre [*orig. inc., fortasse cf. cum* fimum; *v. Pokrowskij, Z. f. vergl. Sprachforsch. 35, 238. Th.*]. *de dipthongo non constat, libri dant* -e- (*sic etiam A Plauti*) *vel* -ae- *vel* -oe-, *sed testimonia a Lachmannio ad Lucr. 4, 1160 collecta non sufficiunt, ut* -e- *scriptio sola proba habeatur.* fētentem *dat in exitu versus* COMM. apol. 642. *de structura*: IDIOM. cas. gramm. IV 572, 8 -o vinum et vino; *acc. non legitur nisi* HEGES. 5, 2 *l. 34, ablativus creber est.* GLOSS. *βρομῶ, ὄζω σαπρόν*; putet. *non leguntur nisi formae praesentis.* [*it. merid.* fętere, *hisp.* heder. *M.-L.*]

speciatim: **1** *instrumentum artis ferrariae* (*v. Mau, PW. VI 2828; organorum v. l. 76 et 81*): GLOSS. -es fabriles *φυσηλάται.* -is *καμίνου ἀσκός, φῦσα χαλκέως.* blestbaelg (*anglos.*). PLAVT. Bacch. frg. VIII 10 scio spiritum eius maiorem esse multo quam -es taurini habent, cum liquescunt petrae, ferrum ubi fit. CIC. nat. deor. 1, 54 *rerum formas* effici posse sine -bus et incudibus non putatis. VERG. georg. 4, 171 *Cyclopes* alii taurinis -bus auras accipiunt redduntque (Aen. 8, 449 alii ventosis -bus a. a. r.). AETNA 563 fabriles operae . . . -es . . . trementes exanimant pressoque instigant agmine ventum. HOR. sat. 1, 4, 19 conclusas hircinis -bus auras usque laborantes, dum ferrum molliat ignis. LIV. 38, 7, 12 scintillam . . . -e fabrili ad caput fistulae imposito flando accenderunt. VITR. 10, 1, 6 -es fabrorum. CVRT. 4, 2, 13 admotis . . . -bus ignem flatu accenderent. PERS. 5, 11 -e premis ventos. PLIN. nat. 33, 108 spuma *argenti* . . . accensa -bus. 33, 123 accenso -bus continuis igni. 36, 143 *lapis* flatus -bus donec rufescat. IVV. 10, 61 iam -bus atque caminis ardet adoratum populo caput. ARNOB. nat. 4, 16 officina fabrilis . . . incudes mallei fornaces -es carbones et forfices (*cf.* EVG. TOLET. carm. 71 arula sex semper rebus candescit: asello ignibus et lignis cum forcipe -e batillo). SCHOL. Pers. 1, 13 flatus ex pulmone accipitur et emittitur in modum -is. SCHOL. Iuv. 1, 9. PRVD. perist. 5, 70 numina excisa fabrili manu cavis recocta et -bus. AVG. civ. 14, 24 sicut -es fabrorum vel organorum flantis respirantis loquentis clamantis cantantis serviunt voluntati. c. Iul. 4, 14, 68 *pulmonibus* velut -bus alternante motu vitales flatus haurimus et reddimus. in Iob 32, 19 p. 861, 47 veluti -is aerarii disruptus. VINDIC. med. 22 pulmonum, qui sunt in modum -is ferrarii (*cf.* gyn. p. 438 *codd. gl et* p. 439 *codd. dpc*). CASSIOD. in psalm. 150, 4 fistulis *organi* . . . flatu -ium vox . . . destinatur. CORIPP. Ioh. 3, 103 -bus obductis . . . ventos arte movet. SYMPH. Anth. 286, 232 tit. uter; -is.

2 *instrumentum pugilum* (*κώρυκος, v.* folliculus *p. 1015, 10 sqq.*):

[Vollmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

PLAVT. Rud. 721 ego te -em pugilatorium faciam et pendentem incursabo pugnis.

3 *genus pilae* (*v. Mau, PW. VI 2829*): [MANIL. 5,166 ludere fulto *trad., non recte* -e *Bentley.*] MART. 4, 19, 7 plumea seu laxi partiris pondera -is. 7, 32, 7 non pila, non -is, non te paganica thermis praeparat. 12, 82, 5 colliget et referet laxum de pulvere -em. 14, 45 haec quae difficili turget paganica pluma, -e minus laxa est et minus arta pila. 14, 47, 2 -e decet pueros ludere, -e senes.

4 *ad servandam pecuniam i. q. crumena*: IVV. 13, 61 si reddat veterem cum tota aerugine -em. 14, 281 ut tenso -e reverti inde domum possis tumidaque superbus aluta (*nisi mavis accipere de -bus mercium plenis*). CALL. dig. 35, 1, 82 si ille in -e reliqua obtulerit. APVL. met. 4, 9 *dives* aureos -es incubabat. VEG. mil. 2, 20 decem -es hoc est decem sacci per cohortes singulos ponebantur *ad conferendam pecuniam*. addebatur et saccus undecimus, in quem tota legio particulam aliquam conferebat sepulturae scilicet causa. *inde certa pecunia, atque ea:* a *tempore Diocletiani et brevi post* -is *= 125 miliarensia = 6250 denarii; v. Seeck, PW. VI 2829*: OPTAT. app. 1 p. 189, 4 (*fere a. 310*) omnes vos . . . scitis de quadringentis -bus Lucillae cl. f., pro quo vobis coniurastis *et* p. 189, 6 Victor fullo . . . dedit -es viginti ut factus esset presbyter (AVG. c. Cresc. 3, 29, 33 p. 441, 3. 7). EVSEB. hist. eccl. 10, 6, 1 (*a. 313*) *τρισχιλίους φόλλεις*. COD. Theod. 11, 36, 2 (*a. 315*) triginta -ium poena multetur. 7, 20, 3 (*a. 320*) pecuniae in nummo viginti quinque -ium consequantur. 14, 24, 1 (*a. 328*) mensae oleariae . . . caducae . . . vicenis -bus . . . distrahantur. *ibid.* mensam . . . praedictis -bus emptam. CORP. IX 4215 (*a. 338*) dedit . . . arcae eorum -es n⟨. . .⟩, ex quorum usuris *eqs.* *praeterea* CORP. III 743 sumptos ⟨fuisse⟩ in numo X -is m⟨ille⟩. V 2046 dedit coll(egio) fab(rorum) ad mem(oriam) col(endam) . . . X foll. quingentos. INSCR. Rossi Roma sott. III 549 *locum* emit f(ollibus) n(umero) VII. *saepius in multis sepulcralibus*: CORP. III 2240 dabit in fiscum Φ ⟨f⟩ol. ∞. 9597 ⟨folles⟩ mille. 12872 fol(les) n(u)m(ero) quinquaginta. 13896 X fol⟨les . . .⟩. 13917 f(olles) ∞. V 1880 denariorum folex sescentos. 1973 X fol. sescentos. 8724 ⟨de⟩narioru⟨m . . .⟩. 8697, 9 pecuniae -es mille (*cf.* INSCR. Notiz. degli scavi 1892 p. 335). IX 984 -es mille. *in usu erat praecipue de collatione glebali* (*v. Seeck, PW. IV 365*): COD. Iust. 12, 2, 2 (*fere a. 450*) glebam vel -em sive septem solidorum functionem sive quamlibet eiusmodi collationem . . . iubemus aboleri. COD. Theod. 6, 2, 13 (*a. 383*) duorum . . . fo⟨llium⟩. 6, 4, 21, 6 (*a. 372*) cum duos -es aut IV . . . in professionem habebunt. 6, 2, 15 (*a. 393*) ⟨praebitionem⟩ implere -um. NOVELL. Marcian. 2, 4 (*a. 450*) quidquid ex titulo senatorii -is in provinciis debetur. ZOSIM. 2, 38, 4 *ἐπιθεὶς ᾧτινι φόλλιν ἐπέθηκεν ὄνομα.*

b *nummus aereus, qui valebat* II *denarios* (*v. Seeck, PW. VI 2832*): *cf.* EPIPHAN. metrolog. I 49 p. 267, 4 *φόλλις ὃ καὶ βαλάντιον καλεῖται* (id est sacculus *add. versio lat. 40*)· *διπλοῦν δέ ἐστιν ὑπὸ δύο ἀργύρων συγκείμενον οἳ γίνονται σὴ δηνάρια. καὶ φόλλις δύο λεπτὰ κατὰ τὸν δηναρισμόν, ἀλλ' οὐ κατὰ τὸν ἀργυρισμόν* (follis . . . secundum denariorum pondus ac numerum, non secundum metalli meritum *versio*). p. 303, 11 *βαλλάντιον ὃ καὶ φόλλις, δηναρίων ρν'*. ISID. orig. 16. 18, 11 -es dicuntur a sacculo quo conduntur. SVIDAS *s. v. ὀβολοῦ*: . . . *ὀβολοὶ δέ εἰσιν οὓς καλοῦμεν φόλλεις . . . φόλλις δέ, φόλλεως ὁ ὀβολός.* PROCOP. anecd. 25, 12 *ὀβολούς, οὓς φόλλεις καλοῦσιν. videtur primum legi* COD. Theod. 7, 20, 3 (*a. 320*) veterani . . . ad emenda ruri necessaria pecuniae in nummo viginti quinque mili[ti]a -ium consequantur *et ibid.* qui autem negotii gerendi habuerit voluntatem, huic centum ⟨milium *addidi*⟩ -ium summam immunem habere permittimus. 9, 23, 1, 1 (*a. 352*) nec vero aliquis negotiatorum plus mille -bus pecuniae in usu publico constitutae animalibus propriis sumptuum gratia portare debebit. LAMPR. Heliog 22, 3 cum . . . haberet in sorte . . . centum aureos et mille argenteos et centum -es aeris. AVG. civ. 22, 8 p. 574, 10 D quinquagenos -es, unde vestimentum emeret. *ibid.* p. 574, 16 grandem piscem . . . trecentis -bus vendidit. CORP. VIII 22660 erogā⟨tum⟩ est sumtos mercedibus in nummo X foll⟨es⟩ singulares numero quadraginta quinque ⟨milia⟩ sescentos. 22661 in numo X follis . . . milia. 24512 (*in ripa lacus*) quid ratari(i)s transeuntes dare debeant: homo caballaris f(o)l(les) IIII, homo pedester fl. I *et sic deinceps.* INSCR. Röm. Mitt. 1904 p. 148 ut quinque milibus -ium horti sibi possessio conpararetur. MALALAS p. 412, 9 Dind. *φόλλιν μίαν.* p. 439, 14 *ἡμερησίας ἀνὰ φόλεις σε'.* LEONT. NEAP. vita Ioh. 1 (ed. Gelzer p. 5) *οὔτε λογάριν οὔτε φολλερόν.* 36 p. 70 *ἑνὸς φολλεροῦ* (*v. l. μιᾶς φόλλεως*). *ibid. τὰ φολλερά* (*at* 37 p. 76 *et saepius φόλλεις*). *saepius etiam in papyris φολ. v. Wessely, Wien. Stud. 24 (1902) 150.*

5 *de partibus corporis animalis:* *i. q. scrotum*: IVV. 6, 373[b] mangonum pueros . . . -isque pudet cicerisque relicti. *i. q. pulmones* (*cf. p. 1016, 74. 78*): IVV. 7, 111 immensa cavi spirant mendacia -es. TERT. anim. 10 spirari . . . non . . . sine pulmonum -bus et sine fistulis arteriarum. GREG. M. moral. 2, 8 aereus flatus -e ventris attrahitur. *stomachus et intestina*: AVG. c. Iul. 2, 8, 28 ne tui stomachi -is indigesta maledictorum cruditate rumpatur. MACR. sat. 7, 4, 17 in -em ventris. CASS. FEL 51 p. 135 per podicem cremizato (*i. evacuato*) -e. *oculorum*: CASSIOD in psalm. 10, 6 palpebrae . . . sunt quaedam luminum thecae et quasi -es oculorum.

6 *de granorum, fructuum velamentis: i. q. folliculus acini*: CASSIOD. in psalm. 8 praef. pressae uvae . . . gigartis comminutis -busque ⟨e⟩vacuatis dulcissima vina profundunt. GLOSS. III 448, 81 (= 478, 5) -is lup⟨in⟩orum *λέπυρα.*

II ***translate:*** *de corpore hominis* (*v.* folliculus *p. 1016, 16*): TERT. apol. 50 tunde . . . Anaxarchi -em (*θύλακον Diog. Laert. 9, 10, 2*), Anaxarchum enim non tundis. ARNOB. in psalm. 149 p. 568[A] in tympano: id est in extensione -is nostri corporei. RVFIN. hist. 11, 9 p. 1016, 10 qui . . . Basilium de nodo -is huius absolveret. *de animo*: AVG. serm. ed. Mai 127, 2 adhuc tumes -is inflatus? deus est humilis et tu superbus? *nota convicium*: GILD. epist. 3 chron. III p. 87, 10 hi . . . -es diaboli dicunt . . . melioribus *eqs.*

2. follis: *i. q. stultus, fortasse i. q.* follis *1*: *cf. l. 9 et* GLOSS. V 568, 58 fatuus: stultus, sine sensu[m], vacuus follis, mattus. GLOSS. V 621, 24 morio est follis; *cf francog.* fou; *v. tamen* follus.

follītus, -a, -um *a* follis *ut* pellitus, *i. q. folle indutus*: PLAVT. Epid. 351 nil moror vetera et volgata verba 'peratum duct⟨it⟩are' [at]: ego -um ductitabo. *cf.* follis *i. q. crumena.*

follus, -a, -um; *cf. francog.* fou *et* 2. follis. VITA Caes. Arel. 2, 42 folle homo, quid mentiris?

***?* folonicia:** vanitas GLOSS. V 202, 2 (= 599, 51), *ubi φιλονεικία Vulc.*, follinitia *Heraeus* (*a* follinus, *ut* stultitia *sim.*).

folus *v.* holus.

fōmen, -inis *n.* [*cf. c.* fomentum. *Th.*]. GLOSS. V 202, 6 -n: nutrimentum. CARM. de Baebiani baptismo 28 sedula tunc coniunx -n de nomine Christi unguentum spirare docet. *cf. Brandes, Archiv 6 (1889) 46. 168.*

fōmentātio, -ōnis *f. a* fomentare. GLOSS. *πνρίασις*, vaporatio, [s]caldamenta, cataltici (*καθαρτική Heraeus*). VLP. dig. 32, 70, 7 ne ea quidem, quae -is gratia comparata sunt vel medicinae, lanarum appellatione continentur. PELAGON. 337 -o ad omnes tumores. SORAN. p. 27, 8 ea quae relaxare possunt, -o scilicet olei calidi vel aquae calidae (PS. SORAN. quaest. med. p. 241 spissis *spongiis* utimur ad -es corporum). PHILAGR. med. 3 p. 94 adhibere -em. THEOD. PRISC. eup. faen. 23 frequentibus . . . -bus. 31. 67. 86 murra viscidiore -o adhiberi debet. log. 28 lavacrorum -e. CAEL. AVR. acut. 2, 9, 51 frigida -o. 2, 18, 103 adhibenda -o levis capiti. 2, 18, 105 oris . . . adhibita -e. 2, 21, 128 calidae aquae. 3, 18, 186 -es et cataplasmata frigidae virtutis adhibenda. chron. 3, 2, 23 capitis. *ibid.* studiosa ac iugis. 4, 8, 119 competens. ORIBAS. syn. 6, 15 eup. 2, 1 A 26.

✖ fōmento, -āvī, -ātum, -āre [*a* fomentum. *Th.*]. *in versu corrupto* fomento LVCIL. 311. GLOSS. *καταντλῶ.* *in codd. passim* fum- *legitur.* *t. t. medicorum*: PELAGON. 266 -as diutissime. 433 cum lana -bis (*cf.* 315). VEG. mulom. 2, 8, 3 caput -ando diutius vaporabis. 2, 8, 4 cum prius calida -verint caput. 2, 56, 7 pedes -bis aqua calida. 2, 57, 1 pedem . . . -bis farina frumentacea. CHIRON 47 cave ne eam (*gambam*) -es. 66 -a oculum. 77 -ato calido. 159 calda -ato. 474 in flumine. 620. 624 aceto et oleo. 627 ex vino. 639 *et passim.* SORAN. p. 26, 5 faciem. p. 36, 14 *infantem.* p. 112, 11 *matrix* aqua calida vel oleo dulci -anda est. PHILAGR. med. 3 p. 94 cum vino austero et tenui. PHILVM. med. 1 p. 20 anus -ari debet . . . de creta. PS. APVL. herb. 2, 2. 80, 1 de aqua. THEOD. PRISC. eup. faen. 35 oculi -andi sunt. 40 hordei decoctione calida oculos -bis. 57 aceto tepido. 66. 71 ex . . . vino. 77 ex aqua marina. 78. 84 log. 11. 12. 36. 41. 50 CAEL. AVR. acut. 1, 9, 68. 2, 9, 50 frigida caput. ORIBAS. syn. 1, 15 -bis spongiis . . . locum. 5, 12 eup. 2, 1 L 2 CASS. FEL. 29 p. 51, 3 *et saepe.* *nota structuram*: CAEL. AVR. acut. 2, 12, 86 suci frigidi . . . -ati atque capiti impositi. *translate*: CASSIAN. inst. 10, 7, 1 infirmitatem . . . verbi curatione -ans.

✖ fōmentum, -ī *n.* [*a* fovere. *Th.*]. PAVL. FEST. p. 85 -a . . . a fovendo. SCHOL. Hor. sat. 1, 1, 82 -a dicta, quod aegritudinem foveant, inde et 'fomites' dicti, quod flammam foveant. *singularis multo rarior est plurali: legitur tamen* VAL. MAX. 8, 1 absol. 3 CELS. 4, 6, 2. 5, 26, 27[C]. 6, 8, 1. 6, 18, 2. 7, 26, 5[C]. 8, 10, 7[A] SEN. epist. 102, 26. 122, 8 PLIN. epist. 2, 7, 3. 4, 21, 4 FRONTO p. 67, 14 N. APVL. met. 7, 18. 19. 8, 2 flor. 16 p. 68 FIRM. err. 2, 6 *al.* *volgariter* fum- *passim apud* CHIRONEM *al.*

I ***proprie*** *in medicina* (GLOSS. *πυρίασις, θαλπτήριον, θάλψις, ἐνβροχή*, balneum de petris [*?*], medicina): HOR. sat 1, 1, 82 qui lecto assideat, -a paret. epist. 1, 2, 52 iuvat illum sic domus et res ut lippum pictae tabulae, -a podagrum. CELS. 2, 17, 9 -a . . . calida sunt milium, sal, harena, quidlibet eorum calfactum et in linteum coniectum *eqs.* (2, 17, 7 *et* 9 *verbum* fovere). 3, 10, 3 siccis -is uti licet. 3, 11, 1 sicca et calida -a. 3, 12, 4 -is, sed . . . validioribus, totum corpus circumdet maximeque involutis extinctis testis et titionibus. 3, 21, 9. 4, 6, 3 opus est -o umido et calido (4, 7, 2). 4, 8, 3 thorax -is cataplasmatisque calidis aut siccis aut etiam umidis adiuvandus est. 4, 9, 1. 4, 11, 8. 4, 12, 2 non vehementissima. 4, 13, 2. 4, 14, 3 imposita. 4, 18, 3 frigidis et umidis -is stomachum fovere. 4, 18, 5 partes corporis . . . calidis . . . -is nutriendae. 4, 21, 1 admovere . . . -a. 4, 3 1, 4. 5, 26, 27[C] post id -um . . . imponi . . . emplastrum. 6, 8, 1. 6, 9, 5. 6, 18, 2[B]. 7, 26, 5[C] sudor . . . finis eius -i est. 7, 26, 5[I]. 8, 10, 7[A]. SEN. dial. 1, 4, 9 cuius pedes inter -a subinde mutata tepuerunt. 5, 10, 3 -is contra frigus rigoremque pugnatur. 7, 11, 4 mollibus lenibusque -is . . . lacessitur eorum corpus. CVRT. 3. 6, 14 -a corpori admovit. COLVM.

[Vollmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

6,12,5 dolor corporis ... -is discutitur. 6,13,3. 6,30,3 frigori -a adhibentur. 7,5,16 *pecus* -a non aspernatur lactis caprini. 11,1,18. PETRON. 98,7 *illum* osculis tamquam -is aggressus est. STAT. silv. 5,5,42 medicasque manus -aque quaero vulneribus, sed summa, meis (*in imagine*). TAC. ann. 1,65 non -a sauciis *erant*. 1,69. 4,63 -a et medici passim praebiti. 12,68 cum iam exanimis vestibus et -is obtegeretur *Claudius*. 14,6 medicamina vulneri et -a corpori adhibet. 15,55 -a vulneribus *parata*. SVET. Aug. 81,1 quia calida -a non proderant, frigidis curari coactus. FLOR. epit. 4,2,72 ausi post hoc virum medici violare -is. APVL. met. 5,10 -is olidis et pannis sordidis et foetidis cataplasmatibus. AVSON. 419,76 -a dispensas. PS. AVSON. 431 -is medicae artis admotis. PELAGON. 30 frigori -a adhibeantur. 363 si...pedes in -um de aceto...miseris. 448. VEG. mulom. 3,28,26 -um ad tumores. CHIRON 636. 700 *al.* RVFIN. hist. 1,8,11 cum depositus fuisset in ... -o. MARCELL. med. 10,17 THEOD. PRISC. eup. faen. 24. 37. 51 chalastica (log. 31). 67. 72. 73 78. 87. 97 log. 17. 21. 31. 42. 43 olei ... rosei. *al.* EPIST. pontif. 321 Migne 20,584^{A}. 388 Migne 50,533^{A} (*in imagine*). 557 Thiel 10 praef. 3 CAEL. AVR. acut. 1,9,67. 68. 1,10,74. 2,9,50. 51. 2,12,83 gravabilia. 2,12,86. 3,18,187 chron. 1,1,8. 9 iugi -o. 1,1,42. 45. 1,4,120. 3,4,53. EVG. TOLET. carm. 13,3 morbus adest iugis, desunt -a salutis.

latiore sensu: quod fovet: SEN. nat. 4,13,5 sanus ... stomachus ... naturalibus -is contentus est. epist. 90,18 tecta tegumentaque et -a corporum. 102,26 ex maternorum viscerum calido mollique -o emissum. 122,8 -o...aquarum calentium (FIRM. math. 1,7,16. SCHOL. Cic. Bob. p. 88,16 St. ad aquarum...velut -a salubria convenire). APVL. met. 7,18 -i vice ipsae me *defessum* plagae suscitarent. flor. 16 p. 68 apud Persianas aquas leni temperie nec minus utili quam blando -o gressum recuperavi.' PS. ORIG. tract. 16 p. 178,6 malagma et oleum et alligaturae -a sunt corporis (*cf.* VVLG. Is. 1,6). ARNOB. nat. 6,16 miserorum -a pullorum. FIRM. err. 2,6 fruges genitalis terrae -o conceptae. math. 1,4,6 quando frigus eius (*Saturni*) -o alieni ardoris incalescat. PS RVFIN. in Ioel 3,17 p. 1056^{C} rigationis -a suppeditet *agro*. EVSTATH. Bas. hex. 5,3 p. 912^{B} genitiva -a. 5,8 -a solani caloris. VICT VIT. 2,77 ignis proprii -a.

translate: CIC. Tusc. 2,59 haec sunt solacia, haec -a summorum dolorum. fin. 2,95 virtutis ... fortitudinis -is dolor mitigari solet. HOR. epod. 11,17 -a volnus nil malum levantia. epist. 1,3,26 frigida curarum -a relinquere. OV. Pont. 1,3,44 exilii morsus e pectore nostro -is speras cedere posse tuis. 2,3,94 -isque iuvas volnera nostra tuis. VAL. MAX. 8,1 absol. 3 inde aliquod -um procellae petens, unde ... impetus ... eruperat. SEN. epist. 51,5 indomitum ... nivibus atque Alpibus virum enervaverunt -a Campaniae. QVINT. inst. 4,3,10 his ... velut -is si quid erit asperum praemolliemus *in perorando*. TAC. ann. 1,46 militaribus animis adhibenda -a ut ferre pacem velint. PLIN. epist. 2,7,3 *patris* gravissimo vulneri magno aliquo -o medendum fuit. 4,21,4 magno...-o dolor meus acquiescet. 6,7,2 gratum *est* quod his -is acquiescis. FRONTO p. 67,14 N. litteras ... mittes, quod mihi solacium atque -um sit. p. 82,4 cedere -is et remediis ... vim doloris. GELL. 12,4,1 -is levamentis solaciis. APVL. met. 2,21 paupertati meae -a conquiro. PORPH. Hor. epist. 1,1,10 depositis levibus animi -is id est iocis ac versibus. MOYS. Cypr. epist. 31,1 maeroribus -a suscepimus. 31,2 percepimus...solacia...-a. FIRM. math. 1 praef. 2 amicitiae. CYPR GALL. gen. 1395 quaerit -a dolori. RVFIN. hist. 6,43,2 -is (*φαρμάκοις*) paenitentiae medicandos. PETR. CHRYS. serm. 112 p. 509^{C}. 167 p. 638^{B}. MAX. TAVR hom. 29 p. 291^{B} salubrium -a imbrium. ANTH. 198,59 turpis -a medelae. BOETH. cons. 2,5 quoniam rationum iam in te mearum -a descendunt. CASSIOD. in psalm. 118,143 ARATOR act. 1,813 GREG. M. in Ezech. 2,6,6 in euang. 34,3 past. 3,2. INSCR. christ. Rossi II p. 240, 4^{a} descende intrepidus vitae i⟨n f⟩omenta perennis (*i. baptisterium*). ANTH. 378,5 vitae -a perennis ... lavacra (*baptismus*). *cf.* PETRON. *et* STAT. *supra l. 3 sqq*

II *i. q.* ***fomes*** (GLOSS. nutrimentum; -a: adiumenta, adiutoria; succendia): SERV. CLODIVS ap. Serv. Aen. 1,176 -a taleae excisae ex arboribus. APVL. met. 7,19 -o tenui calescens et enutritus ignis. HIL. trin. 10,45 (*in imagine*). AMM. 20,7,12 ignium. CLAVD. DON. Aen. 5,661 -a virgultorum et frondium congerebant. VEG. mil. 4,24 sarmenta ... aliaque -a flammarum. 4,44 ignium. HIER. epist. 22,8,2. in Ezech. 14,45 p. 572 -um luminis sempiterni (*in imagine*). tract. in psalm. 106 p. 179,28 scintilla nostra, quae latebat in cinere, -a accipit (*in imagine*). 127 p. 238,19 *oleum* lumini -a *praebet*. RVFIN. Orig. in gen. 15,2 p. 241^{C} ignis ... -is adhibitis reparetur. *ibid.* p. 241^{D} in lev. 13,1. in num. 12,2 (*in imagine*). PS. PROSP. carm. de prov. 920 (*in imagine*). PETR. CHRYS. serm. 24 p. 268^{A} *sancti* -is operum ... inflammant lampades suas. 109 p 502^{A} VAL. CEM. hom. 12,5. CLAVD. MAM. anim. 2,4 p. 115,10 *ignis* -o pastus. ALC. AVIT. carm. 6,484 ne ... desint -a lucernis. GREG. TVR. glor. mart. 10,14 Franc. 4,41. GREG. M. moral. 14,23 sulphur quid aliud quam -um ignis est, quod tamen sic ignem nutrit. 15,35.

translate: APVL. met. 8,2 flamma ... amoris ... -o consuetudinis exaestuans. TERT. uxor. 2,6 -a fidei. CYPR. ad Donat. 8 probrorum. hab. virg. 9 sperandi -a succendas. epist. 43,2 -a ... et hortamenta. PS. CYPR. singul. cler. 2 peccati. 14 caro ... incitamenta cupidinis provocat et ... parit -a peccandi. ARNOB. nat 2,62 inanium -a votorum. LACT. inst. 6,23,5 *diabolus* oculis ... suggerit ... -a. FIRM. err. 8,3. 12,9 cupiditatis. math. 1,5,12 divino. CHALC. transl. 49 -a ... generationis. EPIST. impp. de Asia (Bruns fontes^{7} p. 270) II 8 qui desideriis ... ferventibus gaudiorum debeamus f⟨om⟩en⟨t⟩a praestare (*ὀφίλουσιν αὔξεσθαι*). GAVDENT. serm. 19 init. blasphemiae. COD. Iust. 5,4,19 (*a. 405*) restinctis ... calumniarum -is. AMBR. patr. 3,12 incentiva libidinis et -a nequitiae. HIER. epist. 54,7,1 libidinum. in Eph. 5,18 voluptatum. tract. in psalm. 106 p. 179,29 vitiorum. adv. Iovin. 2,11 epularum varietates -a avaritiae sunt. GENNAD. vir. ill. 2 -o est Eutychianae impietatis. 93. CYPR. GALL. iud. 657 quae vires -a novent *Samsonis*. PELAG. in I Cor. 11 p. 749^{D} concupiscentiae. HIER. epist. 121,8,7 quidquid non licet, -um accipit desiderii. RVFIN. hist. 4,6,3 cum ... belli -a concrescerent (*ἀκμάσαντος ... τοῦ πολέμου*). 4,29,4 -a maxima eius sectatoribus praestitit (*κρατύνας τὴν ... αἵρεσιν*). 9,11,4 impietas -a conceperat (*ἐκραταιοῦτό τε καὶ ηὔξετο*). epist. Clement. 9 caritatis recipiendae ...-um. ZACCH. 1,30 luxuriae -a succendunt. AVELL. p. 69,11 PETR. CHRYS. serm 45 p. 328^{A}. 122 p. 552^{B}. SIDON. epist. 4,11,6 causis ... doloris -a sufficimus. 7,1,1 odiis ...-a subministramus. BOETH. cons. 2,3 ENNOD. epist. 1,3,1 p. 5,2. 2,1,8 p. 40,10 opusc. 2,83 p. 313,11. 3,69 p. 348,13. 3,80 p. 351,12. 7,10 p. 413,20 dict. 1,23 p. 429,21. 8,15 p. 454,9. CASSIOD. var. 9,18,2 iurgii. GREG. M. moral. 26,61 PALLAD. hist. mon. I prooem. p. 247. 7 p. 278^{B}. 36 p. 322^{C}. 36 p. 323^{B}. *huc pertinere videtur etiam* CORP. V 532 (*Tergeste*) 2,9 *imp. Antoninus Aug. Pius* universam rem p. n. cum -is ampliavit adm⟨it⟩tendo ad honorum communionem et usurpation⟨em⟩ Romanae civitatis et optimum et locupletissimum quemque.

?πελεκῶ dolo, **fomeo** GLOSS. II 400,53 *v.* fomito.

fōmes, -itis *m.* [*cf. c.* fovere. *Th.*]. PAVL. FEST. p. 84 fomites sunt assulae ex arboribus, dum caeduntur, excussae (*sim.* SERV. Aen. 1,176 *seq.* quod foveant ignem. *cf. etiam* SCHOL. Hor. sat. 1,1,82 ISID. orig. 17,6,26. GLOSS. astula minuta; astula eo quod lignum foveat): dictae, quod in eo opere occupati cibis potuque confoventur. at Opilius adustas iam -es vocari existimat. -es alii vocari putant scintillas, quae ex ferro candenti malleis excutiuntur, dictae autem ita, quia igni sunt confotae. pari modo assulae, quae sunt securibus excussae. IDIOM. gen. gramm. IV 578,64 fomis *τὸ φρύγανον, τὸ πελέκημα* (EXC. Bob. gramm. I 552,27 GLOSS. II 542,33 *et saepius*). GLOSS. *πυρέκβολον, θαλπτήριον, θάλψις*, truncus semustus, lignum aridum (quo ignis fovetur id est nutritur), incendium, ligna vel stipulae eo quod ignem foveant. V 70,1 fom⟨it⟩es: feni manipulos iuncti radicibus ut noces pinnatos (*?*). *mensura adulterata* fŏmitém CARM. epigr. 1395,28 (*a. 688*). *nom. volgaris* fomis *v. supra l. 37; saepe in* GLOSS. (*semel* fomix). *legitur inde a* SALL., *sed raro ante* ECCL.

I ***proprie:*** *lignum vel similis materia quo ignis accenditur et nutritur*: SALL hist. ap. Hier. in Dan. 3,46 (*cf.* hist. frg. 4,61) napthas sit genus -is apud Persas, quo vel maxime nutriantur incendia. VERG. Aen. 1,176 silici scintillam excudit Achates succepitque ignem foliis atque arida circum nutrimenta dedit rapuitque in -e flammam. MORET. 8 parvolus exusto remanebat stipite -es (fumus *trad.*). PAVL. FEST. p. 75 defomitatum a -bus succisum. LVCAN. 8,776 excitat invalidas admoto -e flammas. PLIN. nat. 16,208 teritur ... lignum ligno ignemque concipit attritu, excipiente materie aridi -is, fungi vel foliorum facillimo conceptu. APVL. apol. 16 cur cava specula, si exadversum soli retineantur, appositum -em accendant. ARNOB. nat. 6,25 *Iuppiter* dextra -em sustinens perdolatum in fulminis modum. LACT. inst. 7,21,3 *ignis* nisi alicuius materiae -e alatur, extinguitur. AMM. 21,12,10 sarmentis ac vario -e (form- *cod.*) flammarum. VVLG. num. 28,24 ita facietis ... in -em ignis (*deest in graeco*). PRVD. c. Symm. 1 pr. 25 -e fumeo. AVG. civ. 21,4 p. 493,24 D. oleum, quod magis *quam aqua* -es est ignis. MART. CAP. 1,17. CYPR. GALL. exod. 132 -e quo ... tam clara incendia surgant. 897. OROS. hist. 4,12,8 (*imago*) EVSTATH. Bas. hex. 8,1 p. 946^{C} SEDVL. epist. 4 p. 1 (*imago*) DRAC. laud. dei 1,614. 3,177 GREG. TVR. Mart. 4,47.

liberius de nutrimento ignis vel lucis: AVIEN. Arat. 390 duas pigro succendit -e flammas. 394 torrentur -e acuto singula. 1778 denso iam -es in igni marcescit penitus. orb. terr. 762 -e flagrat continuo. HIER. in Is. 30,30 p. 421 nutrimentum *gehennae* et -es ignis est. RVFIN. Orig. princ. 1,1,6 -es ipse *sol* ac fons quantus sit corporei luminis. MART. CAP. 2,118 qui caelum stellet -es. 2,185 -es sensificus *sol*. 9,912 MAR VICTOR aleth. 1,99. ENNOD. opusc. 1,24 p. 268,5 nec micare...scintillas famulantum extinctus tyranni -es indulserat. 4,39 p. 392,16 metitus est -is sui lucem, dum vidit alieni. ARATOR act. 2,535.

de semine humano: CYPR. GALL. gen. 676 parili ambarum (*filiarum Loth*) vitalia -e turgent *i. ambae a patre conceperunt*. DRAC. laud. dei 2,643 mirantur ... senes recidivo -e venas in subolem caluisse suas.

de terra aquam vel herbas animaliave gignente: CYPR. GALL. gen. 843 invenit gelidas scatebroso e -e lymphas. num. 471 virga ... Aaronis ... nullo de -e terrae floruit. 536 vipereas acies viroso ex -e prompsit.

II ***translate*** *i. q. incitamentum, nutrimentum (etiam de hominibus), causa* (GLOSS. nutrimentum; incendium aut radix aut origo

[Vollmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vel firmitas; radix origo initium; adiutorium; materia; -tes; initia incitamenta; incrementa, initium vel esca): GELL. 15, 2, 3 -em esse quendam ... et incitabulum ingenii virtutisque, si mens et corpus hominis vino flagraret (MACR. sat. 2,8,4 *ubi* igni- *pro* inci- *codd.*). APVL. flor. 15 p. 59 tot tamque multiiugis -bus (com- *trad.*) disciplinarum toto orbe haustis. TERT. pall. 4 p. 938 ex isto -e aestuantem ... regem. CYPR. hab. virg. 1 -es ac nutrimentum bonae indolis. 18 libidinum -es accenditur. laps. 14 peccandi -em subministrat (PS. CYPR. singul. cler. 8). PS. CYPR. singul. cler. 37 quaecunque igniferi -is sulfurantibus flammis scatens fornax ebullientis carnis exaestuat. OPT. PORF. epist. ad Constant. 9 audaciae meae -em ... suscitavit. FIRM. math. 1, 2, 11 nos ad ... vitia malignis stellarum ... incitari -bus. 1,5,11 ex illis perpetuis animi -bus, *i. stellis.* 3 praef. 4 *hominem* perpetuitatis sustentari -bus (com- *trad.*). CHALC. comm. 317 universi corporis -es et prima subiectio. PS. HIL. libell. 19 -em et flammam et materiam ... criminum subministrasse. LVCIF. Athan. 1, 19 p. 100, 25 *tu* intellegeris esse ... haereticorum -es. non conv. 7 p. 15, 20 omnium iniquitatem operantium -i. VIGIL. TRID. ad Simplic. 3 p. 551^{C} lentum -em. FELIX epist. 2 (Migne 13, 28^{A}) iniuriae. FAV. EVL. p. 9, 24 semen fusum et -e matris exceptum. AMBR. in psalm. 1, 23 -es avaritiae (*syn.* incitamenta). 1, 27 scintilla peccati, si quo vitiorum -e fuerit excitata (*an* excepta *?*), incendium ... excitat. Cain et Ab. 1, 5, 20 ebrietas -es libidinis (PS. AMBR. prec. 1, 3). virg. 1, 12, 62 castitatis. paenit. 14 saucio cordi eius -em consolationis iniecit. 26 peccandi ... -em praebuisse (AMBROSIAST. in epist. ad Rom. 3, 8 *cf.* 1, 32. PS. AMBR. epist. 1, 3 discede a me, -es peccati *et saepe sic cum* peccandi *vel* peccati *velut* RVFIN. Orig. in num. 20, 5 PRVD. apoth. 941 PS. AVG. quaest. test. app. 61, 3 *al.*). HYMN. Ambros. 75, 23 morbi ... -em. AMBROSIAST. in I Cor. 7, 37 nec *virgini* ingerat -em nuptiarum, quam videt nubendi voluntatem non habere. HIER. in Matth. 15, 19 cogitationum ... scintillam suis -bus inflammare. PAVLA Hier. epist. 46, 1, 2 scintillam nostro -i subiecisti. HIER. epist. 98, 22 patientia nostra quasi quodam temeritatis -e abutentes. VVLG. gen. 37, 8 invidiae et odii -em ministravit. RVFIN. Orig. princ. 2, 10, 4 materiam suggesserit ac -em febrium. in exod. 4, 8 concupiscentiae vel irae. hist. 9, 10, 8 **ex** eo -e, quod ..., plurimas direptiones factas *esse.* PS. RVFIN. in psalm. 43, 4 de ... -e vitiorum ac radice (AVG. epist. 167, 10 CASSIAN. conl. 5, 6, 6. 5, 16, 2 *al.*). CARM. epigr. 111, 43 (*a. 384*) -es pudoris. PRVD apoth. 927 materiam peccati ex -e carnis ... trahit. ham. 115 *diabolus* rerum principium mortis de -e traxit. 188 arsit ... scintilla odii de -e zeli. 557 *diabolus* -es nostrorum et causa malorum est. PAVL. NOL. carm. 10, 45 veri bonique -em *deum.* 23, 178 *globulus* oculum ... fulcit et umecto venarum -e pascit. carm. app. 3, 201 iusti de -e iustus. epist 16, 6 in. veri luminis -em Christum. 23, 34 med. cum -es operum fides sit. 32, 6 extr. amor sit -es ... foederis. 37, 8 med. 41, 1 extr. AVG. civ. 5, 14 p. 219, 20 D. c. Faust. 19, 25 'dentem pro dente' non -es, sed limes furoris est. c. acad. 2, 2, 5 admoto nobis -e. conf. 3, 2, 2. PS. AVG. quaest. test. 2, 2 conspirationis. serm. 7, 1. 175, 2. MACR. somn. 1, 9, 3 *anima* puro ac levi -e virtutum rigatur. 2, 6, 10 hinc ... -es quintae ortus est quaestionis. MART. CAP. 2, 124. 6, 567 Pallas, aetherius -es. COD. Theod. 14, 6, 3 (*a. 365*) frumentarii tituli -em. 2, 27, 1, 3 (*a. 421*) infitiandi. 10, 10, 29, 3 (*a. 421*) calumniae. NOVELL. Valent. 21, 2 condendarum legum -em ... invenisse. COD. Iust. 11, 72, 1 (*imp. Theod.*) illicito patrocinii sui -e iura conturbent. RVT. NAM. 1, 488 inque pari dispar -e quaerat opus (*i. effectum*). OROS. hist. 5, 9, 5 CASSIAN. conl. 4, 12, 5. 4, 20, 4. 5, 10, 3. 5, 25, 2. 5, 26, 1 LEO M. serm. 44, 2. 45, 4 potuerit -es evelli. AVELL. p. 49, 6. 88, 7. 224, 17. 707, 9 CANON. Migne 56, 491. 549 PROSP. chron. I p. 483, 1373 in psalm. 100, 5. 101, 10 epigr. 59, 3 GILD. Brit. 34 chron. III p. 45, 25. CAEL. AVR. chron. 5, 11, 135 digestionis ... protervitas detracto -e languescit. PETR. CHRYS. serm. 25 p. 271^{A}. 162 p. 627^{C}. VAL. CEM. hom. 20, 2 ex hoc -e ... pullulare odiorum causas. SALV. eccl. 2, 69 quasi in naturali quodam -e pullularint *vitia* (MART. BRAC. superb. 7). SIDON. epist. 8, 11, 12 factionis -es, incentor, antesignanus. POMER. 3, 10, 1 COMPVT. Carth. 2, 9 BOETH. cons. 1, 6 p. 48, 22. 3, 11 carm. 14. ENNOD. carm. 1, 6, 5 p. 521, 5 oblocutionis. FVLG. RVSP. epist. 2, 16, 32. 3, 15, 25 CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 79. Ios. antiq. 10, 14 p. 301 occasionem et derogationis -em (*ἀφορμήν*). GREG. TVR. Franc. 9, 40 tit. scandali. VEN. FORT. carm. 3, 21, 12 vocis. 7, 1, 24 -e condito cui salis (*i. facetiarum*) unda natat. CORIPP. Ioh. 4, 637 -es belli rectorque. PS. PRIMAS. in II Thess. p. 650^{B} GREG. M. moral. 26, 1 ISID. in deut. 16, 3 eccl. off. 1, 45, 2 sent. 2, 23, 3 PASS. Petr. 2 VITA Desid. 15. CARM. epigr. 546, 6 -e a⟨moris⟩. 1395, 28 (*a. 688*) maeroris fŏmitem congerit atque parit. CARM. inscr. Christ. Rossi II p. 52, 2 vers. 3. p. 442, 153 vers. 16. *nota*: CASSIOD. Ios. antiq 10, 10 p. 289 eum ... sub hoc -e (*οὕτως*) deridebant *quasi 'ea de causa'.*

inde orta videtur (*non redire ad interpretamenta quale* astula) *nova significatio: i. q. surculus, truncus arboris*: PS. AVG. serm. 203, 1 Paulus ... in alieno -e peregrinos gentium ramos inserit. SIDON. epist. 2, 2, 3 mons ... colles tamquam gemino -e effundit. 2, 2, 15 tiliae duae conexis frondibus, -bus abiunctis. CORIPP. Ioh. 8, 72 crepitant cum -e culmi. *hoc ipsum translate*: SIDON. epist. 3, 13, 9 spinam ..., de cuius internodiorum -bus erumpens ... curvatura costarum *eqs.* carm. 2, 402 vincto de -e *vinculo cothurni.* PAVL. PETRIC. Mart. 3, 258 peccatum a -e tollens et stirpem exosam primam ab radice recidens. ALC. AVIT. carm. 1, 208 ebeni piceo de -e ramus surgit. ENNOD. epist. 2, 4, 1 p. 42, 25 *amicitia* fertilibus est maritata -bus. opusc. 3, 93 p. 355, 2 boni germinis -es. dict. 1, 7 p. 425, 1 carm. 1, 6, 5 p. 521, 9.

? ita facietis ... in **fomitatem** (fomitem VVLG., *non est in graeco*) ignis ITALA cod. Tolet. num. 28, 24; *vide an merum mendum sit librarii.*

fō[r]mitat: fo[r]mitibus exassulat GLOSS. V 22, 26 (= 70, 11) *v.* fomeo *et* defomitatum *vol. V p. 367, 4* [*a* fomes. *Th.*]. VERG. priap. 3, 3 quercus arida rustica fo[r]mitata securi.

fōn- *v.* phōn-.

***fōns,** fontis *m.* [*cf. c. nomine loci umbr.* Fondlir-e ('*in fonticulis*'*?*); *orig. inc.; conferendum esse cum ind.* dhánvati, dhanáyati '*currit, fluit*' *censet Bugge (Curtius' Stud z. gr. u. lat. Gramm. 4, 343) cum aliis. Th.*]. *de originatione*: VARRO ling. 5, 123 -s, unde funditur e terra aqua viva. PAVL. FEST. p. 84 -s a fundendo dictus (ISID. orig. 13, 21, 5 -s caput aquae est nascentis quasi fundens aquas; *cf.* diff. 1, 244. 494). *cf.* PRISC. gramm. II 27, 1 vetustissimi ... proferentes 'funtes' (*v. p. 1028, 31 s. v.* fontana) pro 'fontes' ... quae tamen a iunioribus repudiata sunt quasi rustico more dicta (*cf.* VEL. gramm. VII 49, 16). *male* CASSIOD. in psalm. 67, 30 -s ... a fovendo dictus est, quod corpora nostra labore fessa refoveat. *de formis: nom. sing.*: CONSENT. gramm. V 395, 31 qui dicit ... '-is', cum debuerit '-s' dicere, una orationis parte peccavit. *abl. sing.*: VARRO ling. 9, 112 qui dicit ... hoc -i, cum alii dicant ... hoc -e, sic alia quae duobus modis dicuntur, cum alterum sit verum, alterum falsum. frg. Char. gramm. I 122, 29 ab hoc ... -e ... dicimus. SENT. Minuc. Corp. I^{2} 584, 6 ab -ei in Mannicelo (*errore, nam* 12 ab -e). *gen. plur.* -ium (*cf.* COMINIAN. Char. gramm. I 148, 2) *ex versibus probatur* VARRO Men. 405. 442 HOR. carm. 3, 13, 13. 4, 14, 45 *al., traditur in soluta oratione* RHET. Her. 4, 6, 9 CIC. part. 140 nat. deor. 2, 98 VITR. 8, 1, 7. 8, 2, 8 *al.* *acc. plur.*: VARRO ling. 8, 66 hos ... -es et hos ... -is. PLIN. dub. serm. ap. Char. gramm I 129, 19 *commendat* -eis *scriptionem.* PRISC. gramm. II 360, 7 hos -es vel -is. *in codd. de hac re nulla fides est.* *genus masc. testantur* DVB. NOM. gramm. V 578, 17 GRAMM. suppl. 123, 2; *fem. est* ITIN. Burdig. p. 22, 12. 24, 8 Anton. Plac. rec. A 4. 24. 25. 32. IORD. Get. 20, 109 suae (sui *pars codd.*) -is. PASS. Thom. p. 115, 4 (155, 16) VITA Vedasti 5 CARM. epigr. 796, 7. o *in* -s *nom. natura longam esse docet* DIOM. gramm. I 431, 18 PROB. cath. gramm. IV 6, 12. [*it.* fonte, *francog.* fonts, *hisp.* fuente. *M.-L.*]

exempla antiqua cum Ovidianis dedi plena, inde a LIVIO *excerpta.*

I ***proprie*** (*pluralis poeticus inde a* VERG.): *caput rivi, aut locus aut ipsa aqua* (GLOSS. *πηγή, ὕδωρ, βρέχων*): NAEV. trag. 42 creterris sumere aquam ex -e. ENN. scaen. 130 eunt ad -em, nitidant corpora. ann. 379 contempsit -es, quibus ex erugit aquae vis (*in comparatione*). PLAVT. Cas. 122 dabitur tibi amphora una et una semita, -s unus. Stich. 708 tibi propino. decumam a -e tibi tute indis, si sapis (*in vinum*). RHET. Her. 4, 6, 9 se -es maximos penitus absconditos aperuisse (*in comparatione*). CIC. Arat. 177 *astrum* gelido delapsum flumine -is. progn. frg. 5 sono -is et stagna cietis (*aves aquariae*). carm. frg. 22, 14 -s unde emanat aquai (*ἀγλαὸν ὕδωρ*). Verr. 5, 118 in hac insula ... est -s aquae dulcis, cui nomen Arethusa est, qui fluctu ... operiretur, nisi ... mole lapidum diiunctus esset a mari. 6, 80 post Arethusae -em (OV. met. 5, 573 Arethusa, sacer -s. *al.*). rep. 2, 11 locum ... -bus abundantem. nat. deor. 2, 98 -ium gelidas perennitates. 3, 52 flumina et -es. top. 33 tamquam rivorum a -e diductio. VARRO Men. 387 ⟨e⟩ cavo -e ut umor rigavit (ut cum irr- *trad.*) cavata aurium anfracta. 442 lympha ... e lacuna -ium allata. 458 viatorem meridie praetereuntem -em. ling. 5, 71 a -bus et fluminibus et ceteris aquis. 6, 22 Fontanalia a Fonte, quod is dies feriae eius: ab eo tum et in -es coronas iaciunt et puteos coronant. LVCR. 1, 230 unde mare ingenui -es externaque longe flumina suppeditant? 2, 345 circum ripas -esque lacusque. 2, 590 volventes frigora -es. 4, 1024 flumen item sitiens aut -em propter amoenum assidet. 5, 261 umore novo mare flumina -es semper abundare. 5, 603 quam late parvos aquai prata riget -s interdum campisque redundet. 5, 945 at sedare sitim fluvii -esque vocabant. 6, 613 suos -es. 6, 748 calidis ... -bus. 6, 848 -s luce diurna frigidus. 6, 850. 862. 867. 873. 879. 885. 887. 890 endo marist Aradi -s, dulcis aquai qui scatit. 6, 895. 905. CAES. civ. 2, 24, 4 hoc ⟨in⟩ itinere est -s, quo mare succedit longius. 3, 49, 4 puteos fodere cogebantur; qui tamen -es a quibusdam praesidiis aberant longius et celeriter aestibus exarescebant. HIRT. Gall. 8, 41, 1. 2. 3 cuniculos tectos ad venas (vineas *trad.*) agunt et caput -is (8, 43, 4 cuniculis venae -is intercisae sunt). 8, 41, 5 turris ... quae superaret fastigium -is. 8, 43, 5 perennis exaruit -s (-s perennis exaustus *β*). BELL. Alex. 5, 2 -s urbe tota nullus est. SALL. Iug. 55, 8 aquarum -es, quorum penuria erat, corrumpere. 89, 6 non longe a moenibus aliquot -es erant (*syn.* iugi aqua, *opp.* pluvia). 92, 7 castello *erat* ... -s aquae. 98, 3 in uno *colle* ... -s aquae magnus erat. SALL. hist. frg. 3, 94 in proxima villa -e (forte *Dietsch*) lavabatur. 4, 77 (*verba Hieronymi*)

[Vollmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tam Tigris quam Euphratis in Armenia -es demonstrari. LEX Vrson. (Corp. I² 594) 79 qui fluvi rivi -es lacus aquae stagna paludes sunt in agro. VERG ecl. 1, 39 ipsi te -es ... vocabant, *Tityre*. 1, 52 hic inter flumina nota et -is sacros frigus captabis opacum. 3, 97 omnis in -e lavabo *capellas* (Aen. 7, 489 puroque in -e lavabat *cervom* OV. epist. 20, 177 in umbroso ... -e lavari. met. 4, 310 -e suo ... perluit artus. *similia saepe*). 5, 40 inducite -bus umbras (9, 20 viridi -es induceret umbra). 6, 43 Hylan nautae quo -e relictum clamassent. 7, 45 muscosi -es. 10, 42 hic gelidi -es, hic mollia prata, Lycori, hic nemus. georg. 2, 200 non liquidi gregibus -es, non gramina desunt. 2, 243 dulcesque a -bus undae. 3, 131 -bus arcent *equos pastores*. 3, 428 amnes ... rumpuntur -bus 3, 499 victor equos -es ... avertitur. 4, 18 liquidi -es et stagna virentia musco assint. Aen. 2, 244 -em superare Timavi. 4, 512 latices simulatos -is Averni. 7, 84 Albunea, nemorum quae maxima sacro -e sonat. 7, 161 -is stagna Numici (7, 242 -is vada sacra N.). 7, 517 -esque Velini. 8, 74 quo te cumque lacus ... -e tenet *o Thybri*. CVLEX 78 novis manantia -bus antra (OV. met. 3, 177 rorantia -bus antra). 95 tempe -is Hamadryadum. 148 gelidis manans e -bus unda (LYGD. 5, 1 Etruscis manat quae -bus unda). 157 pastor ut ad -em ... requievit. 381 tu cole -es et ... silvas et pascua. AETNA 118 tantos emergere -es. 130 nulla ... -bus et rivis constet via. 394 -es infectae eripiantur aquae. 625 sub munere -is (*i. aquam portans*). DIRAE 18 desint et silvis frondes et -bus umor. 65 tibi sunt -es, tibi semper flumina amica. 90 casti -es. LYDIA 17 gaudebunt mollia prata et gelidi -es. HOR. sat. 2, 6, 2 iugis aquae -s. carm. 3, 13, 1 o -s Bandusiae, splendidior vitro. 3, 13, 13 fies nobilium tu quoque -ium. 4, 14, 45 te, -ium qui celat origines, Nilus. epist. 1, 15, 8 qui caput et stomachum supponere -bus audent. 1, 16, 12 -s ... rivo dare nomen idoneus. TIB. 2, 1, 14 manibus puris sumite -is aquam (PROP. 1, 20, 24 *v. l. 32*). PANEG. in Mess. 86 -bus ut dulces erumpat terra liquores. PRIAP. 30, 2 ad -em ... qua sit iter. PROP. 1, 20, 24 raram sepositi quaerere -is aquam. 1, 20, 50 ab extremis -bus. 4, 4, 7 -em vallo praecingit. 4, 4, 14 bellicus ex illo -e bibebat equos. 4, 9, 25 -es ... piandos. 4, 9, 35 -is egens erro. 4, 9, 59 di tibi dent alios -es; haec lympha puellis ... una fluit. OV. am. 3, 6, 92 nec tibi (*o fluvi*) sunt -es ...; -is habes instar pluviamque nivesque solutas. epist. 14, 97 -e bibis. met. 1, 38 -es et stagna ... lacusque fluminaque. 1, 281 *amnes* -bus ora relaxant. 2, 218 tum sicca, prius creberrima -bus, Ide. 2, 273 contractos undique -es. 2, 406 -es et nondum audentia labi flumina restituit. 2, 464 nec sacros pollue -es. 3, 27 petere e vivis libandas -bus undas. 3, 161 -s sonat ... tenui perlucidus unda, margine (*cf. l. 47*) gramineo patulos succinctus hiatus. 3, 407 -s erat illimis, nitidis argenteus undis, quem *nihil* ... turbarat. 3, 414 -em ... secutus. 3, 427 fallaci ... dedit *Narcissus* oscula -i. 3, 545 pro -bus ... lacuque. 4, 90 arbor ... gelido contermina -i. 4, 98. 287. 385 quisquis in hos -es vir venerit, excat inde semivir. 4, 388. 5, 425. 5, 598 margine -is (*cf. l. 42; var. lect.* ripae). 7, 533 in -es vitium venisse lacusque. 7, 568 -bus et fluviis puteisque ... haerent. 8, 165. 9, 664. 10, 122 -is ad undam. 11, 140. 12, 413. 13, 690. 14, 788. 791. 794. 14, 786. 798. 15, 270. 280. 322. 550. 713 trist. 4, 8, 26. Pont. 3, 1, 17 -es laticis ... paene marini. 4, 2, 18 fast. 1, 511. 2, 166. 250. 260. 264. 3, 303. 4, 249. 469. 5, 210 LIV. 1, 21, 3 *saepe*. EDICT. Aug. de aq. Venafr. (Corp. X 4842) 9 rivi specus saepta fon⟨tes⟩. VITR. 8, 6, 12 *opp.* putei. SEN. nat. 6, 7, 2 tot -es, tot capita fluminum. epist. 89, 20 amnes ... usque ad ostium a -e vestri sunt. COLVM. 10, 25 *fere syn.* puteus. VAL. FL. 1, 692 adhuc in -bus amnes. QVINT. inst. 2, 1, 4 (*in imagine*) grammatice ... tenuis a -e ... pleno iam satis alveo fluit. FRONTIN. aq. 4 Romani *aquas* ... aut ex Tiberi aut ex puteis aut ex -bus hauriebant. LEX aq Frontin. aq 120 ex ... -bus rivis specibus fornicibus aquam sumere haurire. PAVL. dig. 8, 3, 9 servitus aquae ducendae vel hauriendae nisi ex capite vel ex -e (ponte *trad.*) constitui non potest. VLP. dig. 43, 22, 1 pr. *opp.* lacu puteo piscina. OPTAT. 2, 9 p. 45, 4 rivum concisum a -e. VVLG. gen. 7, 11 -es (*πηγαί*) abyssi.

arte inductus vel ornatus (*de Vrbis fontibus v.* FRONTIN. aq. 5 *sqq.*): PLIN. nat. 2, 219 -s, inclusus ad putei modum. CORP. III 24 -s felicissimus Traianus Dacicus *ὕδρευμα εὐτυχέστατον Τραιανὸν Δακικόν*. 990 -em Aeterni ... a solo restituit. VI 775 (= Dessau 626) perpurgatis -ium rivis et itineribus eorum ad perennem usum refectis. 8718 (= Dessau 5740ª) -em dilapsum restituit. VIII 1828 (= Dessau 5783) qui ... salutem civibus perpetuam perductis -bus contulerit. 2653 (= Dessau 3282) collectis -bus et ⟨scatu⟩riginibus aedem Neptuni ⟨a⟩ solo fecit. 2369 *et* 2370 (*Thamugadi, a. 214*) ambitum fontis cancellis aereis conclu⟨dendum⟩. 25377 *municipium* novum -em habere perfecit *ille*. IX 665 (= Dessau 5784) -em ... novum induxit. 3351 aquam Ventinam ex s. c. cludendam cellasque -is et Ventinae et Virium faciendas ... curarunt. X 6481 (= Dessau 5431) aram lucos font(em) Dianae sacr. XI 1162 (= Dessau 3870) Nymphis ... -em et omnem opus d(e) ⟨s(uo)⟩ f(ecit). 5942 (= Dessau 5762) -em et conceptum aquae ... dedit. XII 1188 -em ... et viam ad font(em) ... populo d(e) s(uo) d(edit) (XIII 7252). XIII 5330 I(ovi) o(ptimo) m(aximo) font(em) et aram. VI 31564 (*imp. Constantino*) formam aqu⟨ae⟩ Virginis con⟨l⟩apsam a -bus renovatam. INSCR. Dessau 6804 Neptuno ... -em ...

personatus: VARRO ling. 6, 22 (*v. p. 1022, 63*) VERG. (ecl. 1, 39 *v. p. 1023, 3*; LYDIA 17 *p. 1023, 25*) Aen. 12, 181 -esque fluviosque voco. 12, 816 adiuro Stygii caput implacabile -is. PROP. 1, 18, 27 divini -es. EPIST. Sapph. 158 -s sacer (hunc multi numen habere putant). OV. met. 2, 238 nymphae ... -esque lacusque ... deflevere. fast. 4, 759 -es fontanaque numina placa. SIL. 1, 666 *ceterum v. s.* Fons *in Onom.*

singuli fontes notiores plurimi nominantur a VITR. 8, 3 *ubi de qualitatibus salubribus agitur, a* PLIN. nat. 2, 227 *sqq. ubi mirabilia fontium enarrantur; item* 31, 7 *sqq.; fontes aquarum urbis Romae tractat* FRONTIN. aq. 5 *sqq.; de Latii notissimis v. Ruggiero, Diz. epigr. III 183 sqq.*

fons Musarum: PLAVT. Aul. 559 interbibere ... Corinthiensem -em [et] Pirenam (pirineum *trad.*). LVCIL. 1008 quantum haurire animus Musarum e -bus gestit. LVCR. (1, 412 *v. p. 1025, 74*) 1, 927 iuvat integros accedere -es atque haurire (4, 2). VERG. georg. 2, 175 sanctos ausus recludere -es. AETNA 7 Pierio properent a -e sorores (STAT. silv. 1, 2, 6 de Pieriis vocalem -bus undam). HOR. carm. 1, 26, 6 o quae -bus integris gaudes ... Pimplea dulcis. 3, 4, 25 Camenae ... vestris amicum -bus et choris. epist. 1, 3, 10 Pindarici -is qui non expalluit haustus. PROP. 2, 10, 25 nondum etiam Ascraeos norunt mea carmina -es. 3, 1, 3 puro de -e. 3, 3, 5 parvaque tam magnis admoram -bus ora. 3, 3, 51 talia Calliope, lymphisque a -e petitis ora Philitea nostra rigavit aqua. OV. am. 3, 9, 25 Maeoniden, a quo ceu -e perenni vatum Pieriis ora rigantur aquis. met. 5, 256 novi -is ..., dura Medusaei quem praepetis ungula rupit (5, 263 Pegasus huius origo -is). 5, 312 -e Medusaeo. Pont. 4, 2, 47 Aonius. fast. 5, 7 -es Aganippidos Hippocrenes. PAVL. FEST. p. 212 *s. v.* Pegasides. GERM. 220 Musaeos -es (223). SEN. Oed. 229 sancta -is lympha Castalii. COLVM. 10, 435 veteres ... recludere -es. MELA 2, 36 Libethra carminum -es. PERS. prol. 1 -e ... caballino (AVSON. 393, 9 -e caballi. MART. CAP. 2, 119). PETRON. 5 vers. 15 Maeoniumque bibat felici pectore -em. PLIN. nat. 3, 8 -s Castalius (STAT. Theb. 1, 565 MART. 12, 3, 13 *al.*). 3, 11 -s Pirene. STAT. Theb. 4, 38. silv. 1, 4, 28 gurges ... qui rapitur de -e tuo *quasi e Musaeo*. 2, 2, 39 reseretque arcana pudicos Phemonoe -es. 5, 3, 2 Elysio de -e. Ach. 1, 9 da -es mihi, Phoebe, novos. MART. 4, 31, 5 averso -e sororum. IVV. 7, 59 bibendis -bus Aonidum. NEMES. cyn. 5 Castalius ... -is alumnus.

simpliciter aquae vivae materia: LVCR. 6, 1072 vitigeni latices aqua⟨i⟩ -bus audent misceri. VERG. georg. 3, 529 pocula sunt -es liquidi atque exercita cursu flumina. 4, 32 irriguomque bibant violaria -em. 4, 376 manibus liquidos dant ... -es. Aen. 2, 686 sanctos restinguere -bus ignes. 12, 119 -emque ignemque ferebant. MORET. 44 admixtos ... -es atque farinas (CYPR. GALL. exod. 392). PROP. 4, 4, 15 hinc Tarpeia deae -em libavit. OV. met. 5, 447 ora ... nulli colluerant -es. SEN. Phaedr. 520 nuda manu captasse -em. CVRT. 3, 10, 8 ut neque -ium haustum nec solitos cibos relinquerent deditis. COLVM. 9, 8, 8 apium ... -em libantium. 11, 3, 8 si non sit fluens aqua, -e puteali ... irrigari. LVCAN. 3, 235 ferens rapidum diviso gurgite -em ... Indus. 4, 117. 5, 337 si ... minentur flumina ... subducere -es. VAL. FL. 7, 364 Stygiis ... -bus. SIL. 4, 348. 639. 16, 123 gelidis restinguere -bus ignes. STAT. Theb. 3, 409 Ach. 1, 180. MART. 9, 18, 6 cum mihi vicino Marcia -e sonet. SER. SAMM. 460 tepido ... -i.

apud ECCL. *saepe de baptismo* (*cf. francog.* fonts *aqua baptismi*): FIRM. err. 28, 1 quaere -es ingenuos. OPTAT. 5, 3 p. 125, 13 absit ut iam lotum revocemus ad -em. PRISCILL. tract. 4, 80 p. 61, 9 baptismatis. RVFIN. Orig. in gen. 13, 4 baptismi. PRVD. cath. 6, 127. AVG. c. Iul. 2, 5, 12 in sacro -e (6, 16, 50). SEDVL. carm. pasch. 5, 421 in -e lavari. CORP. III 9586 quae ... gloriosi -is gratiam con⟨sec⟩uta est. XII 2115 (= CARM. epigr. 1445, 4) -e renata dei. CARM. epigr. 1394, 13 *et passim*. -s *videtur nominatus esse locus in ecclesia ubi baptizabantur*: ISID. orig. 15, 4, 10 -s ... in delubris locus regeneratorum est, in quo septem gradus in spiritus sancti mysterio formantur, tres in descensu et tres in ascensu *eqs.* ANTH. 378 versus -is facti a Calvulo grammatico *cum titulis* descensio -is, ascensio -is, in circuitu -is. *cf.* fontalis *apud* OPTAT. *p. 1027, 66.*

II *translate*: A *de materiis cum aqua viva comparatis*: NAEV. trag. 6 †animi †iubeo -e lavere ⟨me⟩ memini manum. VARRO Men. 405 corporis fervidos -ium aperis lacus sanguinis. LVCR. 5, 281 liquidi -s luminis (MIN. FEL. 32, 6 RVFIN. apol. Orig. 2 p. 558 MART. CAP. 2, 184 *al.*) aetherius sol. 5, 598 hinc mundi patefactum totius unum largifluom -em scatere atque erumpere lumen. 6, 828 (*de Averno*) veneni ... -es. HOR. carm. 2, 19, 10 vinique -em, lactis et uberes cantare rivos. OV. epist. 8, 64 ument incultae -e (*lacrimis*) perenne genae. SEN. Oed. 495 niveique lactis candidos -es. PLIN. nat. 6, 179 bituminis -em. STAT. Theb. 5, 5 sanguineis mixtum ceu -bus ignem hausissent belli. PS. QVINT. decl. 6, 4 p. 114, 11 -em ... lacrimarum (*oculos*) ... caecitas clausit (VVLG. Ier. 9, 1 quis dabit ... oculis meis -em lacrimarum? *al.*). GELL. 12, 1, 8 fontem illum sanctissimum corporis (*lac maternum*) ... arefacere. 17, 10, 13 *Pindarus* fontes imitus (*in Aetna*) ignis eructari ... dixit. APVL. Plat. 1, 9 illam, -em animarum omnium, caelestem animam. met. 5, 30 (*loquitur Venus*) *pinnas Amoris* nectarei -is infeci. TERT. anim. 56 obiit ... infans sub uberum -bus (resurr. 60 p. 121, 7). ITALA lev. 12, 7 (Lugd. *et* Aug. quaest. hept. 3, 40) purgabit (emundabit *Lugd.*) eam (*mulierem*) a -e

[Vollmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(πηγῆς, VVLG. profluvio) sanguinis eius. PANEG. 6, 2, 4 seminarium iuventutis et quasi -em humani corporis. FIRM. err. 17, 3 amarae myrrae -bus AMM. 14, 6, 17 per primigenios seminis -es. SERV. Aen. 8, 275 tam Graecos quam Troianos de uno sanguinis -e descendere. VVLG. lev. 20, 18 ipsa ... aperuit -em (φύσιν) sanguinis sui.

B *i. q. origo, ortus, caput*: **1** *de rebus corporalibus* (*fortasse iam* VARRO Men. 32 *v. infra l. 68*): PLIN. nat. 11, 182 ex hoc -e (*i. corde*) grandes venae ... discurrunt. **2** *de hominibus et rebus incorporalibus*: PLAVT. Truc. 612 improbe tu, ... -s viti et peiuri (*convicium*). RHET. Her. 4, 6, 9 dicendi praeceptores ... cum non modo dominos se -ium, sed se ipsos -es esse dicant et omnium rigare debeant ingenia. CIC. inv. 1, 49 -s confirmationis ... apertus est. 1, 78 -e inventionis. 2, 7 alii ... alio ex -e praeceptores dicendi emanaverunt. Cluent. 146 hic -s aequitatis (*leges*). Mur. 9 cum tui -es (*in consulendo*) vel inimicis tuis pateant, nostros etiam amicis *cave* putes clausos esse oportere. Arch. 13 summa ... ex quo -e hauriam sentio. Cael. 6 equidem ... ab his -bus profluxi ad hominum famam. 19 quaeram ..., ex quo iste -e senator emanet. 31 horum ... criminum video -em, video auctorem, video certum nomen et caput. Pis. 97 ex illo -e et seminario triumphorum cum arida folia laureae rettulisses. Planc. 18 ad caput et ad -em generis utriusque veniamus. 57 si -em maledicti reperietis. Mil. 34 -em perennem gloriae suae perdidit. 103 omnes in me ... redundant ex -e illo dolores. Phil. 13, 36 ex uno -e omnia scelera manare. 14, 15 sceleris. de orat. 1, 12 artium studia fere reconditis ... e -bus hauriuntur. 1, 42 philosophorum greges ... ab illo -e et capite Socrate. 1, 94 omnes ... omnium rerum, quae ad dicendum pertinerent, -es. 1, 193 hosce habet -es omnium disputationum. 1, 195 si quis legum -es et capita viderit. 1, 203 vobis ... -es, unde hauriretis, atque itinera ipsa ita putavi esse demonstranda. *ibid.* digitum ad -es intenderem. 2, 45 -bus, unde [ad] omnia ornamenta dicendi [praecepta] sumuntur. 2, 117 tardi ingeni est rivulos consectari, -es rerum non videre (ac. 1, 8 ut ea e -bus potius hauriant, quam rivulos consectentur. *cf. p. 1026, 34*). 2, 141 argumentorum -es. 2, 330 omnis orationis reliquae -s est narratio. 3, 23 rivis est diducta oratio, non -bus. 3, 123 cum -es *scientiae* viderimus (rep. 5, 5). rep. 1 frg. 5 uberrimos -es virtutis et scientiae. rep. 6, 27 ceteris ... hic (*animus*) -s (*πηγή Plato*), hoc principium est movendi (Tusc. 1, 53). leg. 1, 16 -s legum et iuris inveniri potest. 1, 20 iuris ortum a -e repetamus. Brut. 49 oratorum partus atque -es. 322 litteris, quibus -s perfectae eloquentiae continetur. orat. 96 hoc totum e sophistarum -bus defluxit in forum. 181 sit ... omnium -s compositio. part. 131 sunt aperti quasi -es quidam aequitatis. 140 indicia -ium illorum. fin. 1, 17 omnia hausta e -e naturae. 4, 34 quaestiones a virtutis -e ducuntur. 5, 17 -s reperiendus est, in quo sint prima invitamenta naturae; quo invento omnis ab eo quasi capite ... disputatio ducitur. ac. 1, 18 idem erat -s utrisque (*Peripateticis et Academicis*). 2, 30 mens ... sensuum -s est. 2, 140 -em omnium bonorum in corpore esse. Tusc. 1, 6 philosophiae -es aperiemus. 3, 31 e quorum -bus id haustum est. 3, 67 non rem ipsam causam atque -em esse maeroris. 3, 82 ad eundem -em revertendum est. 4, 11 sit igitur hic (*Plato*) -s. 4, 22 perturbationum -em esse ... intemperantiam. 4, 83 in ea (*aegritudine*) est ... -s miseriarum et caput. 5, 36 ex hoc ... Platonis quasi quodam sancto augustoque -e nostra omnis manabit oratio. nat. deor. 1, 120 *Democriti* -bus Epicurus hortulos suos irrigavit. 3, 48 haec ... : ex eodem -e fluxerunt. top. 31 differentia ad caput generis et quasi -em referri potest. div. 2, 50 *Tusci* hunc -em habent disciplinae. Lael. 50 benevolentiam, qui est amicitiae -s a natura constitutus. off. 1, 6 e -bus eorum (*Stoicorum*) ... hauriemus. 1, 19 de primo ... offici -e. 2, 52 largitio ... -em ipsum benignitatis exhaurit. 3, 72 iuris natura -s sit. 3, 75 errore ..., qui -s est fraudium, maleficiorum, scelerum omnium. 3, 96 a quattuor -bus honestatis ... officia duximus. Att. 7, 7, 7 horum omnium -s unus est. epist. 6, 6, 9 eodem -e se hausturum ... laudes suas, e quo sit leviter aspersus. 10, 3, 4 ex iisdem te haec haurire -bus, ex quibus ipse hauseram. ad Q. fr. 3, 1, 11 (*v. p. 1026, 19*). ad Brut. 1, 10, 3 in senatu sceleratissimorum consiliorum -es aperire. 1, 15, 6 Caesarem hunc ... fluxisse ex -e consiliorum meorum. VARRO Men. 32 in reliquo corpore ab hoc -e diffusas⟨t⟩ anima. ling. 5, 92 ab eodem -e *i. radice vocabuli* (*item* 8, 5 duo ... verborum principia ... alterum ut -s, alterum ut rivos. 8, 62 ab hoc -e quae profluont. 10, 22 quadruplicem -em). 7, 3 verborum poeticorum ... Pompili regnum -s. 9, 95 ut ... ab his -bus sumi possit. frg. Non. 454, 19 bicipitem civitatem fecit, discordiarum civilium -em. LVCR. 1, 412 largos haustus e -bus magnis lingua ... fundet (*cf. p. 1024, 14*). 3, 82 -em curarum hunc esse timorem. 4, 1133 medio de -e leporum surgit amari aliquid. HOR. sat. 2, 4, 94 -es ut adire remotos atque haurire queam vitae praecepta beatae. carm. 3, 6, 19 hoc -e derivata clades in patriam ... fluxit. epist. 1, 17, 45 rerum caput hoc erat, hic -s. ars 53 nova ... habebunt verba fidem, si Graeco -e cadent parce detorta. 309 scribendi recte sapere est et principium et -s. OV. trist. 3, 14, 34 ingenium ... cuius ... -s infecundus parvaque vena fuit. 5, 1, 37 quod querar illa (*fortuna*) mihi pleno de -e ministrat. Pont. 2, 5, 65 opus ... -bus exit ab isdem. LIV. 3, 34, 6 *XII tabulae* -s omnis publici privatique iuris. 27, 4, 6 ab ipso *senatu* velut -e petere Romanam amicitiam. 39, 15, 9 is -s mali huiusce fuit. 42, 12, 10 velut ex perenni -e unde hauriat. GRATT. 377 -em averte mali. VITR. 3, 3, 9. 7 praef. 10. VAL. MAX. 2, 2, 3 litterarum ... abundantissimum -em *Ciceronem*. 2, 6, 8 eloquentiae. 4, 8, 1 liberalitatis ... -es. 5, 6 ext. 2 pietatis. 9, 6 ext. 1 perfidiae *Karthaginienses*. PHAEDR. 3, 10, 43 certum ... -em veritatis repperit. SEN. benef. 4, 4, 3 *et passim*. *nota*: PLIN. nat. 17, 37 -s ingeniorum Homerus. SIL. 9, 414 cuncti -s Varro mali. QVINT. inst. 1, 10, 13 philosophis ..., quorum -s ... Socrates. VLP. dig. 50, 16, 195, 4 personarum, quae ab eiusdem ultimi genitoris sanguine proficiscuntur ... quasi a -e quodam memoriae. TERT. anim. 20 *in Adam* ut in -e naturae. 40 ille -s generis Adam. ITALA Ier. 17, 13 (Aug. c. Faust. 13, 16) -em (πηγήν, VVLG. venam aquarum) vitae, dominum. COD. Iust. 8, 53, 34, 4 (*a. 529*) ex totius stipulationis fundamento et -e eius, ex quo annuae donationes profluxerunt. CORP. VIII 17910 (*Thamugadi, cf. p. 1023, 73*) P. Fl(avio) Pudenti Pomponiano ... ordo incola -is patrono oris uberis et fluentis, nostr⟨o⟩ alteri -i.

III ***proverbia*** *sim.*: CIC. ad Q. fr. 3, 1, 11 ipsi -es iam sitiunt (*cf.* Att. 12, 5, 1 non ad *διψῶσαν κρήνην*, sed ad *Πειρήνην* ... venisse). PETR. CHRYS. serm. 110 p. 503^{C} nec -s sitit nec panis esurit. VERG. ecl. 2, 59 liquidis immisi -bus apros. PROP. 3, 19, 6 citius ... flumina ... ad -is sint reditura caput (OV. am. 2, 1, 26 carmine ... in ... suos ... -es versa recurrit aqua. epist. 5, 30 ad -em Xanthi versa recurret aqua. medic. 40 nec redit in -es unda supina suos. met. 7, 200 amnes in -es rediere suos. Pont. 4, 5, 43. SEN. Med. 762 Phasis vertit in -em vada. Phoen. 85. *proprie*: SIL. 4, 444 -i ... relabitur amnis). OV. am. 3, 7, 32 deficiunt laesi carmine -is aquae. SEN. Herc. f. 684 Maeander undis ludit ... instatque dubius, litus an -em petat. SALL. hist. frg. 4, 38 sapor iuxta -es dulcissimus (-os *trad.*). OV. Pont. 3, 5, 18 gratius ex ipso -e bibuntur aquae. MART. 9, 99, 9 multum ... refert, a -e bibatur quae fluit an pigro quae stupet unda lacu. PLIN. epist. 4, 13, 10 haec putavi altius et quasi a -e repetenda. HIER. epist. 20, 2, 1 omissis ... rivulis ad ipsum -em ... recurramus (34, 4, 1. *cf.* CIC. de orat. 2, 117 *p. 1025, 32*). HIER. adv. Rufin. 2, 24 p. 603^{C} PACIAN. epist. 1, 1 PAVL. PETRIC. Mart. 4, 9 *sqq.* OV. rem. 97 flumina pauca vides de magnis -bus orta: plurima collectis multiplicantur aquis. HIER. epist. 17, 2, 3 si rivus tenuiter effluit, non est alvei culpa, sed -is. HIER. adv. Rufin. 3, 1 de uno -e dulce amarumque procedit. QVINT. inst. 8, 3, 76 quae me iuvene ubique cantari solebant: magnorum fluminum navigabiles -es sunt. LACT. inst. 3, 14, 1 quasi ... *sapientiam* homo ille ... invenerit tamquam tibias ad -em, ut poetae aiunt (*cf.* OV. fast. 6, 701 *sqq.*). OPTAT. 2, 4 p. 38, 16 ut ... mitteretur — non dico lapis in -em. VVLG. prov. 6, 11 veniet ut s messis tua. *pro adynato*: CARM. epigr. 944 (*Pompeis*) alliget hic auras ... et vetet assiduas currere -is aquas.

IV ***iunctiones*****: 1** ***substantiva*****:** capita -ium: VITR. 8, 2, 8. 8, 3, 3 *bis*. 8, 6, 3. *v.* VLP. dig. 43, 20, 1, 8 caput aquae illud est unde aqua nascitur; si ex -e nascitur, ipse -s. PAVL. dig. 8, 3, 9 (*v. p. 1023, 61*). VVLG. II par. 32, 3 *τὰ ὕδατα*. AVG. gen. ad litt. 5, 7 p. 151, 19 *al.* venae -ium: VITR. 8, 3, 17 SEN. benef. 4, 25, 2 MIN. FEL. 17, 9 (TERT. patient. 5 p. 9, 1 *in imagine*) SOL. 5, 24 AMM. 21, 1, 8 *al.* egressus: VITR. 8, 3, 26. excursus: PLIN. epist. 4, 30, 8, procursus: PANEG. 8, 6, 5. ora -ium: SEN. nat. 3, 30, 4. os: PLIN. epist. 4, 30, 5 (fauces *ibid.*) PANEG. 7, 22, 1. scatebrae: PLIN. nat. 5, 6 APVL. mund. 23. specus: PLIN. nat. 22, 63. scaturrigo: APVL. met. 6, 13. singulari duorum -ium ingenio: MELA 3, 102.

2 ***verba*** *potiora* (*ubi addo II, legitur translate*):

fontem aperire: RHET. Her. 4, 6, 9 CIC. inv. 1, 49 SEN. nat. 3, 27, 1 MELA 2, 8 QVINT. inst. 6, 1, 51 *al.* patefacere: LAVREA ap. Plin. nat. 31, 8. elicere: OV. met. 14, 788 PLIN. epist. 4, 30, 10 suscitat et elicit. emittere: OV. met. 15, 270 VVLG. psalm. 103, 10. solvere: LVCAN. 10, 215. APVL. met. 6, 14 saxum ... -es ... evomebat. mund. 18 terrae ... -es pariunt. fodere: VITR. 8, 4, 1. recludere: COLVM. 10, 435 (*II*). movere (*II*): OPTAT. 2, 6 p. 43, 2. claudere: CIC. Mur. 9 (*II*) OV. met. 15, 270 supprimere: OV. met. 15, 280 Pont. 4, 2, 18. reprimere: STAT. Theb. 5, 522. siccare: OV. met. 13, 690. arefacere: GELL. 12, 1, 8. obturare: VVLG. IV reg. 3, 19 *ἐμφράσσειν* (3, 25 II par. 32, 3. 4. 30). dirumpere (*διαρρηγνύναι*): VVLG. psalm. 73, 15. accipere: CALP. ecl. 2, 34. inducere: COLVM. 1, 5, 1. 10, 143. perducere: PLIN. nat. 3, 54. *cf.* diductio: CIC. top. 33. avertere: GRATT. 377 (*II*) LVCAN. 3, 345 VLP. dig. 39, 3, 1, 12. minuit sol: MELA 1, 53. corrumpere: SALL. Iug. 55, 8. polluere: OV. met. 2, 464. turbare: VVLG. prov. 25, 26. purgare reficere: VLP. dig. 22, 1, 6 (8). durat *maga*: APVL. met. 1, 8. adire: HOR. sat. 2, 4, 94 (*II*) *al.* potare: PLIN. nat. 8, 169 *passim*. PROB. Verg. ecl. 6, 82 *Eurotas* -es agit ex monte Maenalio.

fons: emanat: CIC. carm. frg. 22, 14. erumpit: LVCR. 6, 895 VITR. 8, 3, 8 PLIN. nat. 6, 65 31, 7 *al. cf.* VITR. 8, 1, 7 montium radices, ex quibus profluentes -ium erumpunt ructus. prorumpit: HIRT. Gall. 8, 41, 1. *cf.* rupto fonte: SEN. Herc. O. 591. nascitur: PLIN. nat. 31, 53 PLIN. epist. 5, 6, 40. emergit: AETNA 118 SEN. nat. 3, 11, 3. exsilit: PLIN. nat. 2, 234. 31, 18. eripitur: AETNA 395 (*loc. dub.*). exit: OV. met. 11, 140 VITR. 8, 3, 11 PLIN. epist. 8, 8, 2. excurrit:

[Vollmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

CVRT. 3, 1, 3. oritur: VITR. 8, 3, 2. 17 SEN. nat. 3, 11, 1 PLIN. nat. 31, 41 *al.* exoritur: PLIN. nat. 2, 230. manat: LIV. 22, 1, 10 CVRT. 7, 11, 3 *al.* fluit: LIV. 24, 10, 8 PLIN. nat. 2, 231. 232. fluit vini sapore: PLIN. nat. 2, 231. profluit: VITR. 8, 3, 15. illacrimat: COLVM. 10, 25. micat: LVCAN. 4, 300. emicat: PLIN. nat. 18, 114 APVL. met. 9, 34. effervet: VITR. 2, 5, 8. 8, 3, 10 (fervet: MELA 1, 39). redundat: SEN. nat. 3, 7, 4. exundat: PLIN. nat. 2, 229. 31, 27. 51. abundat: PLIN. nat. 18, 188. scaturrit: APVL. met. 4, 6. exuberat: OPTAT. 1, 20 p. 21, 22. affunditur *oppido*: PLIN. nat. 5, 36. existit: CVRT. 7, 10, 14. surgit: QVINT. inst. 8, 3, 8. exurgit: COMM. apol. 965. crescit: PLIN. nat. 2, 229. 3, 151. intumescit: PLIN. nat. 2, 232. superfluit: PLIN. nat. 31, 51. exprimitur ... venis: PLIN. epist. 8, 8, 2. exarescit: CAES. civ. 3, 49, 4 HIRT. Gall. 8, 43, 5 PAPIN. dig. 8, 3, 34, 1 PAVL. dig. 8, 3, 35. inarescit: PLIN. nat. 31, 51. aret: PLIN. nat. 2, 229. siccatur: SEN. nat. 3, 11, 1 PLIN. nat. 31, 24. contrahitur: OV. met. 2, 273. subsistit: SEN. nat. 3, 11, 5. interquiescit: PLIN. nat. 2, 229. minuitur: PLIN. nat. 2, 229. residit: PLIN. nat. 2, 232. cessat: PLIN. nat. 31, 53. subducitur: PLIN. epist. 5, 6, 40. deficit: TERT. anim. 29. rigat: RHET. Her. 4, 6, 9 CVRT. 7, 4, 26 PLIN. nat. 31, 29. evomit *aliquid*: VITR. 8, 3, 8. eiectat: SEN. nat. 3, 26, 5. fundit: SEN. nat. 3, 26, 6. effundit: CVRT. 5, 1, 16. egerit: PLIN. nat. 31, 19. 55.

3 ***epitheta*** *notabilia*: sacer: VERG. ecl. 1, 52 OV. am. 3, 1, 3 ars 3, 688 met. 2, 464. 5, 573 EPIST Sapph. 158 *al.* castus: DIRAE 90 STAT. Theb. 3, 202. frigidus: LVCR. 6, 848. 873. 879 VITR. 8, 3, 2 CELS. 4, 12, 7 *al.* gelidus: VERG. ecl. 10, 42 CVLEX 148 LYDIA 17 OV. met. 4, 90. 14, 786. 15, 550 SEN. Ag. 316 *al.* horridus: SEN. nat. 5, 15, 4. calidus: LVCR. 6, 748. 887 OV. met. 15, 713 LIV. 22, 36, 7 VITR. 8, 3, 1 SEN. epist. 86, 9 *al.* fervens: VITR. 2, 6, 3. torridus: LIV. 4, 30, 8. vaporosus: APVL. met. 5, 15. rapidus (*Phlegethon*): SIL. 13, 837. liquidus: VERG. ecl. 2, 59 georg. 2, 200. 3, 529. 4, 18. 376 OV. met. 10, 122 COLVM. 12, 25, 2 *al.* inlimis ... argenteus: OV. met. 3, 407. purus: VERG. Aen. 7, 84. 489 MART. 6, 47, 1 QVINT. inst. 10, 1, 78. 12, 10, 19 *al.* splendidior vitro: HOR. carm. 3, 13, 1. speciosus: FRONTIN. aq. 14. perlucidus: OV. met. 3, 161 SEN. nat. 1, 17, 5 epist. 90, 43 *al.* perspicuus: STAT. silv. 1, 2, 155. nitidus: VAL. FL. 3, 553. niger: LVCAN. 3, 412. parvus: LVCR. 5, 603 MELA 2, 7 SIL. 8, 179. magnus: HIRT. Gall. 8, 41, 1 SALL. Iug. 98, 3 OV. rem. 97. ingens: MELA 1, 74. vastus: LVCAN. 2, 403. modicus: LVCAN. 1, 213. altus: OV. fast. 2, 166 STAT. silv. 1, 5, 18. amplus: FRONTIN. aq. 14. largifluus (*II*): LVCR. 5, 598. largus: SEN. Phaedr. 512 COLVM 10, 143 LVCAN. 4, 266 *al.* uber: SVET. Claud. 20 PANEG. 2 (10), 12, 6. spumiger: OV. met. 11, 140. ieiunus: QVINT. inst. 5, 14, 31. *-es aut* pleni *aut* sicci sunt: SEN. nat. 3, 16, 1. -es siccos: PACIAN. epist. 3, 21. perennis: CIC. Mil. 34 (*II*) OV. epist. 8, 64 (*II*) LIV. 42, 12, 10 CVRT. 6, 6, 23 COLVM. 1, 5, 1 *al.* perpetuus: AMM. 24, 5, 3. mānalis: PAVL. FEST. p. 128 157. vivus: OV. met. 3, 27 fast. 2, 250 MART. 2, 90, 8. apertus et fluens: VITR. 8, 1, 1. irriguus: CALP. ecl. 2, 49. piger: SEN. Oed. 547 *de Styge.* Thy. 665. novus: CVLEX 78 VITR. 8, 4, 1 SEN. nat. 3, 27, 1. 6, 6, 2 MELA 3, 5 LVCAN. 3, 263 *al.* amoenus: LVCR. 4, 1024 SEN. nat. 6, 8, 2. umbrosus: OV. epist. 20, 177. opacus: TERT. bapt. 5. virens: MART 9, 75, 9. muscosus: VERG. ecl. 7, 45. pumiceus: MART. 4, 57, 2. placidus: CALP. ecl. 4, 134. saluber: VITR. 1, 2, 7 AMM. 23, 6, 46. dulcis aquae: VITR. 8, 3, 1 PLIN. nat. 25, 20; dulcis: PLIN. nat. 2, 228. 31, 167. amarus: PLIN. nat. 6, 165 VVLG. Iudith 5, 15. medicatus: CELS. 4, 12, 7 SEN. dial. 1, 2, 1 nat. 3, 25, 10 PLIN. nat. 2, 207. sulphurosus: VITR. 8, 3, 4. nitrosus: PLIN. nat. 12, 53. igneus: PLIN. nat. 2, 240. violatus venenis: SEN. dial. 4, 9, 3. morbidus (*II*): OPTAT. 5, 1 p. 120, 15. incorruptus: PLIN. nat. 2, 230. mortiferus: PLIN. nat. 2, 231. 31, 26. ingustabilis: PLIN. nat. 2, 237. campestris (*opp.* montanus): VITR. 8, 1, 2. 7. montanus: LVCAN. 2, 485. nativus: RVT. NAM. 1, 104.

fontālis, -e *a* fons. VITR. 8, 3, 1 aqua ... ita est suavis, ut nec -is ab Camenis nec Marcia saliens desideretur. NOT. Tir. 74, 4. *de baptismo*: OPTAT. 3, 2 p. 69, 8 piscis ... -bus undis inseritur. *herba*: DIOSC 4, 100 W. ποταμογείτων ... Ῥωμαῖοι φοντᾶλις (φοντανᾶλις *Wellmann*), οἱ δὲ φλουμινᾶλις.

fontāna *f. v.* fontanus *p. 1028, 24.* **Fontānālia** *v. Onomast.*

fontāneus, -a, -um [*cf. c.* fontanus. *Th.*]. *quod ad fontem pertinet*: GROM. p. 331, 12 -a parte *casae.* SOL. 4, 4 herba Sardonia ... in defluviis -is provenit. 21, 1 -is ... sacris. 37, 24 -am scaturriginem (*inde* ISID. orig. 16, 13, 9). *translate i. q. primitivus* (*v. sub* fontanus *p. 1028, 12*): MAR. VICTORIN. adv. Arrium 4, 5 p. 1116^{B} animae ... universalis atque -ae. 4, 6 p. 1117^{A} deus ... est vivere, quod summum, primum, -um, principaliter principalis.

fontānus, -a, -um *a* fons. PROB. gramm. IV 73, 37 a fonte fontius et -us (DOSITH. gramm. VII 395, 6). GLOSS. II 407, 13 -um πηγιμαῖον. *de formis in* -nus *vel* -neus *v. Pokrowsky, Archiv 15, 364 not. quod ad fontem pertinet*: OV. ars 3, 726 aqua (Pont. 1, 8, 46. CELS. 2, 18, 2 aqua levissima pluvialis est, deinde -a, tum ex flumine, tum ex puteo *eqs.* COLVM. 12, 6, 1. 12, 9, 2. 12, 11, 1. 12, 44, 6. VLP. dig. 43, 22, 1, 1 -a aqua uti. GARG. MART. med. 45 CET. FAV. 3 p. 289, 16 PALLAD. 3, 25, 11 VEG. mulom. 2, 122, 2 DRAC. mens. 14). OV. met. 14, 329 -a ... numina, Naiades (fast. 4, 759). fast. 1, 269 ora *fontis.* 4, 655 unda (5, 435 IVVENC. 2, 329 *opp.* vino). APVL. met. 2, 1 -os latices (CARM. de mens. 2, 29). 3, 18 rore (3, 23 AVSON. 152, 5). IVVENC. 2, 716 -i gurgitis unda. PALLAD. 1, 6, 10 umore. AVSON. 298, 17 -i fluminis alveum. PROB. Verg. georg. 2, 469 Tempe sunt loca nemorosa frigida -a. PS. RVFIN. in Ioel 3, 17 rivorum. AVG. civ. 3, 12 p. 110, 7 D. deos ... infernos, marinos, -os fluviales. MART. CAP. 2, 205 quandam ... -am virginem (*Musam?*). SIDON. epist. 2, 9, 9 frigore. INSCR. Bull. di arch. e stor. Dalm. 1907 p. 118 nymphis -is. *de baptismo*: ZENO tract. 2, 33 -um ... virginis matris (*ecclesiae*) dulcem ad uterum *venite.* FVLG. aet. mund. p. 136, 24 homo ... ecclesiae -is renascitur sacramentis. *translate i. q. principalis* (*v. sub* fontaneus *p. 1027, 73*): MAR. VICTORIN. adv. Arrium 1, 25 p. 1058^{D} deus potentia est ipsius -ae aeternae vitae. 1, 32 in -am vitam ... et -am intellegentiam. 1, 52 potentiam -am et universalem. 1, 55. 3, 4 illud primum ac -um esse. FAV. EVL. p. 14, 4 -ae animae.

nota: collegium (fullonum) -orum (*v. Ruggiero, Diz. epigr. III p. 321 s. v.* fullones): CORP. VI 268 (*a. 57 p. Chr.*) *illi* mag(istri) fontanI. 267 (*a. 226*) q(uin)q(uennalis) collegio fon⟨tanorum ...⟩. 266, 36 (*a. 244*) -is (*cf.* v. 22 fullones). 9422 classi font(anorum). *an* font(is)*?* XII 3337 (*Nemausi, fere sacc. I*) Cn. Pompius Cn. f. Maximus -us sibi et *eqs.* INSCR. Notiz. degli scavi 1909 p. 120 (*Ostiae, a. 232*), 2 corpus -orum, q(uibus) ex s. c. coire lice(t).

inde f. **fontāna,** -ae [*wal.* fîntână, *it.* fontana, *francog.* fontaine. *M.-L.*] *sc.* aqua. DVB. NOM. gramm. V 587, 9 putea (*sic*) ... aquarum Italis -as appellari certum est. VOPISC. Car. 17, 5 locum ..., in quo -a esset pertepida. ANON. med. ed. Piechotta 91 aqua de -a. GROM. p. 315, 28 -am sub se habens. p. 324, 2 -as. p. 329, 8 -a(m). p. 330, 30 -am (p. 337, 30. 364, 16). *pars oculi, ut videtur, folliculus lacrimarum*: CORP. XIII 10021, 211 (*scariphatum in sigillo ocularii*) redublicare ex sputo in ang(u)lo funtan(a)e.

fonticola, -ae *c. a* fons *et* colere. VERS. apud Aug. mus. 3, 2, 3 Camenae, -ae puellae (3, 7, 15). VITA Caesarii Arelat. (script. rer. Merov. III) 1, 35 contra ... augures, lignicolas, -as (*i. paganos*).

fonticulus, -ī *m.* [*a* fons *deminutive. Th.*]. *inter deminutiva tractatur* GRAMM. suppl. 70, 1. *forma* fonticlus *v. l. 47.* HOR. sat. 1, 1, 56 magno de flumine malim quam ex hoc -o tantundem sumere (*cf.* PORPH. *ad* v. 54). VITR. 8, 3, 11 admiscetur ei (*Hypani*) -us oppido quam parvolus. 8, 3, 23 Susis ... -us est, ex quo qui biberint amittunt dentes. COLVM. 11, 1, 16 umbras arborum -orumque amoenitatem ... captavit. PLIN. nat. 31, 107 lacus est nitrosus exiliente e medio dulci -o. 31, 108 scatebra -i semper emicante lacum neque augeri neque effluere. CORP. IV 4447 (*in peristylio graphio scriptus iocus*) -us pisciculo suo plur(i)ma(m) salut(em). PLIN. epist. 5, 6, 23 -us in hoc *cubiculo*, in fonte crater. 5, 6, 40 -i sedilibus adiacent. TER. MAVR. 2129 pinus ... proxima -is (*cf. Theocrit. 1, 1*). ANON. Vales. 14, 83 ad fonticlos (*sic M*) in proastio civitatis Veronensis. PRVD. cath. 5, 116 humus ... uda -is. ALC. AVIT. hom. 2 p. 106, 11 latuit viventis aquae -us in corpore morientis. NOT. Tir. 74, 3. *translate*: HIER. epist. 22, 22, 1 de illo potest haurire -o (*i. libro*).

fontigena, -ae *c. a* fons *et* gignere. MART. CAP. 6, 574 doctarum prudentia ... -arum (*i. Musarum*). 9, 908 -arum virginum. DRAC. Romul. 2, 137 -is ... comis *nympharum. vulgariter etiam masc. forma*: CARM. epigr. 266, 5 Nymphis, numine (*dat.*) -o grates ex undique solvens.

fontinālis *v. Onomast.*

a fonte **fontius** et fontanus PROB. gramm. IV 73, 37 (*item* POMP. gramm. V 144, 12).

fonum, -ī *n. i. q. verbum, male a* φωνή, *ut videtur, ductum*: VIRG. gramm. epit. 4 p. 13, 3 metra. -a sunt. p. 13, 4 medietates -orum. p. 13, 7 ut extrema -i parte ... nullum -um incolome remaneat p. 16, 7. 26, 17. 76, 7. 9. 77, 5. 11. 78, 3. 7. 79, 17. 22. 80, 23. 27. 29. 82, 20. 90, 8. 17. 19. 114, 1 epist. 7 p. 174, 6.

foos *v.* phos.

✖**(for),** fātus sum, fārī [*i. q. gr.* φημί; *cf. c. slavon.* bajati 'fabulari, incantare', *armen.* baj 'verbum', hambak 'infans' *et c.* fabula fama fatum *v. quoque quae dicta sunt sub vocc.* fateor *et* fas. *Th.*] *de formis*: for *non legitur nisi apud* GRAMM. GLOSS.: *cf.* DIOM. gramm. I 379, 24 'faris, fatur', raro 'for' invenitur. PRISC. gramm. II 371, 20 positionem 'faris' debet esse 'for'. MACR. exc. gramm. V 654, 25 nec 'dor' nec 'for' admittit auctoritas. MART. CAP. 3, 311. 325. ALCVIN. gramm. VII 302, 44 non habet primam personam; *plene vel per partes declinantur omnia schemata* PRISC. gramm. II 558, 13. III 484, 28 EXPLAN. in Don. gramm. IV 557, 17 EVTYCH. gramm. V 474, 19. CORP. IV 4674 '*in podii tectorio rudi*' for *non intellegitur.* faris: GRAMM. fatur *inde ab* ENNIO *passim.* famur: CARM. de fig. 118 ISID. orig. 11, 1, 56 GRAMM. suppl. 279, 1 *v. p. 1029, 75.* famini: GRAMM. fantur: VARRO ling. 6, 52 PAVL. FEST. p. 88 STAT. (*quis?*) ap. Serv. Aen. 2, 777 (*v. p. 1029, 42*) INSCR. christ. Rossi II p. 170 n. 26 v. 21 (*v. p. 1032, 5*). fari *inde ab* ENNIO. farier: VERG. Aen. 11, 242. *imp.* fare: VERG. Aen. 3. 362 *et passim* (*v. p. 1030, 58 sqq.*); famino *ex prisco aliquo profert* PAVL. FEST. p. 87 *cum glossa* dicito. faminor *sine auctoritate dat* PRISC. gramm. III 485, 14. fans: PLAVT. Persa 174; fantis: AVSON. 178, 14. fanti: VERG. Aen. 6, 46 PRVD. perist. 6, 43 CYPR. GALL. gen. 448 MART. CAP. 2, 126. fantem: PROP. 3, 7, 65

[Vollmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

VAL. FL. 6, 679 CYPR. GALL. exod. 190 num. 664 MART. CAP. 1, 85. fante: PRVD. perist. 2, 357 MAR. VICTOR aleth. 2, 352. fantes: IVVENC. 4, 414 MART. CAP. 3, 222. farer: AVG. conf. 1, 8, 13. fando *inde a* PLAVTO *passim*; fandis: ENN. scaen. 58; fandi: PACVV. trag 127 *et passim*; fanda: CATO frg. 10, 1 *et al.*; fandam: LVCIL. 55. fatu: VERG. Aen. 12, 25 SEN. Ag. 416 Oed 293 *al.* fabor: VERG. Aen. 1, 261 PROP. 4, 4, 2 SEN. Phaedr. 885 VAL. FL. 4, 578. 8, 184 *al.*; fabitur: CIC. carm. frg. 24, 3; fabimur: AVIEN. ora 636. fatus est: CARM. Marcii Liv. 25, 12, 7 (ENN. ann. 59?) VARRO ling. 6, 30 *et passim*; fata est: VERG. Aen. 6, 321 *al.*; fati sunt: VARRO ling. 6, 53. 54. 55 *al.*; fati sumus: VICT. VIT. 3, 24. 57; fatus erat: VERG. Aen. 1, 586 *al.*; eram: VERG. Aen. 2, 323 *et alibi; part.* fatus: VERG. Aen. 1, 610. 2, 50 *passim*; fata: VERG. Aen. 4, 685. 6, 53 *al.*; fatum *acc. masc.*: LVCAN. 5, 672. *perf.* factus est (*sic*) *ter*: VIRG. gramm. epit. 5 p. 30, 17. 53, 20. 77, 21. *cf.* VARRO ling. 6, 30 *cod. Flor. p. 1030, 27* AVIEN. ora 146 *p. 1031, 47 et alia in variis codd. obvia.* PRISC. gramm. II 379, 11 *enumerat inter verba tam activa quam passiva significatione* ...'for faris fatur' (*cf.* SCHOL. Verg. Veron. Aen. 2, 81). *passivo sensu traditur* PAVL. FEST. p. 142 *v. infra l. 66* SVET. prat. *v. infra l. 50* [COMM. instr. 1, 34, 18 *dubiae interpretationis*]. SIDON. epist. 5, 14, 3 supra fatus ... sacerdos (8, 14, 7). EPIST. pontif. (Pelag.) a. 586 (Conc. ed. Schw. IV 2) III 46 p. 117, 21 saepe fati s. Leonis. VICT. TONN. chron. II p. 202, 17 tria saepe fata capitula. GREG. TVR. Franc. praef. p. 31, 13 quod a nostris fari plerumque miratus sum. *verbum priscum et paene obsoletum esse sensit iam* CIC. de orat. 3, 153, *quod tamen ipse non vitandum putat* (fari *cod. Laud. et, ut videtur*, QVINT. inst. 8, 3, 27, effari *codd. cett.*), *epicis inde ab* ENNIO *crebrum* (*imprimis* VERGILIO), *item* SEN. trag., *rarescit inde a II p. Chr. saeculo nec legitur nisi in sermone cultiore certisque formulis. ascripsi locos omnes usque ad* SENECAM, *postea prosariorum omnes, poetarum selectos.*

i. q. dicere, loqui (GLOSS. for: *λέγω, λαλῶ.* fatur: *ἐλαλεῖ*, loquitur. fari: *διαλέγεσθαι*, profari memorare, narrare. fandum: *θεμιτόν, ῥητόν, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ ἀῤῥήτου*; dicendum loquendum aperiendum; iustum praedicandum. fandi: *διαλεχθῆναι*): **VARRO ling. 6, 52** fatur is qui primum homo significabilem ore mittit vocem. ab eo antequam ita faciunt, pueri dicuntur 'infantes', quom id faciunt, 'iam fari' (*similiter* AVG. civ. 16, 43 p. 196, 6 D. 'infantiam' ... quod fari non potest). cum hoc vocabul[or]um a similitudine vocis pueri ac 'fatuus' fari id dictum (*corrupta*). ab hoc tempora (-re *cod.*) quod tum pueris constituant Parcae fando, dictum 'fatum' et 'res fatales' (*item* STATIVS [*quis?*] ap. Serv. Aen. 2, 777 'fata' sunt quae dii fantur. AVG. civ. 5, 9 p. 205, 16. 24 D. c. Faust. 2, 5 ISID. orig. 8, 11, 90). ab ha[e]c ea[n]dem voce[m] qui facile fantur 'facundi' dicti et qui futura praedivinando soleant fari 'fatidici'.... *ibid.* 53 hinc 'fasti' dies, quibus verba certa ... praetoribus licet fari (MACR. sat. 1, 16, 14), ab hoc 'nefasti', quibus diebus ea fari ius non est, et, si fati sunt, piaculum faciunt (*similiter* PAVL. FEST. p. 93. FAST. Praenestini [Corp. I² p. 231] 2. ian. ⟨fasti dies appe⟩llantur quod iis licet fari apud ⟨magistratus⟩. SVET. prat. ap. Prisc. gramm. II 387, 3 'fasti' dies sunt, quibus ius fatur id est dicitur. *inde* ISID. nat. 1, 4 GLOSS. V 568, 56). hinc 'effata' dicuntur (*similiter* PAVL. FEST. p. 81), qui augures finem auspiciorum caelestum extra urbem agri⟨s⟩ sunt effati ut esset; hinc 'effari' templa dicuntur.... *ibid.* 54 hinc 'fana' nominata, quod pontifices in sacrando fati sint finem.... *ibid.* 55 ab eodem verbo 'fari' 'fabulae', ut tragoediae et comoediae, dictae, hinc 'fassi' ac 'confessi', qui fati id quod ab iis quaesitum. hinc ... 'fama' (*cf.* PAVL. FEST. p. 86) et 'famosi'. ab eodem 'falli', sed et 'falsum' et 'fallacia', quae propterea quod fando quem decipit ... hinc etiam ... alia ... multa, in quo et 'Fatuus' et 'Fatuae'. *addo*: PAVL. FEST. p. 88 'fanum' a Fauno dictum sive a fando, quod, dum pontifex dedicat, certa verba fatur (p. 93). *cf. et* PS. AVR. VICT. orig. 4, 5 Faunus, quem a fando dictum volunt (ISID. orig. 8, 11, 87). PAVL. FEST. p. 88 'favere' ... est bona fari. *ibid.* 'fatantur' multa fantur. *ibid.* 'fascinum' et 'fas' a fando. p. 142 'multifariam' dixerunt antiqui ... quod in multis locis fari poterat. p. 276 'refutare' redarguere, compositum a fando. VERRIVS apud Gell. 16, 14, 3 'festinat' ... a fando dicitur. PORPH. Hor. serm. 1, 6, 25 'infantem' a fando. 2, 5, 26 (infantis statuas) quae fari non possunt. LVCVLENT 17 p. 854ᴰ 'phari' graece, latine 'loqui' dicitur. ISID. orig. 11, 1, 56 fauces ... vel quod per eas famur voces. CLAVD. DON. Aen. 3, 609 'fari' et 'fateri' ... non pro uno ... Vergilius intellegi volt. 'fari' est enim simpliciter aliquid referre, 'fateri' autem ex necessitate quae secreto conteguntur publicare. GRAMM. suppl. 279, 1 famur cum aliquid facunde dicimus. *vis prisca verbi elucet inde quod hic illic significat 'loqui cum gravitate' 'prophetari'* (*cognatum i q. 'carmine celebrare' inde a* PROP. 4, 4, 2), *quamquam non desunt loci ubi nihil significet nisi facultatem naturalem* (*opp.* loqui; VARRO ling. 6, 56 *p. 1030, 28*), *ut* VERG. Aen. 12, 47 *p 1030, 76* HOR. carm. 4, 6, 18 *p. 1030, 77* PLIN. nat. 7, 4. 11, 270 *p. 1031, 10* SIL. 1, 78 *p. 1031, 15.* 3, 81 *p. 1031, 18* STAT. silv. 2, 4, 16 *p. 1031, 23* SVET. Aug 94, 7 *p. 1031, 26* GELL. 5, 9, 1 *p. 1031, 29* DIGG. *p 1031, 32 sqq.* AVG. civ. 21, 16. 22, 8 *p. 1031, 63* conf. 1, 8, 13 *p. 1031, 64* EVSTATH. *p. 1031, 78 de piscibus. in locutionibus quales* copia fandi, rudis fandi *postea significat 'facundum esse'. structurae sunt usitatae verborum dicendi: praevalet usus absolutus (saepe sequitur oratio directa), seq. acc. obiecti inde ab* ENNIO scaen. 58 VARRO ling 6, 29 LVCR. 3, 464 *al.; enuntiatum interrogativum inde a* VERG. Aen. 2, 74.

PLAVT. Amph. 588 quae neque fieri possunt neque fando unquam accepit quisquam. Epid. 496 fando (-um *trad.*) ego istunc hominem nunquam audivi ante hunc diem. Persa 174 tu meum ingenium fans atque infans nondum etiam edidicisti. ENN. ann. 19 Anchises ... Venus quem ... fari donavit, divinum pectus habere. 59 haec e⟨s⟩t fatus ibique latrones dicta facessunt. 360 'malo cruce' fatur 'uti des, Iuppiter'. 588 aggretus fari. scaen. 58 Apollo fatis fandis dementem invitam ciet *me* (*loq. Cassandra*). CARM. Marcii Liv. 25, 12, 7 mihi ita Iuppiter fatus est. PACVV. trag. 127 flectas fandi mi prolixitudinem. 318 nihilne a Troia apportat fando? TRAG. inc. 49 aperte fatur dictio si intellegas (*seq. interpretatio oraculi*). CATO or. frg. 10, 1 (ap. Gell. 18, 9, 1) quae neque fando neque legendo audivimus (fanda *et* legenda *cod. Buslidii; seq. ap. Gellium* 'insecenda' quid esset, quaeri coeptum). LVCIL. 55 fandam atque auditam iterabimus f⟨amam⟩. CIC. Quinct. 71 postulatio ne fando quidem audita (nat. deor. 1, 82 LIV. 4, 3, 10. 10, 8, 11. 28, 40, 10. 35, 48, 5. 45, 26, 8. SIL. 10, 483 si Porsena fando auditus tibi. PLIN. paneg. 86, 2 quod fando inauditum. FRONTO p. 68, 8 N. APVL. flor. 3 p. 9 ut fando accepimus. met. 6, 15 fando comperisti. apol. 9. 42. 81. MACR. sat. 3, 17, 12 vel fando comperit. 5, 17, 14). CIC. carm. frg. 24, 3 fabitur haec aliquis, mea semper gloria vivet. 37 neque tam terribilis ulla fando oratio est nec sors. Tim. 40 ad eos (*deos*) is deus qui omnia genuit fatur. VARRO ling. 6, 30 'dies nefasti', per quos dies nefas fari praetorem. *ibid.* praetor qui tum fa[c]tus est. 6, 56 'loqui' ab loco dictum, quod, qui primo dicitur iam fari, vocabula ... dicit ante quam suo quisque loco ea dicere potest. hunc Chrysippus negat loqui, sed ut loqui; quare ... in corvis cornicibus pueris primitus incipientibus fari verba non esse verba quod non loqu[eb]antur. 7, 36 versibus quos vocant Saturnios ... solitos fari *Faunos*, ⟨a⟩ quo fando 'Faunos' dictos. CATVLL. 66, 71 pace tua fari hic liceat, *o Nemesis.* LVCR. 3, 464 animus ... dementit deliraque fatur. VERG. Aen. 1, 131 Neptunus ... Eurum ad se ... vocat, dehinc talia fatur (*secuntur verba, item* 1, 256. 2, 76 = 3, 612. 2, 107. 147 dictisque ita fatur amicis. 3, 309. 485. 612. 5, 16. 44. 79. 382. 464. 532. 547. 847. 6, 36. 7, 330. 8, 115. 394. 559. 9, 278. 10, 458. 479. 555. 11, 41. 242 ita farier infit. 11, 501. 556. 685. 822. 12, 228. 295. 434. 564. 888 OV. met. 7, 689. 14, 167 SEN. Oed. 626 LVCAN. 3, 90. 5, 568. 8, 171 *al.*). VERG. Aen. 1, 261 hic tibi (fabor enim ... longius et ... fatorum arcana movebo) bellum ingens geret. 1, 520 postquam introgressi et coram data copia fandi (11, 248. 378 STAT. silv. 5, 3, 49 AVSON. 146, 4. 207, 4). Aen. 1, 586 vix ea fatus erat, quom (2, 323 eram. 2, 692 que. 2, 721 haec. 3, 90 eram *et asyndeton.* 3, 655. 6, 190. 8, 520 que. 12, 650 ecce. OV. met. 14, 596 fatus erat. gaudet ... illa. 15, 843 VAL. FL. 1, 240). Aen. 1, 610 sic fatus ... petit (*item* 2, 50. 391 deinde. 2, 544 que. 3, 118. 4, 570. 685. 5, 72. 351. 421. 539. 6, 53. 10, 450 *sine* sic. 10, 494. 534. 593 haec ita. 10, 620 fatus *R al.*, -ur *PM*¹. OV. met. 10, 731. 12, 122 fast. 2, 783. 6, 129 SEN. Oed. 935 Tro. 187 LVCAN. 1, 228. 3, 34. 721 *al. etiam* APVL. met. 6, 23. VERG. Aen. 6, 1 sic fatur ... que. 11, 718 haec fatur ... et. LVCAN. 2, 323 sic fatur et ... movit. 2, 516 fatur et ... imperat. 2, 648. 3, 97 *al.* 3, 372 sic postquam fatus, ... convertit). VERG. Aen. 2, 6 quis talia fando ... temperet a lacrimis? 2, 74 hortamur fari, quo sanguine cretus quidve ferat (3, 608). 2, 81 fando aliquod si forte tuas pervenit ad aures ... nomen (OV. met. 9, 8 tandem *trad.* 15, 497). 2, 361 quis funera fando explicet (OROS. hist. 2, 18, 4. 4, 11, 4). 3, 362 fare age (*ad Helenum*) (6, 389 fare age, quid venias. 6, 531 age fare. OV. met. 4, 770 fare precor. SEN. Herc. f. 657 fare casus horridos. 1185 precor ... fare. Herc. O. 755. 774 Med. 202. 538 Oed. 215. 292. 518 audita fare. 805 Tro. 927. 933 dic, fare. 935 VAL. FL. 2, 132. 5, 551. 552 SIL. 13, 666 *al. nota*: AVSON. 164, 1 Aemiliam nunc fare aviam. 413, 44 QVEROL. p. 56, 8). VERG. Aen. 3, 380 farique vetat *Helenum* ... Iuno. 3, 481 quid ... fando ... demoror austros (STAT. Theb. 1, 655). 4, 293 sese ... temptaturum aditus et quae mollissima fandi tempora (VAL. FL. 3, 651. 5, 388 fandi tempusque modumque). 4, 333 quae plurima fando enumerare vales. 6, 46 cui talia fanti. 6, 321 olli sic breviter fata est longaeva sacerdos (*seq. vaticinatio; similiter* 6, 398). 6, 372 talia fatus erat, ... quom. 7, 428 haec ... tibi ... ipsa palam fari ... iussit *Iuno* 9, 599 fandi fictor Vlixes (*ἐπίκλοπος μύθων*; GLOSS. II 408, 52 *πλαστολάλος*). 10, 116 hic finis fando. 10, 225 fandi doctissima Cymodocea (AVSON. 162, 17 tu per mille modos, per mille oracula fandi doctus, facundus). 11, 240 quae referant, fari iubet. 11, 346 det libertatem fandi. 12, 25 haec haud mollia fatu (SEN. Ag. 416 *p. 1031, 1.* AVSON. 211, 23 dulcia fatu verba). 12, 47 ut primum fari potuit, sic institit ore. HOR. epist. 1, 4, 9 qui sapere et fari possit quae sentiat. carm 4, 6, 18 nescios fari pueros (*i. infantes* PORPH.). PROP. 3, 7, 65 subtrahit haec fantem ... fluctus (LVCAN. 5, 672 haec fatum ... fluctus ... levat). 4, 4, 2 Tarpeium nemus ... fabor. OV. fast. 1, 51 simul exta deo data sunt, licet omnia fari verbaque ... libera praetor habet. LIV. 22, 30, 3 quibus te modo nomine, quod fando possum, aequavi. VITR. 2, 1, 1 *homines* significando res saepius in usu ex eventu fari fortuito coeperunt et ita sermones inter se procreaverunt. SEN. Ag. 407ᵃ nam certa fari sors maris dubii

[Vollmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vetat. 416 acerba fatu (*v.* VERG. *p. 1030,75*) poscis, infaustum iubes miscere laeto nuntium. Med. 281 quid seris fando moras. Oed. 293 tarda fatu est lingua. 328 quid fari queam. 511 fari iubes, tacere quae suadet metus. 623 fari horreo. Phaedr. 883 anus...prodet quidquid haec fari abnuit (Tro. 573). 885 ipsa iam fabor, mane. 993 ne metue... fari LVCAN. 2, 241 farique his vocibus orsus (*seq. en. der.*). 2, 284 sic fatur, at illi... reddit Cato... voces. 5, 137 fari... arcana futuri *Sibyllae*. BVC. Eins. 2, 4 nec me iuvat omnia fari. PLIN. nat. 7, 4 cetera *animalia* sentire naturam suam, ... hominem nihil scire nisi doctrinā, non fari, non ingredi, non vesci. 11, 270 qui celerius fari coepere, tardius ingredi incipiunt. VAL. FL. 3, 641 nil se super Hercule fari. 4, 170 fando si nuntius extitit. 4, 560 fandi... Iuppiter auctor. 4, 578 fabor enim. 6, 679 haec fantem medio in sermone reliquit... Iuno. 7, 409 *Iasona* fari... cupit Medea priorem. 8, 184 cursu, quem fabor. SIL. 1, 78 ut fari primamque datum distinguere linguā Hannibali vocem. 1, 188 vis insita fandi (STAT. silv. 5, 3, 101 AQVILA rhet. praef. p. 23, 4. PRVD. c. Symm. 2, 762 qui... fandi viribus audet heu nostram temptare fidem). SIL. 3, 81 cumque datum fari. 12, 636 infrendens dum talia fatur, ecce. STAT. Theb. 2, 174 inter sese ordine fandi cedere. 2, 391 rudis fandi (AVSON. 211, 4. PRVD. cath. 2, 46 fandi ...nescii). 9, 34 cui maxima fando damna vehit. 11, 711 hunc morem fandi longae fecere querelae. Ach. 1, 331 incessum motumque docet fandique pudorem. silv. 1, 4, 35 fandi... opibus... abundas. 2, 4, 16 aves, quīs nobile fandi ius natura dedit (AVSON. 340[B], 4 iudice sub tanto fandi tamen accipiet ius). MART. 9, 27, 13 pudet fari... quod facis lingua. SVET. Aug. 94, 7 cum primum fari coepisset. FRONTO p. 13, 9 N. dii te... facultate fandi et tam eleganti prosperent. p. 203, 6 fandi agendique laudibus. p. 233, 7 'fata' a fando appellata aiunt: hoccine est recte fari? GELL. 5, 9, 1 filius Croesi regis, cum iam fari per aetatem posset, infans erat et cum iam multum adolevisset, item nihil fari quibat (*ἄφωνος et ἐφώνει Herodot. 1, 85*). 16, 3, 1 homo ille fandi dulcissimus. IAVOL. dig. 50, 16, 217 postquam fari potuerit *pupillus* (*ibid. bis*). GAIVS dig. 45, 1, 141, 2 pupillus ex quo fari coeperit. 46, 6, 6 fari non potest *et similiter*. MAECIAN. dig. 36, 1, 67, 3 *bis*. PAPIN. dig. 40, 5, 22, 1 PAVL. dig. 26, 7, 24. 29, 2, 9. 50, 17, 5. VLP. dig. 25, 4, 1, 10 ab anniculo quoad fari possit. 26, 7, 1, 2. 27, 8, 1, 15. 40, 5, 30, 3 (4. 6). 45, 1, 70. 46, 2, 17. 46, 6, 2 (COD. Theod. 8, 18, 8 [*a. 407*] si... filius fandi sumat auspicia. COD. Iust. 6, 49, 7 [*a. 530*]). APVL. apol. 7 cui ulla fandi cura sit. 95 omnes fandi virtutes. ITALA Ioh. 3, 37 (Tert. orat. 1) qui de terra est... terrena fatur (*λαλεῖ*, VVLG. loquitur). exod. 12, 3 (Ps. Cypr. pasch. 1) fare (*λάλησον*, VVLG. loquimini) ad omnem synagogam filiorum Israel dicens. SOL. 3, 4 lapidem fatu dignissimum. PANEG. 10 (4), 3, 2 potens fandi (AVSON. 1, 5 bellandi fandique potens. Mos. 400). IVVENC. 4, 114 discipuli increpitant fantes. CARM. de fig. 118 'interiectio', cum quaedam medio ordine famur. PALLAD. 14, 12 urbanum fari rusticitatis opus MAR. VICTORIN ad Iust 4 quantum sermo sufficit fari. AVIEN. ora 146 quae supra fa[e]ti sumus. 636 ostiorum *Rhodani* fabimur divortia. orb. terr. 394 nunc... Europae fabor latus (472. 1331). 811 quis valeat... nomina fari. AVSON. 159, 3 fandi... carentia cultu. 194, 2 fandi nobilis. 194, 16 cursusque tot fandi et rotae. 204, 7 gloria fandi. 304, 12 fandi tacendi... modus (406, 102). 322, 74 fandi... vigorem. 323, 10 admonitor morumque... fandique. 406, 81 fandi Titianus artifex. 211, 18 heroas... fando referres. 406, 9 dulcius circumloquar diuque fando perfruar. 406, 36 quem nemo fando dixerit, qui non prius laudaverit. 413, 44 haec fare cursim nec moratus pervola 319, 63 non aspernabere fari (*seq. votum*). 406, 41 si sinet tenore fari obnoxio. 122, 5 vix tamen est fatus (*seq verba*). 192, 11 moresne fabor et tenorem regulae? DICT. 1, 19 mulier... deo plena Dianae iram fatur (*i. caticinatur*). VVLG. Is 59, 3 lingua vestra iniquitatem fatur (*μελετᾷ*). PRVD. perist. 2, 357 haec fante praefecto. PAVL. NOL. carm. 31, 519 eos homines ..nomine fari. AVG. civ. 21, 16 p. 519, 18 D. licet fari iam valeat et ideo infantiam transisse videatur. 22, 8 p. 568, 18 expavit... atque ubi se collegit farique potuit. conf. 1, 8, 13 non... eram infans, qui non farer, sed iam puer loquens eram. CYPR. GALL. gen. 448 servo semper concordia fanti. exod. 190 deum tam candida fantem num. 664 dissona fantem. ZACCH. 2 praef. quantum audire farique liceat. MACR. sat. 1, 16, 3 cum hostia caeditur, fari nefas est, inter caesa et porrecta fari licet MART. CAP. 1, 36 fandi... venustatem. 1, 85 fantem audire. 2, 122 fandi... ordinem (INSCR. christ. Rossi II p. 264 v. 21). 2, 126 virus omne fanti *Mercurio*. 3, 222 artes... vera fantes (*opp.* mythi). 3, 266 diversitas fandi. 3, 289 fandi... portio. 4, 335 fandi possibilitatem per scholas Ausonias comparavit. 4, 327 primordia fandi advehit *Dialectica*. *ibid.* inter templa deum fas est, Dialectica, fari. 4, 423 perita fandi. 5, 470 per quosdam fandi cuniculos obicienda monstramus. PROSP. carm. de ingrat. 880 studium fandi excoluit. MAR. VICTOR aleth. 2, 352 talia fante deo. EVSTATH. Bas. hex. 7, 4 p. 941[B] pisces... certis significationibus fari videntur. SIDON. epist. 1, 9, 2 fabor... super his aliqua. 9, 14, 7 fando adaequaverit. VICT. VIT. 3, 24 ut fati sumus (3, 57). 3, 61 si... eis fari de talibus rebus licuisset. SEDVL. op. pasch. 5, 28 p. 296 dic, nefande custos, fare, scelerata legio. POMER. 1, 2, 1 neque enim, quia deum ineffabilem credimus, fari de illo quod possumus non debemus. ALC. AVIT. epist. 4 p. 30, 19 fandi licentiam... praestare. GREG. M. moral. 23, 36 quis digne fari queat illam ineffabilem nativitatem. CARM. epigr. 709, 12 (*fere a. 542*) tantaque fari nequeo, quantae insunt gratiae opes. *nota*: AVSON. 178, 14 manes placidos pia cura retractat atque Pudentillam fantis honore colit (*i affandi verbis piis*). *translate*: INSCR. christ. Rossi II p. 170 n. 26, 21 cuius et studium ingens fundamenta... fantur.

partic. **fandus, -a, -um** *quod dici licet.* DON. Ter. Eun. 1059 *inter proverbialia* fanda nefanda. *cf.* dicenda tacenda *vol. V p. 989, 79.* CATO or. frg. 10, 1 *v. p. 1030, 15* LVCIL. 55 *v. p. 1030, 18.* CATVLL. 64, 405 omnia, fanda nefanda. VERG. Aen. 1, 543 deos memores fandi atque nefandi. LIV. 10, 41, 3 respersae fando nefandoque sanguine. LVCAN. 1, 634 non fanda timemus. 2, 176 non fanda piacula. STAT. Theb. 12, 375 si tu quoque dura Creontis iussa times (si quid non fanda *Priscian.*). APVL. flor. 16 p. 68 potius implere fata quam fanda. CYPR. epist. 55, 9 cum... tyrannus... fanda atque infanda comminaretur. PANEG. 10, 7, 4 maiestas fandi ac nefandi discriminatrix. RVFIN. apol. Orig. 1, 21 p. 559[C] fanda... omnia atque infanda temptantur. 2, 37 p. 615[C] fanda atque nefanda conscribere. MART. CAP. 9, 998 *satura* fandis tacenda farcinat. PRISC. Anast. 79 hostes... non fanda furentes.

forābilis, -e *a* forare. *qui percelli potest*: OV. met. 12, 170 nulloque -is ictu Cycnus. PLIN. nat. 16, 227 *ligna* -ia ac sectilia, quae modice umida.

forāgo, -inis *f.* [*recte a* forando *ducere videtur Paulus Festi. Th.*]. PAVL. FEST. p. 90 -o: filum, quo textrices diurnum opus distinguunt, a forando dictum. GLOSS. V 21, 39 (farago) = 70, 4 -o: nota in textura significans cuiusque diei opus. 600, 20 -o: trames diversi coloris. SYMM. epist. 6, 67, 2 obambulans inter pensa et -es puellarum.

forālis, -e *a* forum. CONC. Matiscon. a. 585 (Mon. Germ. leg. III 1) p. 171, 18 quosdam clericorum... ad -es reorum sententias frequenter accedere. GREG. M. epist. 1, 60 p. 83, 19 ut -is illi (*feminae*) inquietudo submoveri debeat (1, 62 p. 84, 23). 1, 67 p. 87, 19 a litigiis -bus monachos submovere. 3, 57 p. 216, 25 nihil cum scandalo, nihil cum -i strepitu... definire [CARM. epigr. 1388, 3 eorale decus *corrigendum in* florale]. *Vollmer.*

✖**forāmen,** -inis *n.* [*a* forare. *Th.*]. *de etymologia: a* forare *derivant*: PRISC. gramm. II 126, 1 GRAMM. suppl. 75, 5. 113, 17. *a* fores: NON. p. 35, 25 (= GLOSS. V 650, 48) -a quasi diminutive a foribus dicta. *de genere: masc. est* CHIRON 59 quousque maior (maius VEG. mulom. 2, 13, 5) -n vulneris fiat. 84 eum -n. BOETH. arithm. 2, 50 alios (*sc.* -*a*). *fem.* (*?*): VINDIC. gyn. p. 432[8] -a... per quas *eqs.* DIOSC. 5, 106 -n... ex qua *eqs.* *forma* far-*? v. p. 1033, 51.* *de notione*: GLOSS. *ὀπή, τρῦπα. τρυμαλιά. τρύπημα. τρώγλη* (EXC. Bob. gramm. I 554, 14). -a cavernae. puncto -e (*v. p. 1033, 54*). AVG. quaest. hept. 2, 154 p. 191, 15 hoc (*vocem ὀπή*)... -n vel cavernam rectius interpretamur. *legitur inde a* CATONE *apud* SISENNAM (hist. 86) VARRONEM CIC. (Tusc. 1, 47) LVCR. *al., in pedestri praecipue sermone.* [*it.* forame, *hisp.* horambre. *M.-L.*]

i. q. locus, ubi res perforatur, caverna, hiatus, rima, os sim.: **I** *generaliter*: **A** *in rebus inanimatis*: CATO agr. 18, 2 -a (*sc. in arbores facito*) longa p. III S. exsculpta digit. VI; ab solo -n primum (*cf.* 19, 1) p. I S (19, 1 supra -a arborum. *cf. ibid.* in suculam sena -a indito [VITR. 10, 2, 2. 10, 3, 2]. 21, 2 -a ubi feceris *in cupam*, lamnis circumplectito [21, 3 ne -a *in cupa* maiora fiant, quo cupulae minusculae indentur]. VARRO rust. 1, 14, 2 palis... perforatis et per ea -a traiectis longuris). 22, 4 -n (*sc. in orbes facito*) semipedem quoquo vorsum (135, 7 -n in orbes semipedem quoquo vorsum facito). VARRO rust. 3, 16, 16 media alvo, [in] qua introeant apes, faciunt -a parva (3, 16, 22 ad -n introitus [COLVM. 9, 8, 2 aditus]. 3, 16, 29 COLVM. 9, 7, 5. 9, 8, 11 *al*). 3, 16, 32 favorum (SEN. epist. 121, 23. *cf.* COLVM. 9, 11, 4 *pars, in qua regii generis proles animatur, est* laxioris fistulae, quam sunt reliqua -a, quibus popularis notae pulli detinentur. PS. QVINT. decl. 13, 18 PALLAD. 7, 7, 9). CAES. civ. 3, 53, 4 inventa sunt in *scuto* -a *tot* (*telis facta; cf* VAL. MAX. 3, 2, 23). OV. met. 3, 123 vitiato fistula plumbo scinditur et tenui stridente -e longas eiaculatur aquas (SEN. nat. 1, 3, 2). 6, 697 cum subii (*Boreas*) convexa -a terrae ([*syn.* 698 cavernis]. SOL. 5, 15 demersum -n *in terra*, qua Ditem... fama est lucem hausum. 43, 2 -is caeci profundo. IVST. 24, 6, 9. AMM. 23, 6, 18. 24, 4, 30 [*syn.* fovea, specus]. *paulo aliter p. 1034, 37*). SEN dial. 4, 10, 8 *nauta* manifesta -a *in nave* praecludit, latentibus et ex occulto sentinam ducentibus labore continuo resistit. COLVM. 4, 29, 13 per -n *vitis terebra factum* transmittas *traducem palmitem* (*sic saepe in insitione*: 4, 29, 14 sarmentum... artatur -i. 4, 29, 15. 16. 5, 9, 16 arb. 8, 4 PALLAD. 3, 17, 7 *al*). 9, 8, 9 terebratur ... talea, per quod -n... melle... instillato ponitur *eqs.* (*ibid.* apposito -i pollice). APVL met. 6, 14 fontes... proni -is *in saxo* lacunis editi (VVLG. Iac. 3, 11 numquid fons de eodem -e emanat dulcem et amaram aquam? *cf.* exod. 33, 22 ponam te in -e petrae. cant. 2, 14 Is. 7, 19 *al.*). *in muro, pariete, tecto sim.*: SISENNA hist. 86 neque porta neque ullum -n erat, qua posset eruptio fieri (GREG. M. in Ezech. 1, 7, 6 p. 843[A] si unum -n apertum relinquitur, unde ab hostibus intretur. *cf.* SIL. 14, 333 angusta -a murus arte cavata dabat, per quae clam fundere tela tutum erat. VEG. mil. 4, 4). BELL. Alex. 1, 4 ex aedificiis... per -a in proxima aedificia arietes immit-

(Bauer)

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

3 *pluralis pro fratre et sorore* (*cf.* SCAEV. dig. 32, 93, 3 *l. 67.* BEDA gramm. VII 273, 30 -es dicuntur . . . etiam masculus et femina sive plures utriusque sexus eodem patre vel matre eadem generati -es promiscue vocantur): CIC. part. 56 moventur homines . . . amore ut -um, ut coniugum, ut liberorum, ut familiarium. 88 coniuges . . . et liberi et -es. VATIN. Cic. epist. 5, 10[a], 2 -es liberos parentes occisos. OV. met. 15, 459 animas . . . parentum aut -um. SEN. nat. 3, 18, 6 -um propinquorumque extrema hora deseritur. epist. 95, 45. 115, 8 TAC. hist. 4, 65. 5, 5 ann. 12, 4 -um . . . incestum. CALP. decl. 43 -es. SCAEV. dig. 32, 93, 3 quaesitum est, an, quod heredes -bus restituere rogati essent, etiam ad sorores pertineret. respondit pertinere, nisi aliud sensisse testatorem probetur. MOD. dig. 2, 14, 35 tres -es Titus et Maevius et Seia. PAVL. dig. 10, 2, 38 L. et Titia -es. TERT. scorp. 10 -es nostros et patres et filios. CAPITOL. Max. Balb. 5, 2 cui -es quattuor pueri fuerunt, quattuor puellae. SCHOL. Stat. Theb. 3, 560 Deucalion et Pyrrha, -es idemque coniuges. AMBR. exc. Sat. 1, 54. AVG. civ. 22, 8 p. 579, 20 D. decem . . . -es, quorum septem sunt mares, tres feminae. gen. ad litt. 12, 27 p. 421, 18 COD. Iust. 3, 38, 12, 1 *bis.* 2 *bis.* 6, 26, 9, 1. 6, 56, 7, 2 (*nota ibidem* cum -bus . . . cum sororibus, cum -bus vel promiscui generis). 6, 58, 13, 1. 3. 6, 59, 11, 1. 11, 48, 22, 4 (*passim etiam* -es et sorores). CORP. III 3107 Hilarioni et Revocate -bus. 9735 frateres: frater(es) fecerunt. V 1091. 3497. 4908. VI 13095. 14959. VIII 1574, 4. 1858, 11. 20300 (*a. 363*). X 3751. XII 684. XIII 2276. 3798. 7504. *cf.* 7505 INSCR. christ. Rossi I 330 (*a. 383*). 710 (*a. 442* = CARM. epigr. 1355) Remo et Arcontiae, qui natione Galla germani -es adalti . . . haec tenet urna duos, sexu sed dispare -es. *cf. et sing.*: OV. fast. 2, 624 procul impius esto -r *quod et de sororibus valet.*

B ***liberius***: 1 *de populis: socii Romanorum*: CIC. Att. 1, 19, 2 Haedui, -es nostri. epist. 7, 10, 4 -es nostri Haedui. CAES. Gall. 1, 33, 2 Haeduos -es consanguineosque saepenumero a senatu appellatos. 1, 44, 9. LVCAN. 1, 427 Arverni . . . ausi Latio se fingere -es sanguine ab Iliaco populi. PANEG. 8 (5), 2, 4. 8 (5), 3, 1. *v. Hirschfeld, Sitz.-Ber. Berl. Ak. 1897, 1111; Norden, ibid. 1918, 110 cum adn. 4.* [*falsus est titulus de Batavis* CORP. XIII 1338*.] CORP. XIV 3608, 19 Dacorum -um. *aliorum*: CAES. Gall. 2, 3, 5 Suessiones . . . -es consanguineosque *Remorum.* VVLG. I Macc. 12, 11 decet meminisse -um. 12, 21 de Spartiatis et Iudaeis, quoniam sunt -es et quod sunt de genere Abraham. *de civibus eiusdem populi*: VERG. georg. 2, 510 gaudent perfusi sanguine -um. HOR. carm. 1, 35, 34 sceleris pudet -umque *et alibi de bello civili.* CORP. VIII 12286 *monumentum illi* p(ro) -bus . . . fecerunt. TERT. adv. Marc. 3, 18 p. 406, 17 persecutionem . . . passus est . . . Christus a Iudaeis carnaliter ⟨-bus⟩. HEGES. 4, 7 v. 50 multi iam ex -bus capti. VVLG. exod. 2, 11 vidit *Moyses* virum Aegyptium percutientem quendam de Hebraeis -bus suis (*ἀδελφῶν*). 4, 18 *et passim.* num. 18, 2 -es tuos de tribu Levi. deut. 3, 18 -es vestros filios Israel *et saepe.* AVG. civ. 20, 17 p. 445, 25 D. pro Israhelitis carnalibus -bus suis *Pauli.* quaest. hept. 5, 26 ne fieret alienus sed -r, id est ex eodem populo indigena.

2 *appellatio blanda pro caro, amico, sodali, amasio* (*cf.* PAVL. dig. 28, 5, 59, 1 qui -r non est, si fraterna caritate diligitur, recte cum nomine suo sub appellatione -is heres instituitur. ORIG. in Matth. 13, 30 differentia . . . est inter -em et eum qui nominatur -r. *Friedländer, Sittengesch. I[8] 451; Engelbrecht, Titelwesen bei den spätlat. Epistolographen 1893 p. 11*): TIMARCH. ap. Cic. Verr. 4, 155 volo, mi -r, fraterculo tuo credas, *ubi* Cic. *addit*: consorti quidem in lucris atque furtis, gemino et simillimo nequitia improbitate audacia. HOR. epist. 1, 6, 54 '-r' 'pater' adde. PHAEDR. 1, 29, 5 asellus apro cum fuisset obvius, 'salve' inquit '-r'. ille indignans repudiat officium. PETRON. 9, 3. 4 iste -r seu comes. 9, 10 cuius eadem ratione in viridario -r fui qua nunc in devorsorio puer est. 10, 6 cras . . . mihi prospiciam . . . aliquem -em. 11, 2. 3. 4. 13, 2. 24, 6. 25, 7. 43, 4. 5. 79, 9 cum -e non suo. 80, 5. 6 -em Ascylton elegit. 91, 2. 97, 9. 101, 8. 9. 127, 2. 3. 7. 129, 1. 8 si triduo sine -e dormieris. 130, 8. 133, 1 (*cf.* CORP. II 498 Gratus L. Iul. Secundi num(mularii) -r et ser(vus) ann. XXV). CALP. ecl. 1, 8 -r Corydon. 4, 17. 78. HYG. mun. castr. 45 domine -r. MART. 2, 4, 3 *mater* -em te vocat et soror vocatur (*cf.* ANTH. 446, 6 *seq.*). MART. 9 praef. mi Torani, -r carissime. 10, 65, 3 *sqq.* 12, 44, 3. IVV. 5, 135 'vis, -r, ab ipsis ilibus?' o nummi, vobis hunc praestat honorem, vos estis -es! FRONTO p. 179, 19 N. *voc.* -r. p. 180, 14. 188, 12 domine -r. 191, 10 -r Contucci. CORP. VI 2120 (*a. 155*) Desideri(um) -r. APVL. met. 2, 13 tu . . ., -r. 8, 7 illum amicum coaetaneum contubernalem, -em denique addito nomine lugubri ciere. 8, 9. 9, 7. MIN. FEL. 3, 1 Marce -r (5, 1). 16, 5 meus -r. ANTH. 498 (*in ludo tabulae*) irasci victo minime placet optime -r. TAB. lus. Bonn. Stud. f. Kekulé p. 231 n. 14 domine -r, ilaris semper ludere tabula. ANTH. Palat. 10, 44 *δόμινε φράτερ.* CAPITOL. Aur. 18, 1 CARM. epigr. 470, 3. VVLG. gen. 19, 7 *Loth ad Sodomitas* -es mei (*ἀδελφοί*). 29, 4 *ἀδελφοί et passim.* lev. 19, 17 non oderis -em tuum (*ἀδελφόν*) in corde tuo. *item passim; nota* deut. 15, 9 ne . . . avertas oculos tuos a paupere -e tuo. 15, 11 ut aperias manum -i tuo egeno. II reg. 1, 26 doleo super te, -r mi Ionatha. AVG. loc. hept. 2 p. 507, 32 (*ad* exod. 10, 23) notandum -em hominis quemlibet hominem dici. quaest. hept. 1, 16. CORP. III 2509 peto bos, -es (*i. homines*), ne qui alium ⟨inferatis sepulcro⟩. *nota*: VVLG. Iob 30, 29 -r (*ἀδελφός*) fui draconum et socius struthionum. *in usu aulico sim.*: COD. Iust. 1, 48, 2 (*a. 384*) *vetatur celsiores* -es . . . nominare. PANEG. 2 (10), 9, 3 quod omni consanguinitate certius est, virtutibus -es (3 [11], 7, 5). CAPITOL. Alb. 7, 3 Imp. Severus . . . Clodio Albino Caesari, -i amantissimo et desiderantissimo, salutem . . . dilectus es -r animi mei, -r imperii. AVR. VICT. Caes. 20, 3 Commodum . . . -em appellans *Septimius* (*cf.* CASSIOD. var. 6, 21, 4 a principe -r vocaris *rector provinciae*). SYMM. epist. 1, 39. 69. 4, 48. 66. 67 *al.* AMM. 15, 8, 12 amantissime mihi omnium -r. 17, 5, 3 rex regum Sapor . . . Constantio Caesari -i meo . . . salutem (CASSIOD. var. 3, 1, 4. 3, 3, 2). INSCR. numm. Cohen VII[2] p. 43 n. 1 Carausius et -es sui. *plur. ad coniuges*: RVRIC. epist. 2, 1 tit. p. 372, 4 domnis . . . -bus Namatio et Cerauniae (2, 2. 3 *al.*).

christiane: MIN. FEL. 9, 2 se promisce appellant -es et sorores. 31, 8 nos . . . -es vocamus ut unius dei parentis homines, ut consortes fidei, ut spei coheredes. TERT. idol. 2 neglegentia caritatis in -em, sicut Iohannes docet, homicidam esse, qui oderit -em. 13. 14. 15. 23 scorp. 12 orat. 7. 11. 18. 26. apol. 39 *fuse de re.* bapt. 20 pudic. 2. 3. 8 quaerant . . . alium Christiani suum -em, Iudaeum enim parabola non recipit. 18. 21. ieiun. 17 cum apostolus duplicem honorem dederit ut et -bus et praepositis. anim. 26 *et passim apud* ECCL. *cf. Watson, Style of Cyprian p. 272. 276; Morin, Revue Bénéd. 30 (1913) p. 288 et adn. 2.* *nota*: TERT. adv. Val. 12 p. 191, 13 novis -bus. adv. Marc. 1, 1 tunc -is, dehinc apostatae. 1, 20 p. 316, 5 falsos -es. p. 317, 4 falsos et apostolos et -es. 3, 22 p. 416, 4 -es Christi, filios scilicet dei. 4, 16 p. 468, 20 qui inimici sunt . . . -es appellandi sunt. 5, 3 p. 574, 19 falsos et superinducticios -es (*cf.* VVLG. Gal. 2, 4). COMM. instr. 1, 34, 5. 2, 6, 1. 7. 2, 20, 1 *al.* LACT. inst. 5, 15, 2 *de causa* (*cf.* AVG. serm. ed.

[Vollmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Mai 180,2). Hil. coll. antiar. B I 6 -r et comminister meus. B II 1,2 -bus nostris et coepiscopis. Epist. episc. a. 359 (Hil. coll. antiar. B VIII 1) dilectissimis -bus . . . synhodi legatis. *al.* Hil. myst. p. 23, 17 F. nonne Christus ... populum suum, qui secundum carnem ei -es sunt, visitat? Optat. 1,4 p. 5,22 Parmenianum ... -em nostrum, si tamen se a nobis vel hoc nomine nuncupari permittit. Priscill. can. 1,3 p. 3,9 *al.* Maximin. c. Ambr. 39 p. 15,19 multi -es sed ingenit⟨us⟩ unus. Hier. epist. 3,2,3. *saepe in praeceptis Christi, ut* Vvlg. Matth. 5,22 qui irascitur -i suo. 5,23. 24. 7,3 quid ... vides festucam in oculo -is tui. *al.* 23,8 omnes ... vos -es estis. act. 2,29 viri -es (2,37. 7,2 *al.*). 11,1 apostoli et -es qui erant in Iudaea. 15,23 apostoli et seniores -es. II Cor. 11,26 in falsis -bus (Gal. 2,4 *al.*). Col. 1,2 fidelibus -bus. Iac. 2,15 -r et soror. *nota*: Orig. in Matth. 18, 73 revera . . . -es *Christi* sunt, qui perfecti sunt et imitatores eius. Cod. Iust. 1,1, 8, 22 patriarcham vestrum -em (*ad archiepiscopum Romae*). Act. synh. Rom. a. 502,11 (Cassiod. p. 448,6).

speciatim de monachis: Itin. [Silv.] 2,7. 10,3 diaconibus . . . et -bus aliquantis id est monachis. 15,3 multi -es sancti monachi. 16,2. 47,4 -es et sorores graecolatini. Hier. epist. 3, 4, 2 nullus monachorum, ne parvulus quidem ... Onesimus, quo velut -e minusculo fruebatur. 6,2,1 *al.* 52,4,3 -em collegio, patrem senio (60,13,3). Epiphan. Hier. epist. 51, 1, 3 in monasterio -um et -um peregrinorum. Bened. reg. prol. 37, 29. 36 *et passim.*

nota: opponitur marito vel amasio: Lygd. 1,23 tibi vir quondam, nunc -r, casta Neaera. Ov. met. 9,494 nil nisi -r eris. *al. econtra*: Mart. 2, 4, 3 -em te vocat et soror vocatur. Svlp. Sev. dial. 1, 9, 2 virgo -em quaerit extraneum. *cf.* Cic. Cael. 32 cum istius mulieris (*Clodiae*) viro — -e volui dicere, semper hic erro.

3 *de collegiorum sodalibus*: Varro ling. 5, 85 -es arvales (*v. vol. II 725, 59 sqq.*). Pavl. Fest. p. 5. Plin. nat. 18, 6 arvorum sacerdotes Romulus ... instituit seque duodecimum -em appellavit. Masvr. Gell. 7, 7, 8. Corp. VI 467 coll. Velabrensium ... curat(or) . . . -b(us) suis. V 7487 fabrI . . . -es (*sic explicandum?*). *de Mithrae initiatis*: Corp. III 3384 (*a. 213 aut 222; fort. proprie*) -es. 3415 deo Arimanio libella leo -bus voto dic. 3908 -bus ex iuso numinis. 3959 D. i. M. . . . -es. VI 727 *ille* cum . . . patre et . . . -bus. *in cultu Iovis Dolicheni*: Corp. VI 406 (= 30758) patronos, -es carissimos et collegas hon. III 3908. *in cultu Bellonae*: Corp. VI 2233 *illi ille* -i et domino suo.

4 *proverbia sim.*: Pompon. Atell. 180 tamquam -r mihi sis, medium abdomen ⟨te⟩cum dividam. Dom. Mars. carm. frg. 1,1 omnia cum Bavio communia -r habebat, unanimi -es sicut habere solent. Sen. Thy. 535 meum esse credo quidquid est, -r, tuum. epist. 88,11 agellum . . . nescio cum -e dividere. Petron. 11, 4 sic dividere cum -e nolito. Mart. 5, 38, 2 Qvint. inst. 7, 1, 45. *de pietate*: Ter. Andr. 292 te in germani -is dilexi loco. *cf.* Don. Ter. Ad. 257 *p. 1254, 5.* Cic. Planc. 29 quem veretur ut deum . . ., amat vero ut sodalem, ut -em, ut aequalem. p. red. in sen. 29 *Pompeius* populum Romanum pro me tamquam pro -e . . . hortatus sit. 37 -r, qui in me . . . amore, ut erat, -r inventus est (p. red. ad Quir. 8). Brut. 126 -i pietatem . . . praestare. part. 56 moventur homines . . . amore ut -um. Att. 1, 5, 2 litteras . . . quibus et placarem ut -em et monerem ut minorem. Met. Nep. Cic. epist. 5, 3, 1 te mihi -is loco esse duco. Lent. Cic. epist. 12, 14, 7 -is ... loco mihi est. Cic. epist. 13, 1, 5 Atticum sic amo ut alterum -em. ad Q. fr. 1, 3, 3 quem meus Cicero et amabat ut -em et iam ut maiorem -em verebatur. Sall. Iug. 10, 5 quis . . . amicior quam -r -i? Ov. met. 1, 145 -um . . . gratia. Pont. 1, 7, 31 -r, tanto tibi iunctus amore quantus in Atridis Tyndaridisque fuit. 4, 12, 22. Sen. contr. 1, 1, 7 ut boni -es sint. Val. Max. 5, 5, 4 *exempla pietatis fraternae.* Sen. Thy. 1027 -r hoc -em rogo. dial. 12, 16, 3 quomodo suos -es pii -es ament. *et passim. nota*: Pavl. Fest. p. 14 plus sorores a -bus quam -es diligi solent. Mart. 5, 28, 3 pietate -es Cur⟨v⟩ios licet vincas. Qvint. decl. 286 p. 152, 30 ut concordes essent -es. 321 p. 262, 11 si essem malus -r. Tac. ann. 12,46 coniunctionem -um. Plin. epist. 7, 23, 2 Paneg. 8 (5), 4, 1. Amm. 28, 4, 21 ita concordes ut Quintilios esse existimes -es. Vvlg. prov. 18, 24 magis amicus erit quam -r. Anth. 428, 3. *cf.* Ter. Ad. 708 si -r aut sodalis esset, qui magis morem gereret? *e contrario*: Catvll. 64, 399 perfudere manus fraterno sanguine -es. Lvcr. 3, 72 crudeles gaudent in tristi funere -is. Verg. Aen. 6, 608 quibus invisi -es. 7, 335 tu, *Allecto,* potes unanimos armare in proelia -es. Ov. fast. 2, 624 impius . . . -r et *noverca.* Liv. 45, 19, 16 fabulis traditus impiorum -um eventus (Sen. contr. 1, 1, 23). Gratt. 452 pretio -um . . . sollicitare caput. Manil. 4, 83 mutuaque armati coeunt in volnera -es. Sen. contr. exc. 6, 7 audite rem novam: -em crudelem, novercam misericordem. contr. 7, 1, 6. 9, 6, 3 soror -i venenum dedit. Sen. Phoen. 355 non satis est adhuc civile bellum: -r in -em ruat. 362 saeva -um bella. Thy. 40, 47. 219 nefas nocere vel malo -i puta. Lvcan. 1, 376. 2, 151. 3, 354. 4, 563. 7, 182. 550. 626. 763. *declamationes de -bus discordibus*: Qvint. decl. 321 *et* 328 *et* 336. Tac. ann. 4, 60 solita -bus odia. 13, 17 antiquas -um discordias. 15, 2 odia. Firm. err. 11 a parricidis -bus. Clavd. 15, 397 naturamque simul -emque hominemque cruentus exuit. *de statura*: Plavt. Persa 699 videor vidisse hic forma persimilem tui, eadem statura. :: quippe qui -r siet. Varro ling. 10, 29. Cic. Verr. 4, 155 *p. 1258, 30.* Pavl. Fest. p. 91 *v. s.* fratro *p. 1260, 73.* Stat. Theb. 7, 291 *sqq.* Mart. 10, 65, 5. Plavt. Mil. 62 'hicine Achilles est?' inquit mihi. 'immo eius -r', inquam, 'est'. Amm. 22, 14, 3 grandia . . . incedens tamquam Oti -r et Efialtis. *de ingenio*: Clavd. 21, 245 ingenio scelerumque cupidine -es (*i. pares*). *varia*: Vvlg. prov. 27, 10 melior est vicinus iuxta quam -r procul. Rvfin. Adamant. 1, 27 antiquum proverbium . . . 'qui vendit et qui emit, -es (*ἀδελφοί*) sunt.

II ***non de hominibus:*** *de bestiis*: Ov. met. 3, 220 Cyprio velox cum -e Lycisce *canis.* 4, 786 Pegason et -em *Chrysaora.* Gratt. 299 levis deducet pondere -es *canes.* Manil. 5, 313 *haedi.* Porph. Hor. serm. 2, 3, 316 'cognatos' (*i. ranas*) pro -bus posuit. *de libris*: Ov. trist. 1, 1, 107 positos ex ordine -es, quos studium cunctos evigilavit idem. *de ventis*: Ov. met. 1, 60 *v. p. 1255, 49.* 6, 693. 14, 545 Astraei . . . -es. fast. 5, 203 Germ. frg. 5, 9 Val. Fl. 2, 365. 6, 164. 8, 323. *montes*: Mela 1, 28 montes ... quasi de industria in ordinem expositi ob numerum 'septem', ob similitudinem '-es' nuncupantur. Plin. nat. 5, 18 *iidem.* Mart. Cap. 6, 668 Isid. orig. 15, 1, 73. *de fluviis*: Avson. Mos. 430 tu, *Rhene*, -em *Mosellam* . . . adopta. *varia*: Tert. resurr. 63 p. 124, 20 nemo, *o anima*, magis -r tuus quam *caro*, quae tecum in deo nascitur. Orig. in Matth. 17, 31 in adventu . . . Christi mortuus est -r prior i. e. sermo legis.

frāterculo, -āre [*a* fraterculus, *cf.* fratrare. *Th.*]. Fest. p. 297 sororiare mammae dicuntur puellarum cum primum tumescunt, ut fraterculare puerorum. Plautus in Frivolaria (frg. VIII): tunc papillae primu⟨lu⟩m -bant, illud volui[t] dicere, sororiabant. *adnotationem Festi non plane rectam esse apparet. cf.* fratro.

frāterculus, -ī *m.* [*a* frater *deminutive. Th.*]. Gramm. suppl. 70, 11 frater -us. Plavt. Cist. 451 germana mea sororcula :: repudio te -um :: tum tu igitur mea matercula :: repudio te -um (*posteriore loco erratum est in codd.*). Timarch. epist. Cic. Verr. 4, 155 volo, mi frater, -o tuo credas. Ivv. 4, 98 malim -us esse gigantis (-tum *Prisc.*).

frāternitās, -tātis *f. a* fraternus. Gloss. ἀδελφότης.

I *proprie: fratrum inter se coniunctio et pietas*: Qvint. decl. 320 p. 255, 22 sacra res est et quaedam -s propositum sociorum (-orum animorum *trad.*). 321 p. 259, 7 quae potest amicitia esse tam felix quae imitetur -em? p. 260, 9 quid est aliud -s quam divisus spiritus et quae ad tuendos nos a natura concessa sunt, multiplicata? p. 260, 21 vult detrahere -i auctoritatem: 'discordes' inquit 'fuistis'. p. 260, 25 aliquid ex summa -is gratia defuisse. p. 261, 17 postea . . . gratia et rursus solida -s, immo hercule maior artiorque coniunctio post paenitentiam. p. 263, 19 seponite -em. 327 p. 286, 26 ne -is quidem eadem iura futura erant inter tam dissonantes tamque discordes. Ps. Qvint. decl. 8, 3 non -e, non animae corporumque consortio. 14, 2. 16, 2 -is affectum. Flor. epit. 4, 2, 74 -s ducum *Pompeiorum.* Vlp. dig. 17, 2, 63 pr. cum societas ius quodammodo -is in se habeat. Gaivs dig. 23, 2, 17 pr. per adoptionem quaesita -s. Cod. Iust. 4, 19, 13 (*a. 293*) -is quaestio. Tert. apol. 39 p. 262 substantia familiaris ... penes vos fere dirimit -em. Firm. math. 7, 11, 5 signum numerum -is ostendit. Optat. 1, 3 nomen -is ... deponitur. Sidon. epist. 4, 1, 1 soror mihi quae uxor tibi . . . inde . . . patruelis, non germana -s. *de fratre et sorore*: Chalc. transl. 40 Iuppiter et Iuno ... de quorum -e fama celebratur.

II *liberius: amor inter homines omnes*: Lact. inst. 5, 6, 12 -is vinculo. 5, 22, 7 iure -is. Optat. 4, 1 nomen -is. *de sociis*: Tac. ann. 11, 25 *Aedui* soli Gallorum -is nomen cum populo Romano usurpant. *de iisdem* Paneg. 5 (8), 21, 2 Romanae -is nomen. 8 (5), 3, 2. 4 Aeduorum. Vvlg. I Macc. 12, 10 renovare -em (*ἀδελφότητα*) et amicitiam *inter Iudaeos et Spartiatas.* 12, 17 de innovatione -is nostrae.

inter Christianos: Tert. apol. 39, 10 nulla de nostra -e tragoedia exclamat. praescr. 20 appellatio -is. virg. vel. 2 cum quibus . . . communicamus ius pacis et nomen -is. cult. fem. 2, 1 iure conservitii et -is. adv. Marc. 5, 14 p. 625, 23 amore -is. Herm. Pal. mand. 8, 10 -em (*ἀδελφότητα*) custodire. Gavdent. serm. 20 p. 996^{A} cum dominus eos (*Paulum et Petrum*) in vera -e coniunxerit. Filastr. 156, 9 dilectionis et -is. Vvlg. Rom. 12, 10 caritate -is (*φιλαδελφία*) invicem diligentes (I Thess. 4, 9 Hebr. 13, 1 II Petr. 1, 7). I Petr. 1, 22 in -is amore (*φιλαδελφίαν*). Pavl. Nol. epist. 4, 5 *et passim.*

i. q. fratres: Tert. scorp. 8 p. 161, 8 trina -s (anim. 48 p. 379, 18). carn. 7 p. 441 annuntiata matre et -e. Optat. 6, 1 -is munera. *nota*: Cod. Iust. 6, 58, 13, 3 (*a. 531*) in totam -em dominium ... cedere.

christiane: Tert. pudic. 13 p. 243, 26 ad exorandam -em. ieiun. 7 p. 283, 12. Vvlg. I Petr. 2, 17 omnes honorate, -em (*ἀδελφότητα*) diligite. 3, 8 -is amatores. 5, 9 eandem passionem . . . vestrae -i fieri. Pavl. Nol. epist. 23, 8 -em . . . monacham. *nota*: Avg. civ. 21, 27 p. 547, 21 D. non ipsi -i (*i. fratri*), sed peccato eius infensus est.

i. q. congregatio Christianorum, ecclesia: Tert. pudic. 7 p. 233, 26 nec gaudium confert repertrici ecclesiae, sed luctum nec congratulationem advocat vicinarum, sed contristationem proximarum -um. virg. vel. 14 facile virgines -s suscipit. uxor. 2, 3 arcendos ab omni communicatione -is. Clem. ad Cor. 2. 47. 48 Cypr. epist. 14, 4. 15, 2 nostra. 51, 1 omnis. Ps. Hil. dedic. eccl. p. 883^{B} Athan. Lucif. epist. 5 p. 323, 15. 6 p. 324, 6. 327, 14 Gavdent. serm. praef. p. 831^{A}. serm. 17 p. 970^{B} ecclesia Caesariensis . . . et nostra -s. Favstin. Marcell. 22 p. 98^{C} vigilias (*subi.*) ... convocare -em. Pacian. paraen. 8 p. 114, 1

[Vollmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tota. HIER. epist. 85,3,1 omnis. 99,2,3 universa. 134,2 *et passim.* *nota*: RVFIN. Basil. reg. 6 priusquam corpori -is inseratur (CASSIAN. inst. 1, 2, 2. 2, 5, 3. 4, 5. 7, 13. 10, 2, 2 *al.*). hist. 4, 11, 1 a coetu -is arcetur (*τῶν ἀδελφῶν*). LEO M. epist. 74 catholicam -em. *bis.* SIDON. epist. 3, 1, 2 nostrae professionis -em. 6, 10, 2 -i . . . istic sitae. CORP. V 2305, 5 peto omnem clerum et cuncta(m) -em ut (8738, 4).

formula allocutionis: PAVL. NOL. epist. 5, 15 -em tuam . . . excipiam. 5, 19. 20. AVG. c. Pelag. 2, 4, 7 vestra -s (*papa ad episcopos*). AVR. Carth. epist. p. 1011[A] honorabilem -em vestram. EPIST. pontif. Thiel Hil. 4, 1 dispositione tuae -is. 7, 1. 8, 1, 3 *al.* LEO M. epist. 14, 1. 23, 1 *al. saepissime inter clericos* (*v. ex. gr.* GREG. M. epist. Mon. Germ. epist. II *index p. 548*).

inter collegas: SYMM. epist. 4, 21, 2 num -i tuae etiam commeantium fidem debeo. CASSIOD. var. 3, 2, 3 ad -em tuam (*Theodoricus ad regem Burgundionum*).

✖frāternus, -a, -um [*a* frater. *Th.*]. GLOSS. *ἀδελφικός*. II 580, 48 fratruelis. IV 80, 48 fratris filius. *legitur nec comp. nec superl.*

I *proprie: quod fratris vel fratrum est, fratrem vel fratres spectat*: PACVV. trag. 306 -um . . . exilium. TRAG. inc. 246 -i nominis (OV. met. 9, 558). RHET. Her. 4, 40, 52 te avarum in -a divisione cognovimus. CIC. Quinct. 16 pro -a necessitudine. Verr. 2, 123 de bonis -is. Cluent. 31 in ipso -o parricidio. *ibid.* ab hereditate -a (PAPIN. dig. 28, 6, 12 *al.*). Sull. 62 amore -o (63. 64 Scaur. 35 Att. 1, 17, 5 epist. 5, 2, 10. 6, 14, 1 CAES. Gall. 1, 20, 3 *et passim*). Cael. 34 vitia. har. resp. 43 mors (CATVLL. 68, 19 VERG. Aen. 9, 733 CONS. Liv. 85). Lig. 34 in hac prope aequalitate -a. epist. 5, 2, 6 -am plenam humanitatis ac pietatis voluntatem. ad Q. fr. 1, 1, 41 precibus tecum -is ago . . . ut. CATVLL. 64, 181 -a caede (VERG. Aen. 4, 22 *al.* HOR. epod. 7, 18 scelus . . . -ae necis. OV. Pont. 2, 8, 49 funeris). 64, 399 perfudere manus -o sanguine fratres (HOR. sat. 2, 5, 16 cruentus sanguine -o. OV. met. 11, 268. 13, 149 NEP. Timol. 1, 4). 100, 4 -um vere dulce sodalicium. 101, 9 fletu. SALL. Iug. 39, 5 invidiae. VERG. Aen. 5, 24 litora . . . -a Erycis. CVLEX 142 ictus. HOR. epist. 1, 18, 43 moribus. PROP. 1, 7, 2 militiae *inter fratres.* OV. met. 3, 128 pacis. 8, 442 fata. 8, 488 manes. 8, 505 sepulcris. 9, 459 collo. 13, 661 Andros. Ib. 35 fumo *Eteoclis et Polynicis.* fast. 5, 451 umbras. CONS. Liv. 94 manus. LIV. 40, 5, 5 fraude; *similia passim.* 40, 8, 8 voltus inter vos minime -os. 40, 8, 11 discordiarum. 40, 8, 14 unanimitate. 42, 16, 7 concordia (45, 19, 10). MANIL. 5, 157 Geminis -a ferentibus astra in caelum. VAL. MAX. 2, 7, 5 caritatem (5, 5, 2. 5, 6 praef.). 5, 5 praef. benevolentiae. SEN. dial. 10, 17, 6 consulatus . . . -i sponsor. STAT. Theb. 1, 1 acies *inter Eteoclen fratremque* (1, 184 *Spartorum*). silv. 5, 1, 18 adulter. IVST. 2, 10, 10 adeoque -a contentio fuit, ut nec victor insultaverit nec victus doluerit. FIRM. math. 6, 16, 6 a -is affectibus. SCHOL. Cic. Bob. Flacc. 33 p. 100, 25 St. salva -a religione. VVLG. sap. 10, 3 homicidii -i *Cainis* (*ἀδελφοκτόνοις . . . θυμοῖς*). RVFIN. Basil. hom. 4, 4 -ae germanitatis iura. AVG. civ. 15, 16 p. 93, 6 D. gradum propinquitatis -o gradui proximum. 16, 13 p. 147, 28 a paterna et -a pietate desciverat. COD. Iust. 12, 36, 4 (*a. 444*) affectioni. 6, 59, 11 pr. (*a. 529*) consortio.

de dis: HOR. carm. 1, 21, 12 insignem . . . -a (*Mercurii*) . . . umerum lyra. PROP. 2, 34[b], 52 cur -is Luna laboret equis (CORN. SEV. carm. frg. 5, 2 OV. met. 2, 208. 454 flammis. fast. 2, 92 modis. MANIL. 2, 96 curribus. 2, 913 regna. SEN. dial. 6, 18, 2 occursibus. *alia*). OV. epist. 7, 157 tela *Amoris.* met. 7, 367 undis *Neptuni* (SEN. Phaedr. 305 fluctus. *al.*). SEN. apocol. 4 carmina *Apollinis* laudant *Parcae.* PETRON. 122, 125 ictus *Iovis* (CLAVD. rapt. Pros. 2, 169 orbem). TERT. adv. Val. 7 p. 185, 15 -a conubia Valentinianorum deorum.

spectat ad fratrem patruelem: TRAG. inc. 53 -is armis *Achillis* (*loq. Aiax*). OV. met. 13, 31 frater erat, -a peto (*loq. Aiax*). VAL. FL. 1, 163 pectora. 1, 178 famae.

singulariter i. q. fratruelis: ITALA cant. 1, 12 (Rufin. Orig. in cant. 2 p. 431. 433) alligamentum guttae -us meus mihi (*ἀδελφιδός*, VVLG. dilectus; *item* 1, 13 p. 435. 1, 15 : 3 p. 4. 2, 3 : 3 p. 32. 8, 5 : 2 p. 376. 2 p. 111[A]. 142[B]. 142[C]. *semel* fratruelis 2 p. 432). AMBR. virg. 1, 9, 46.

de fratre et sorore: AVG. civ. 15, 16 p. 92, 28 D. perversis legibus permittantur -a coniugia (*v.* TERT. *l. 57*).

II *translate*: *amici quasi fratris*: CIC. Att. 9, 12, 1 invitatio . . . quam -a. ad Q. fr. 1, 1, 10 amorem in nos -um. HOR. epist. 1, 3, 35 -um rumpere foedus. 1, 10, 4 paene gemelli -is animis. OV. trist. 1, 3, 65 quosque ego dilexi -o more sodales. MANIL. 2, 633 Scorpios et Cancer -a in nomina ducunt ex semet genitos. PAVL. dig. 28, 5, 59 qui frater non est, si -a caritate diligitur. SIDON. epist. 5, 9, 2 compensatione. CORP. VIII 4292 amico et municipi -ae adfectionis dilecto. *inter collegas*: PANEG. 2 (10), 9, 1 -um colloquium *Maximiani et Diocletiani.* 6 (7), 9, 2 pietate -a.

de sociis: CAES. Gall. 1, 36, 5 *Aeduis* -um nomen populi Romani afuturum. PANEG. 6 (7), 22, 4. *de populis*: LIV. 37, 56, 7 ab ea germanitate -am sibi (*Rhodiis*) cum illis (*Solensibus*) caritatem esse. *inter homines omnes* (*christiane*): IVVENC. 4, 43 ius -um. HIL. in Matth. 4, 8 -ae invicem caritatis. PS. HIL. dedic. eccl. p. 879[D] flamma divinae pietatis et -ae caritatis. RVFIN. epist. Clement. 8 amor -us et caritas. SVLP. SEV. dial. 1, 7, 6 -ae cladis *Christianorum.* VAL. CEM. hom. 13, 6 odia. 20, 2 acies. POMER. 3, 8, 2 societas. ALC. AVIT. epist. 11 p. 45, 2 animis -ae caritatis. 51 p. 80, 26 operis. 52 p. 81, 21 admonitionis. 90 p. 98, 27 VEN. FORT. vita Leob. 6, 19 *passim.* *inter clericos et monachos*: AVG. epist. 148, 4 in corripiendo . . . -am et episcopalem personam. LEO M. epist. 13, 2 -um . . . vitare conventum (14, 10). EPIST. pontif. Migne 20, 790[A] societate. VAL. CEM. hom. 10, 1 coniunctionis. ALC. AVIT. epist. 19 p. 53, 18 dissensio. hom. 24 p. 142, 16 partes -ae sanitatis. CASSIOD. compl. in Hebr. 10, 24 congregatione. ISID. reg. monach. 9, 1. 9, 9 sitis. 20, 1 vestibus.

de variis rebus: de bestiis: VERG. georg. 3, 518 arator maerentem abiungens -a morte iuvencum. PROP. 4, 4, 41 -i cornua monstri *Minotauri.* *de fluviis*: AVSON. Mos. 420 Rhene . . . -is cumulandus aquis *Mosellae.*

adv. **frāternē**: *de fratre naturali*: CIC. Lig. 33 si -e, si pie . . . faciunt *Ligarii fratres.* ad Q. fr. 1, 2, 12 litteras ad te parum -e scripseram. *ibid.* epistolae non -e scriptae -e debes ignoscere. 2, 13, 2 facis . . . -e quod me hortaris. 2, 14, 2 -e . . . rescribam. 2, 14, 3 dubitare te non assentatorie, sed -e veto. 2, 15, 5 hac de re *φιλαληθῶς* et, ut soles scribere, -e. *nota*: AVG. vera relig. 41, 78 in multis maritatis, sed iam -e coniugalia iura servantibus. *de amico*: CIC. Att. 1, 5, 8 te a me -e amari. *sensu christiano*: AMBR. incarn. 2, 12 haereses . . . fraterno nomine, non -e ecclesiam persecuntur. HIER. epist. 58, 5, 1 -e interrogas. 105, 5, 1 corrigere. AVG. epist. 64, 1 si libenter et -e me accipis. bapt. 5, 25, 36 quamvis commotius, sed tamen -e indignatur. CANON. Migne 56, 860[B] -e arguit.

?fratillī *v.* fratellis.

frātrābiliter *adv.* [*a* frater. *Th.*]. CORP. IV 659 Suilimea Cissonio -r sal. INSCR. Notiz. degli scavi 1912 p. 224 (*Pompeis*) Coelius cum Rufio et Eburiolo et Fausto ⟨fr⟩atrabiliter.

1. frātria, -ae *f.* [*a* frater. *Th.*]. PAVL. FEST. p. 90 -a uxor fratris. NON. p. 557 -ae appellantur fratrum inter se uxores. GLOSS. uxor fratris; cognata. GLOSS. Mai VII 562 -a vel fratrissa fratris uxor. *incertum an huc pertineat titulus togatae* AFRANI, *quem 21[ius]* NON. *affert sic* Fratris (*abl.*), *ter* Fratribus (*item codd.* PRISC. gramm. II 444, 17).

2. frātria *v.* phratria.

***φρᾱτριάζω** a* frater. MALALAS p. 480, 19 *φρατριάσας μετά τινων κτητόρων coniuratus.*

frātricīda, -ae *m.* [*a* frater *et* caedere. *Th.*]. GRAMM. suppl. 95, 10 hic homicida, -a. *describitur animus et dolor -ae* ANTH. 462 *et* 463. GLOSS. *ἀδελφοκτόνος*. CIC. dom. 26 patricida, -a (*om. GM*), sororicida. NEP. Timol. 1, 5 quin eum -am impiumque detestans compellaret. TERT. spect. 5 a -a *Romulo* (*item* AVG. civ. 15, 5 p. 64, 1. 3 D.). patient. 5 p. 8, 14 Cain ille primus homicida et primus -a; *item de Cain* LVCIF. Athan. 2, 4. 15 (*bis*) FILASTR. 2, 1 HIER. in Ion. 4, 5 p. 424 Vall. AVG. civ. 15, 8 p. 72, 30 D. op. imp. 6, 23 epist. 147, 26 serm. ed. Mai 119, 13 BACHIAR. repar. laps. 3 EPIST. pontif. 290 Migne 20, 629[D] (*ἀδελφοκτόνον*). PROSP. chron. I p. 385, 12 GREG. M. moral. 13, 26. HIER. epist. 36, 16, 5 diabolus -ae Iudae os in Cain ante praemeditans. PAVLA Hier. epist. 46, 7, 1 accusator fratrum . . . diabolus et -a. AVG. serm. ed. Mai 5, 2 voto . . . factus es -a *o iracunde.* VEREC. in cant. 9, 11 cum Absalon -a. ANNIAN. Chrysost. hom. 3, 6 illum tyrannum, -am, parricidam.

frātricīdium, -ī *n.* [*cf. c.* fratricida. *Th.*]. GLOSS. II 530, 20 -um *ἀδελφοκτονία*. *plur.* PALLAD. *l. 65.* TERT. monog. 4 primum scelus homicidium, in -o dedicatum. *idem de Cain* IREN. 3, 23, 4 neque confusus in -o. FILASTR. 132, 1 commiserat. FVLG. aet. mund. p. 134, 21 zeli toxico de -i crimine saucium. HIER. adv. Iovin. 1, 14 p. 233[C] -um et digamiam . . . cataclysmi poena delevit. RVFIN. Orig. in exod. 11, 5 Cain . . . pro -o condemnatus. PS. AVG. quaest. test. I 90 p. 151, 5. SALV. gub. 1, 29 -um . . . facturus. GREG. M. in euang. 30, 3 perpetraret. 33, 67 ad -i facinus pervenit. *de Romulo*: FVLG. aet. mund. p. 168, 3 -i cruore sancita urbis principia. FAVST. REI. serm. 20 p. 301, 23 qui de -o cogitabant *fratres Ioseph* (*inde* ISID. in gen. 30, 6) [serm. 21 p. 308, 7 parricidii *cod. Durlac.*, -i *edd. Aug.*]. VEREC. in cant. 7, 16 *Simeon* sequens -um gessit (*i. q. quod -um fere aequat*). PALLAD. hist. mon. II 13 p. 366[D] qui -a et patricidia docet *diabolus.*

frātrimōnium *legitur post* patrimonium matrimonium NOT. Tir. 33, 43[a] *solo in cod. E (Paris. 8777 saec. X).*

frātrissa, -ae *f.* [*a* frater, *cf.* 1. fratria. *Th.*]. ISID. orig. 9, 7, 17 fratris uxor -a vocatur. GLOSS. Mai VII 562 *v. l. 30.*

frātro, -āre [*a* frater, *cf.* fraterculare. *Th.*]. PAVL. FEST. p. 9[1] -are puerorum mammae dicuntur cum primum tumescunt quod velut fratres pares oriuntur, quod etiam in frumento spica facere dicitur. GLOSS. V 22, 28 (= 70, 18) -rent : turg[u]erent pubescerent. *v.* fraterculo.

frātruēlis, -is *m. a* frater. *cf.* patruelis; *v. Wackernagel, Festschr. f. F. K. Andreas 1916, 5.* PRISC. gramm. II 131, 13 frater, fratris, -is (GRAMM. suppl. 67, 26). III 286, 12 frater, -is *illius et illi.* ISID. orig. 9, 6, 15 -es . . . materterae filii sunt. GLOSS. II 218, 21 *ἀδελφιδοῦς*. IV 80, 32 *al.* materterae filius. V 416, 33 filius fratris. ITALA cant. 1, 13. 2, 9. 5, 10. 7, 13. 8, 5 *al. legitur* -is *pro graeco ἀδελφιδός* VVLG. dilectus *ap.* Ps. Ambr. trin. 27 *bis.* Hier. adv. Iovin. 1, 30 in Is. praef. 1 p. 2 V. in Matth. 13, 72. in Ier. 32, 6 p. 1079 (*ubi* דודי *verti mavult πατράδελφος* id est patruelis). in Zach. 2, 9 p. 860 V.

[Vollmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

epist. 22,6,3. 22,25,4. Quodv. prom. 2, 9,15, *quibus locis alii vertunt* consobrinus (Ambr. in psalm. 118,1,16. 3,8) *vel* frater (Greg. Ilib. Rev. Bénéd. 28, 16) *vel* fraternus (Ps. Ambr. mansion. 14, 11). Eucher. instr. 1 p. 105,19 Christus ecclesiae -is ... et sponsus. *cf.* HIER. nom. hebr. 5, 5 Dedan solitarius sive -is eorum. DON. Ter. Phorm. 1055 amatorem filium et fratr⟨uel⟩em Antiphonis. CASSIOD. hist. 4, 37 p. 983^{D} -is Constantini Nepotianus. IORD. Get. 81 -is Iustiniani imperatoris. 251 de secundo viro, Germano -e. 252 -is Hermanarici consubrinus (*i. fratris pronepos*) [CORP. VI 2699 (= Muratori 793, 1) fratrueli *male descripsit Ptolem.*, arituet *Visconti*]. [*sard.* fradele. *M.-L.*]

*?***frātruēlissa,** -ae *f.* GLOSS. V 202, 34 fratrueles sa vocatur (-a ⟨uxor fratruelis⟩ v. *Götz*). [*cf.* fratrissa. *Th.*]

*?***famix** contusio **frauces** (sa fauces *cod. Leid.*) GLOSS. IV 341,15 *cf.* V 600, 13. *Vollmer.*

[**fraudābilis**] *legitur in codd. dett.* CASSIOD. var. 1, 37, 3 *pro* fraudaris (*v. p. 1262, 53*).

fraudātio, -ōnis *f. a* fraudare. *notatur*: PROB. litt. sing. gramm. IV 276, 66 f(raudationis) c(ausa) l(atitat). *i. q. actus decipiendi* (GLOSS. *ἀγνωμοσύνη. ἀποστέρησις*): **1** *absolute*: CIC. Catil. 2, 25 hinc fides *pugnat*, illinc -o. *in formulis iuris*: CIC. Quinct. 60 qui -is causa latitarit (*cf.* 74 *et l. 19.* GAIVS inst. 3, 78 bona ... veneunt ... eorum, qui -is causa latitant nec absentes defenduntur. PAPIN. dig. 15, 1, 50 pr. [*bis*] VLP. dig. 42, 4, 7, 1 *v. totum locum.* 42, 5, 5. *cf.* 42, 8, 1, 1 quae -is causa gesta erunt [42, 8, 3, 1]). CIC. off. 3, 70 ut inter bonos bene agier oportet et sine -e. **2** *accedit genetivus (obi.): hominis decipiendi*: PLAVT. Asin. 257 *servi* ad eri -em callidum ingenium gerunt. *demptae rei*: MVTIAN. Chrysost. hom. 6, 3 neque terrae -o est *membris* (*οὐδὲ γῆς ἀποστερηθῆναι*).

fraudātor, -ōris *m. a* fraudare. GLOSS. *ἀποστερητής. πλεονέκτης.* nubilo, manticolator. -es *κακοῦργοι.* EVGRAPH. Ter. Eun. 718 nebulo hoc est -r et pessimus. *is qui fraudem exercet i. q. deceptor, defraudator, veterator*: **1** *absolute*: CIC. Flacc. 48 unam et eandem omnibus in locis esse -um et infitiatorum impudentiam. PHAEDR. 1, 16, 1 -r homines cum advocat sponsum improbos. SEN. rem. fort. 14, 2 'in latrones incidi'. alius in ... fures, alius in -es. MART. 11, 66, 2 et -r es et negotiator. TAC. hist. 2, 66 opificem ... ut -em insectatur. VENVL. dig. 42, 8, 25 pr. si -r fideiussori suo scienti acceptum tulerit. 42, 8, 25, 1 si a socero -e gener accepit dotem (*cf.* VLP. dig. 42, 8, 14). 42, 8, 25, 4 *fructus* in bonis -is fuerunt (*cf.* VLP. dig. 42, 8, 10, 20. 24). 42, 8, 25, 7 actio ... in ipsum -em datur. PAPIR. dig. 42, 7, 4 PAPIN. dig. 16, 3, 8 VLP. dig. 12, 2, 9, 5. 42, 8, 6, 9 qui ... aliquid a -e vel emit vel stipulatus est. 42, 10, 9. 12 si ... -r praesens solverit. PAVL. dig. 40, 9, 16, 3 creditores ... appellantur, quibus quacumque ex causa actio cum -e competat. TERT. nat. 1, 5 cur ille, inquitis, -r *est*, si abstinentes Christiani? anim. 11 Iudam ... etsi iam -em, traditorem tamen nondum. 35 ut -em, ut pacti transgressorem. ITALA Eph. 5, 5 (Afr. ed. Soden. Cypr. epist. 55, 27 Hier. epist. 14, 5, 1) omnis fornicator aut immundus aut -r (*πλεονέκτης*, VVLG. avarus). *cf.* I Cor. 5, 9 (Tert. pudic. 18). HERM. vulg. *et* Pal. sim. 6, 5 cupidus et -r (*ἀποστερητής*). COD. Theod. 11, 36, 8 (*a. 347*) eludendi licentiam callidis -bus relaxari. AMBR. Cain et Ab. 2, 4, 16 iam non sum publicanus ... non praedo, non -r. HIER. epist. 21, 2, 3 quicumque adulter, homicida, -r. AVG. in psalm. 80, 20 quamvis -r *sim*, quamvis raptor, quamvis periurus. serm. ed. Mai 73, 3 (= Ps. AVG. serm. 277, 3) ingrate -r (*de decimas negante*) ac perfide. 119, 5 astutia desolatoris vel -is (*i. diaboli*). **2** *accedit genet. rei fraudatae*: [CIC. Phil. 13, 26 -r creditorum *Raue duce Garatonio seclusit*]. LIV. 4, 50, 1 praedae ... interceptorem -emque. SEN. benef. 4, 26, 3 ingrato, qui beneficiorum -r est. AVG. in psalm. 7, 17 -r pecuniae (PETR. CHRYS. serm. 30 p. 284^{B} ut *Matthaeus* qui erat -r pecuniae fieret gratiae distributor. FVLG. RVSP. epist. 1, 17).

f. **fraudātrīx,** -īcis. TERT. resurr. 12 p. 41, 12 de -e servatrix *fit terra*; ut reddat, intercipit.

fraudātōrius, -a, -um *a* fraudator *vel* fraudare. *i. q. ad fraudem pertinens*: VAL. dig. 36, 1, 69 (67), 1. 2 -o interdicto (PAPIN. dig. 46, 3, 96 pr. COD. Theod. 2, 16, 1 [*a. 326*]).

fraudātus, -a, -um *v.* fraudo.

fraudiger, -a, -um *a* fraus *et* gerere. *i. q. fraudulentus, fallax*: CYPR. GALL. gen. 114 femina *Eva* -is misere decepta suadellis *diaboli*.

✖**fraudo,** -āvī, -ātum, -āre *a* fraus. CASSIOD. in psalm. 77, 33 -ati a fraude venit. *in libris vice* -au- *nonnumquam* -u- *legitur* (*quod restituit Vollmer* SIL. 13, 167, *ubi* fundata *Sang.*); -au- *testatur* GRAMM. suppl. 14, 17. *imp. fut. pass.*: QVINT. inst. 1, 4, 28 quaedam verba appellationibus similia ut '-ator, nutritor'. fraudari *deponens*: PS. ORIG. tract. 10 p. 109, 7 si ... eleemosynas faciens aliena -etur. LVCIF. non parc. 10 p. 230, 3 an eam (*sc. voluntatem dei*) ad nosmet iugulandos vobis -bimur? (*opp.* perferemus). CASSIOD. var. 1, 21, 2*?* (*v. p. 1262, 20*). PS. MATTH. euang. 12, 1 quid -atus es istam ... virginem (nuptias ... virginis *al.; cf. Protevang. Iac. 15 ἐκλεψας τοὺς γάμους*). GLOSS. *ἀποστερῶ. στερίσκω.* frado defrado (*vel* -frudo), alieno. -are manticulare. -vi *ἀπεστέρησα. legitur inde a* PLAVTO CIC. CATVLLO, *crebrius apud* ICTOS. *deest* SALL. TIB. PROP. GERM. PERS. IVV. [*francog.* frouer. *M.-L.*]

i. q. fraudem exercere, fallendo, decipiendo, dolo malo damnum inferre, sive ut quis non reddat id quod debet, sive surripiat, compilet possessiones: **I** ***absolute*** *vel obi. supplendo* (*subi. est res l. 24*): CIC. Quinct. 52 qui permulta male agendi causa -andique fecerunt (84 latitet [86 *cf. p. 1261, 22 et 1275, 71*]. Verr. 3, 95 VLP. dig. 2, 14, 7, 10. PAVL. dig. 17, 2, 3, 3 *syn.* dolo malo. 22, 1, 22 *al.*). Q. Rosc. 19 -vit Roscius. parad. 43 si cotidie -as, decipis *eqs.* off. 1, 128 latrocinari, -are, adulterare re turpe est. 2, 84 -andi spe sublata. IVLIAN. dig. 42, 8, 17, 1 consilium -andi (SCAEV. div. 40, 4, 54, 1 -andi c.). IREN. 4, 24, 1 non furari nec -are. LACT. inst. 6, 1, 8 -ant, rapiunt, spoliant *eqs.* VVLG. I Cor. 6, 8 vos iniuriam facitis et -atis (*ἀποστερεῖτε*; *opp.* fraudem patimini). Tit. 2, 10 non -antes (*νοσφιζομένους*), sed ... fidem bonam ostendentes. *accedit abl. damni illati* (*cf. l. 83 sqq.*): MANIL. 4, 874 -are bonis, quae nec deus invidet ipse. *praepos.*: ITALA Ios. 7, 1 (Lugd.) -verunt (*ἐνοσφίσαντο*, VVLG. usurpaverunt) fraude de anathemate. VVLG. act. 5, 2 -vit de pretio agri (5, 3 *νοσφίσασθαι*). CASSIOD. var. 1, 21, 2 nullum ... de largitate nostra -ari (*depon.?*) velle credimus, quando ... de propriis facultatibus eum impendere posse iudicamus. ORIG. in Matth. 16, 22 de eis (*sc. pecuniarum mensis*) -ant (*ψηλαφῶντες*). PELAG. in Rom. 7 p. 677^{C} aliena desidero, in eis -are non optans. PRVD. perist. 11, 146 silva (*i. ignis lignis nutritus*) ... *non* -at ab exequiis.

II ***c. obi.*:** **A** *c. obi. eius, qui damno afficitur* (*accedit abl. instr. l. 35. 42. 44. 70. 73 al.*): **1** *seq. obiectum solum i. q. circumducere, decipere aliquem (aliquid) lucri consequendi causa, fraude compilare aliquem (aliquid)*: **a** *pro obi. est persona* (*subi. res l. 38. 48. 53?*): PLAVT. Asin. 561 ubi fidentem -veris, ubi ero infidelis fueris. Bacch. 736 quia tibi aurum reddidi et quia non te -verim (defrud- *codd. Lamb.; A deest*). CIC. Quinct. 51 viri boni cum palam -antur. 75 me -vit. Q. Rosc. 16 aeque ... perfidiosum et nefarium est fidem frangere ... et pupillum -are ... et socium fallere. 17 qui socium -arit et fefellerit (19. 22). 20 quem -arit (*bis*). 21 (*ter*). Flacc. 47 cum ... multosque minutis mutuationibus -visset. har. resp. 42 populum (PAVL. FEST. p. 75). Phil. 6, 11 creditores (GAIVS inst. 1, 47 creditorum -andorum causa. PAPIN. dig. 42, 8, 19 VLP. dig. 12, 2, 9, 5. 42, 4, 7, 5 etsi haec latitatio creditores -et. *saepius apud* ICTOS). CIRIS 83 numen ... deorum. MANIL. 5, 320 non ... patriam -arit debitor aeris. PHAEDR. 4, 25, 17. CARM. epigr. 991, 2 (*Romae, a. 29 p. Chr.*) -vi nullum (*cf.* 992, 2 *Burni Liburnorum*). VAL. FL. 2, 281 -ata ... Erinys. VLP. dig. 38, 5, 1, 10 hoc ipso, quod dotavit, non videtur -are patronum (PAVL. dig. 38, 5, 11 pr.). PAVL. dig. 35, 1, 5, 1 eo facto nemo -atur. *al.* ITALA Ios. 9, 22 (Lugd.) me (*παρελογίσασθε*, VVLG. decipere fraude voluistis). II Cor. 2, 11 (Tert. pudic. 13, 3) ne -emur a satana (*πλεονεκτηθῶμεν*, VVLG. circumveniamur). OPTAT. 2, 1 p. 36, 1 ne -etur deus. PACIAN. sim. carn. p. 109, 23 si illos (*sc. bonos*) non -vit *pestilentia*. HIER. epist. 52, 16, 2 amico quippiam rapere furtum est, ecclesiam -are sacrilegium est. VVLG. num. 9, 7 -amur (*ὑστερήσομεν*). Sirach 29, 10. I Cor. 7, 5 nolite -are (*ἀποστερεῖτε*) invicem (AVG. nupt. et concup. 1, 4, 5). AVG. in psalm. 131, 13. ROMVL. fab. Aesop. ed. Thiele 32, 6 natos suos -at, ut lac non desit mihi. *al.* *nota*: CASSIOD. var. 1, 37, 3 si oblatae petitionis minime veritate -aris (*i. destitueris cf. Traube ind. p. 543 s. v.* sis ... fraudabilis *legitur in codd. dett.*). *passive (sensu mediali) se ipsum fraudare i. q. falli, decipi*: SCHOL. Ter. p. 95, 12 ne frustretur: ne decipiat semet ipsum, ne -etur. *c. praepos.*: CIC. Caecin. 7 per tutelam aut societatem ... -vit quempiam. CIC. off. 3, 70 (*formula*) 'uti ne propter te fidemve tuam captus -atusve sim'. GAIVS dig. 40, 9, 29 pr. nec ob id creditores videantur -ari. *pro obi. sunt partes corporis vel animus*: SEN. epist. 80, 4 ventre -ato. PETRON. 100, 2 -vique animum dissidentem (*cf. Büch. in ed. mai.*) OPTAT. 2, 1 p. 35, 16 aures dei (*cf.* SYMM. epist. 1, 16, 1). *pro obi. est bestia*: MART. 14, 162, 1 -atā (*i. compilata*) ... mulā. **b** *res*: HOR. sat. 1, 6, 124 -atis ... lucernis. MANIL. 2, 874 *sors* -ata (*sc. fulcro*) cadet. PLIN. nat. 9, 129 quodsi hactenus transcurrat expositio, -atam profecto se luxuria credat. 11, 44 societate -ata. PS. QVINT. decl. 12, 12 si violata sepulcra *obiecero*, non propter te rogos -vimus? *speciatim privare aliquid prospero eventu, inde fere i. q. irritum reddere aliquid*: VAL. FL. 2, 376 -ataque tempore segni vota patrum. CLEM. dig. 35, 1, 64, 1 -andae (*i. eludendae*) legis causa (*cf.* VLP. dig. 29, 2, 42 pr. edictum). HYG. fab. 219 p. 129, 11 fidem -vit. AMBR. Iac. 1, 1, 3 irrationabilem concupiscentiam rationabiliter parato -vit remedio. PELAG. in Rom. 3 p. 658^{D} promissionum retributionem -amus. AVG. nupt. et concup. 2, 35, 59 ne appetitus tam bonae concupiscentiae -retur. civ. 16, 11 p. 143, 17 D. non ... ut quaerentis -retur, sed potius ut exerceretur intentio.

2 *additur damnum illatum i. q. privare, spoliare, nudare dolo malo aliquem: pro subi. maxime sunt homines; res p. 1263, 22. 39; bestiae p. 1263, 59. 64. passive multis locis, ubi non indicatur, quis fraudet, fere i. q. carere, excidere necnon renuntiare aliqua re, amittere aliquid*: **a** *fraudare aliquem*: ***α*** *aliqua re* (*sive corporea sive incorporea; aliquo p. 1263, 22. 26. 32. 43*): CIC. Q. Rosc. 22 ~~HS~~ IↃↃↃ Q. Roscius -vit Fannium. Verr. 4, 20 ut

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

neque in segetibus . . . grano uno posset arator . . . -are decumanum. Att. 1, 1, 3 magnā pecuniā (*cf.* VAL. MAX. 3, 8, 2. VVLG. Sirach 29, 8 [*ἀπεστέρησεν*]). VERG. Aen. 4, 355 quem (*sc. Ascanium*) regno Hesperiae -o et fatalibus arvis (*cf.* VIR. ill. 86, 1 PS. AVR. VICT. orig. 23, 4). OV. am. 1, 13, 17 tu (*sc. Aurora*) pueros somno -as. epist. 6, 163 coniugio. met. 10, 196 prima -ate iuventa (*sc. morte praematura; cf.* MART. 7, 40, 5. 10, 50, 5 CARM. epigr. 1232, 1 *et l. 43*). 14, 715 spe . . . amantem. fast. 3, 829 turba fere censu -ata. LIV. 2, 35, 1 cibo victuque -ari. 2, 42, 1 militem praedā (*cf.* LIV. perioch. 38 IVST. 8, 5, 6). 4, 12, 10 parte diurni cibi servitia. 27, 10, 7 ne . . . sileantur -enturve laude sua (VAL. MAX. 1, 1, 9 CVRT. 4, 16, 31 COLVM. 3, 10, 20 QVINT. inst. 2, 14, 1 PIVS Fronto p. 164, 4 N.). 34, 23, 7 Aetolos . . . Echino et Pharsalo. 36, 40, 13 victoriae fructu (SEN. Herc. f. 656 neve te fructu optimo -a laborum! *aliter*: CVRT. 10, 7, 4 civium militumque fructu [*i. consuetudine*] et praesentiā). 38, 47, 6 triumpho (SVET. Cal. 48, 2). 45, 39, 9 deos . . . honore (*cf.* SYMM. epist. 1, 42, 1 CANON. Migne 56, 793^{B}). SEN. suas. 6, 27 non -bo (B^2, raudabo AB^1) municipem nostrum bono versu. VELL. 2, 12, 6 non . . . consulatūs -etur gloriā (PLIN. nat. 11, 76 QVINT. decl. 306 p. 201, 4 TAC. ann. 14, 37). 2, 32, 2 dissuadentem . . . vero testimonio (*cf.* 2, 76, 1 eo [in eo *P*] *testimonio* . . . avum). CVRT. 10, 7, 2 gentium communi iure. COLVM. 3, 8, 2 *natura* alias gentes non in totum -vit praecipuae staturae viris (*cf.* 3, 9, 1). PETRON. 3, 1 te arte secreta. 128, 5 voluptate (PLIN. epist. 5, 1, 12). PLIN. nat. 18, 35 non -ando (*sc. in commentariis*) magnitudine hac quoque sua Cn. Pompeio. SIL. 17, 194 Cerere et victu -asse cohortes. STAT. Theb. 8, 366 augure. MART. 8, 59, 11 vernam -are lucerna. 10, 17, 1 tributo. QVINT. inst. 9, 1, 25 legentes iudicio maximi auctoris. SVET. Tib. 50, 1 *Iuliam* annuis. Nero 50, 2 mercede palmarum aurigarios. Galba 16, 2 praemiis. 18, 2 dono. VLP. dig. 28, 4, 2 hereditate. 38, 5, 1, 12 pretio emptorem. 40, 5, 26, 2 ne pueri ingenuitate destinata -rentur. PAVL. sent. 2, 30. MARCIAN. dig. 47, 11, 4 pr. maritum liberis. *al.* PANEG. 10, 4, 32, 2 gratiā. LACT. inst. 3, 19, 4 mercede (IVST. 42, 1, 2 HIL. in Matth. 10, 29). IVST. 6, 2, 11 milites stipendio. HIL. syn. 18 semetipsum -ans cognitione vitae perpetuae. AVSON. 169, 1 te . . . querela (213, 1). 208, 13 te *nomine*. SYMM. epist. 3, 77 ne tam fida occasione -rer. 5, 20 (19), 1 societate consiliorum. 9, 97 expectatione. AMBR. hex. 4, 1, 1 tuendi munere (*ibid.* defraudatur). *al.* HIER. adv. Pelag. 3, 5. VVLG. gen. 48, 11 non sum -atus (*ἐστερήθην*) aspectu tuo. psalm. 20, 3. CLAVD. 21, 165 nullis ut vinea furtis vel seges ereptā -ret messe colonum. carm. min. 30, 24 lumine -atus Cyclops (*cf.* SIDON. carm. 22, 3. EVSTATH. Bas. hex. 6, 1 p. 922^{A} [*στερηθῆναι*]. CARM. epigr. 514, 2). *al.* ORIENT. comm. 2, 241 -amur amicis (*morte*). ALC. AVIT. epist. 32 p. 63, 11 si eos prolixitate praesentiae vestrae delicti emendatione -vero. 88 p. 97, 25 necessitatem, qua . . . vestrae pietatis praesentia -remur. DRAC. Romul. 10, 315 Agenor . . . Europae senior -atus amore. MVTIAN. Chrysost. hom. 6, 3. 8, 2 (*ἀποστερεῖσθαι*). COD. Iust. 1, 9, 18 (19), 2 (*a. 439*) cum damno auri quinquaginta librarum -etur (*i. deterreatur*) ausibus suis. 7, 24, 1 pr. (*a. 531/4*) libertate. *al.* *accedit acc. qui dicitur Graecus:* SIL. 14, 513 illum . . . ossa Syracosio -atum naufraga busto.

reflexive se fraudare i. q. se abstinere aliqua re (aliter l. 14. 34): LIV. 2, 10, 13 -ans se ipse victu suo (5, 47, 8 PHAEDR. 4, 20, 19). CHALC. transl. p. 17^{A} nec . . . sponte se tali coetu tantaeque rei tractatu . . . -ret (*Plato Tim. p. 17^{A} ἀπελείπετο. cf.* VEN. FORT. vita Pat. 9, 29). RVFIN. apol. Orig. 3 p. 561^{A} quid hoc bono se -at (*στερίσκει*).

nota c. dat. (cf. p. 1264, 62): CASSIAN. conl. 21, 9, 6 te huic, quae ingeritur, -ans saluti. *partes corporum sive animum*: CIC. orat. 178 tamquam debito -etur *animus*. OV. met. 7, 250 artus animā. fast. 6, 132 volucres, . . . quae Phineïa mensis (*i. cibis*) guttura -bant. CVRT. 10, 5, 11 aures . . . debita appellatione. VAL. FL. 5, 49 sopore lumina. STAT. Theb. 4, 100 si quis . . . primo -verit (siccaverit *BM*) ora *serpentis* veneno. TERT. anim. 6 illam (*sc. animam*) immortalitate -vit. VVLG. eccles. 4, 8 cui laboro et -o (*στερίσκω*) animam meam bonis? *bestias*: PHAEDR. 3, 15, 8 -atque natos lacte *capella* (*cf.* STAT. Theb. 6, 186). PLIN. nat. 15, 80 hi *culices* -ati alimento in matre. MART. 2, 46, 9 pannis -are duobus . . . non te, . . . sed tineas. β in (*cf. l. 1. 20*), ab, de *aliqua re*: CIC. Quinct. 76 qui te in hereditaria societate -arat (S. Rosc. 24). S. Rosc. 144 si nulla in re te -vit. CELS. 2, 14, 1 recentiores viros in iis -are, quae . . . reppererunt. POMPON. dig. 39, 2, 39, 2 -bitur . . . dominus soli in pensione percipienda. VICTORIN. POETOV. 21, 5 qui -ati sunt in bonis. OPTAT. 2, 1 p. 34, 15 *Christum* in hereditate. ITALA gen. 48, 11 (Barnab. 13, 4) dominus non -vit (*ἐστέρησεν*) me ex genere tuo (*cf. quae annotavit Heer ad l.*). VVLG. psalm. 77, 30 non sunt -ati a desiderio suo. EXPOS. fid. Caspari Anecd. p. 285, 14 nec -or ab alio *deo*, cum unius vocabulum dixero. PASS. Theclae A 13 p. 34, 5 -or ego a nuptiis *Theclae* (C a b c p. 35, 1 *nudus abl.* p. 35, 5 abnegor). LEX Visig. 4, 2, 14 non possunt de paternam hereditatem -ari (= Eur. 322). γ *aliquem aliquid*: SIL. 2, 232 pubes membra levis celsique decus -ata superbum corporis. VLP. dig. 15, 1, 36 si quid . . . dolo malo patris capta -ataque est mulier (*cf.* 16, 3, 1, 42 AVG. epist. 12, 4. 164, 1. SVLP. SEV. dial. 1, 12, 7 nihil vestra studia -bo). ITALA Mal. 3, 5 *sq.* (Aug. civ. 20, 25 p. 472, 5 D.) qui -ant (*ἀποστεροῦντες*, VVLG. calumniantur) mercedem (-de *A*) mercennarios.

b *aliquid aliqua re (aliquo infra l. 16). subi. saepe est res*: CIC. fin. 5, 91 cetera . . . -are suo vetere nomine. LYGD. 5, 19 vitem crescentibus uvis (OV. am. 2, 14, 23). OV. ars 3, 293 cum legitima -atur littera voce. met. 7, 654 nec origine nomina -o. LIV. 2, 61, 9 plebs -ari sollemni honore supremum diem tanti viri noluit. MANIL. 2, 257 -ata . . . amissis sidera membris. 3, 568 unumque *annum* triente (*Scaliger*, trientem *codd.*) -atum (*cf.* 3, 594). 3, 627 quanto -vit tempore luces *cancer*, in tantum noctes auget. 4, 109 nec . . . ratio . . . pergit virtutem . . . suis -are in praemia donis. 4, 452 *pars* -atque duobus triginta numeros (*cf.* 4, 488). 5, 638 stadium (studium *pars codd.*) -are fide[m *seclusit Bentley*] poteritque videri mentitus passus. VELL. 2, 92, 1 praeclarum factum . . . memoriā (*cf. l. 16*). SEN. nat. 3, 18, 1 langor (longa *codd.*) . . . circumscribi se et -ari tanto bono sensit. COLVM. 3, 7, 2 haec genera *vinorum* ⟨non -amus *om. SA*⟩ testimonio nostro (*cf. p. 1263, 20*). LVCAN. 2, 305 nullo -emus sanguine bellum! PLIN. nat. 5, 112 nec -anda *Miletus* cive Cadmo (*i. memoriā Cadmi; sim.* 35, 116 *lect. dub.*). 25, 1 vitam etiam alienis bonis. 32, 62 ne -entur gloriā suā litora. SIL. 13, 167 grato -ata (fundata *codd.*) est sanguine cuspis. STAT. silv. 1, 2, 251 nobile gressu (*i. pede*) extremo -atis opus (*i. hexametrum; sim.* 5, 3, 99 truncare). MART. 7, 25, 5 cibus . . . morsu -atus aceti. QVINT. inst. 11, 3, 52 nonnumquam etiam verba aliqua sui parte -antur. PLIN. epist. 2, 10, 8 fructu . . . studia . . . cunctatione. paneg. 30, 5 inundatione, id est ubertate, regio -ata. TER. MAVR. 489 facta diphthongos . . . nec pedes idcirco -at temporum iusto modo. AVSON. 417, 39 vota bonorum sperato -ata bono. PRVD. c. Symm. 2, 913 quod . . . Vestales solitis -entur sumptibus ignes.

part. perf. pass. pro adi. **fraudātus**, -a, -um. *i. q. expers, inops:* c. *abl.*: HEGES. 3, 6, 5 abundans regio mediterraneis copiis nec -a maritimis (*Ioseph. 3, 51 ἀφῄρηται*). CLAVD. 26, 521 mentis inops -aque sensibus aetas. DRAC. Romul. 5, 300 ne -us abires fortunae quocumque bono. CARM. epigr. 544 B 4 *loco mutilo. nota c. genet.*: CLAVD. MAM. anim. p. 19, 3 et -us temporis et occupatus animi.

B c. *obi. rei, quae fraude detrahitur i. q. surripere, avertere, auferre, subtrahere, demere aliquid*: 1 *seq. obi. nudum (abl. instr. l. 56)*: PLAVT. Rud. 1345 si ⟨quid *add. Seyffert*⟩ -assis. LEX Tarent. (Corp. I^2, 590) 2 neive quo⟨d⟩, quod eius municipi pequniae . . . est erit, -ato neive avortito. CATVLL. 110, 7 -ando officio (efficit *codd.*). CAES. civ. 3, 59, 3 stipendiumque equitum -bant et praedam omnem domum avertebant. PAVL. FEST. p. 112 infitiari: creditum -are. PLIN. nat. 9, 138 saturitate -ata (*i. imminuta. cf.* AMBR. in psalm. 118 serm. 19, 32, 1 ne obdormiscas, psallito, somnum tuum bona fraude -ato). PAPIN. dig. 39, 4, 8 pr. -ati vectigalis crimen. MARCIAN. dig. 48, 12, 1 pr. annonam publicam (*cf.* LEX Visig. 9, 2, 6). TERT. apol. 20, 1 insulas maria fraudant (*syn.* vorant. *cf.* pall. 2 Africa . . . unicis castris -atis expiata). adv. Marc. 1, 28 p. 330, 17 mercedem operis (*cf.* ITALA deut. 24, 14 [Lugd.] *ἀπαδικήσεις* [VVLG. negabis]. VVLG. Iac. 5, 4 [*ἀφυστερημένος*]). ITALA exod. 21, 10 (Aug. quaest. hept. 2, 78) quae opus sunt et vestem et conversationem eius non -bit (*ἀποστερήσει*, VVLG. negabit. *cf.* AVG. *ad l.* p. 145, 4). HERM. vulg. vis. 3, 9 ne . . . dissensiones vestrae -ent vitam vestram (*ἀποστερήσουσιν*, Pal. deserant). IVST. 43, 1, 11 propter -atas Laviniae nuptias. MAR. VICTORIN. in Gal. 5, 14 p. 1192^{A} nihil . . . -at, nihil alteri eripit. QVEROL. p. 17, 15 calceos . . ., quos terra revocet, -et (foedet *Havet*) limus concolor. HYG. fab. 89 p. 86, 12 quod et ipsum Laomedon -vit (*syn.* votum fefellit). CASSIAN. conl. 13, 3, 3 peragendi copiam, quae nonnumquam vel siccitatis vel imbrium nimietate -atur. 22, 5, 1 ne carnis integritas . . . -etur. EVG. TOLET. carm. 70, 8 consumunt -antes munera *prati* ⟨fe⟩turae. CASSIOD. var. 9, 15, 10 ad usus bonos convertere, quae voluit perversitas iniqua -are. 9, 24, 11. 12, 13, 2. GREG. TVR. Franc. 3, 31 (*syn.* abstulit). VEN. FORT. vita Marcell. 2, 8 PALLAD. hist. mon. II 9 p. 354^{C} (*Butl. p. 44 νοσφισάμενος*).

2 *aliquid alicui (rei l. 65. 73)*: ITALA Luc. 19, 8 (codd. a c *al.* Cypr. testim. 3, 1 *al.*) si cui quid -vi (*ἐσυκοφάντησα*, VVLG. defraudavi). CASSIAN. conl. 10, 11, 5 quid nobis . . . vel providentia divina contulerit vel instigatio -verit inimici (*i. diaboli*). 13, 6, 2 soporem humanis -are oculis. LEO M. epist. 74 p. 901 quod *sacramentum* impia temeritas sibi quidem -vit, sed rectis cordibus auferre non potuit. VAL. CEM. hom. 13, 7 tibi -as, quidquid reservas. SIDON. carm. 23, 462 nil -ans genii sibi vel ulli. FAVST. REI. serm. 7 p. 249, 13 diabolo . . ., qui nobis substantiam non vult auferre, sed vitam, non terram -are, sed caelum. APOLLIN. Alc. Avit. epist. 13 p. 46, 23 ut misero mihi non . . . opportunitas -retur. GREG. TVR. virt. Mart. 2, 41 nec -as extraneis, quod propriis libenter indulgis. VEN. FORT. vita Pat. 17, 49 illud . . . memoriae (virt. Hil. 2, 5). *part. perf. pass. neutr. pro subst.* **fraudātum**, -ī: CAES. civ. 3, 60, 5 -a restituere.

syn.: avertere (CAES. civ. 3, 59, 3), auferre (FAVST. REI. serm. 7 p. 249, 13 *al.*), capere (CIC. off. 3, 70 VLP. dig. 15, 1, 36. 16, 3, 1, 42), circumscribere (CIC. Q. Rosc. 24 SEN. nat. 3, 18, 1), decipere (CIC. Q. Rosc. 21 *al.*), defraudare, fallere (CIC. Q. Rosc. 16. 17 *al.*), revocare (QVEROL. p. 17, 15), truncare (*v. l. 20*), vorare (TERT. apol. 20, 1).

opp.: augere (MANIL. 3, 627), conferre (*v. l. 64*), indulgere (GREG. TVR. virt. Mart. 2, 41), reservare (VAL. CEM. hom. 13, 7).

deriv.: fraudatio, fraudator. *cf.* fraudulentus. fraudulosus.

comp.: defraudo.

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

fraudulenter *v.* fraudulentus.

fraudulentia, -ae *f.* [*a* fraudulentus. *Th.*]. *plur. l. 15. 27. i. q. fallacia, deceptio, dolus malus, insidiae*: **1** *absolute*: PLAVT. Mil. 189ª os habet, ... confidentiam, confirmitatem, -am. IREN. 2, 21, 2 -ae sive seductionis verba et subinvolantes mores (*gr. αἱμυλίους τε λόγους καὶ ἐπίκλοπον ἦθος*). HIL. trin. 2, 5 malignitas instinctu diabolicae -ae excitata. syn. 39 ut per singula genera ... fidei unicuique generi haereticae ac furtivae -ae contrairetur (*cf.* GREG. TVR. Iul. 18). coll. antiar. B VIII 2, 1, 1 detectae -ae suae...furor. AMBR. epist. 2, 13 versutias -ae. 2, 16 taetra -a. HEGES. 3, 16 l. 10 vicerint te Romana arma, non capiat -a. HIER. vita Malchi 6 nihil in me deprehendens -ae. in Ier. 4, 53 epistulas plenas mendaciorum et -ae. epist. 96, 6, 2 (*de doctrina Origenis*) quod omne (omnis *al.*) dolus et -a, aliud sit et aliud ostendat. VVLG. Iob 13, 9 decipietur ut homo vestris -is *deus*? Ier. 14, 14 visionem mendacem et ...-am (*οἰωνίσματα*). Dan. 11, 21 obtinebit regnum in -a (*ἐν δόλοις θήσεται*). VINCENT. LER. 12, 17 aut ... fallendi arte ... aut ... -ae causa. AVELL. p. 105, 21 ut fixi sint pedes vestri adversus arietem -ae. ISID. sent. 3, 12, 5 per argumenta -ae. 3, 26, 1 -ae genus in modum pharetrae subtiliter insidiarum sagittas celat. **2** *accedit genet. subi.*: IREN. 3, 16, 2 contra -am eorum (*sc. depravatorum*). PORPH. Hor. carm. 1, 5, 12 meretricis. HIL. trin. 1, 25 haereticae assertionis. in Matth. 4, 23 mentientium (*cf.* 6, 4). 6, 5 pseudoprophetarum -am et hypocritarum simulamenta. 22, 7 humana simplicitas difficile -am simulatae mentis intellegit. frg. min. D 1 per -am legentis. HEGES. 1, 41, 6 evacuaret Eurycli -am. HIER. in Ezech. 7, 13 p. 69 magistri. adv. Rufin. 3, 8 haereticorum -as et periuria (epist. 84, 6, 1 VINCENT. LER. 1, 1. *cf. l. 22*). epist. Pachom. 7 tumentis scientiae. epist. 92, 2, 4 varias ethnicorum -ae (*cod.*, fraudolentae *Vall.*) divinationis praestigias. VINCENT. LER. 7, 11 eorum, ... qui ... captant.

fraudulentus, -a, -um [*a* fraus. *Th.*]. *legitur inde a* PLAVTO CIC. *superl.*: PLAVT. Capt. 235ª PLIN. nat. 30, 1 FLOR. epit. 3, 1, 17 *al. comp.*: TERT. adv. Marc. 2, 28 p. 375, 13 AVG. conf. 3, 3, 6. GLOSS. *δόλιος. ἀποστερητής. στερητικός.* II 216, 52 *ἀγνώμων* perfidus, fraudolentus, infitiator. NOT. Tir. 74, 42.

1 *de hominibus i. q. decipiens, fallax, insidiosus, mendax, perfidus* (*additur in c. abl. l. 37*): PLAVT. Capt. 235ª ex bonis pessimi et -issimi fiunt. Men. 583 rapaces viri -i. Mil. 880 ea in opificina ... mala esse aut -a. Rud. 318 senem ... -um, deorum odium atque hominum, malum *eqs.* RHET. Her. 2, 26, 41 hominem improbum, avarum, -um (AMBR. in psalm. 118 serm. 11, 29, 2. RVFIN. hist. 4, 7, 2 [*γόητες*]). CIC. leg. agr. 2, 95 Carthaginienses -i et mendaces ... naturā loci. off. 2, 36 improbos, maledicos (maleficos *al.*), -os. HOR. carm. 3, 3, 24 cum populo et duce -o (*sc. Laomedonte*). COLVM. 9, 5, 2 curatorem *non* -um tantum, sed etiam immundae segnitiae. FLOR. epit. 3, 1, 17 -issimus regum. TERT. adv. Marc. 2, 28 p. 375, 13 -ior deus vester *est*. LACT. inst. 5, 9, 8 aeque mali, rapaces, ... cupidi, -i. FIRM. math. 8, 29, 13 fures. QVEROL. p. 5, 15 -us et miser. 6, 17 -o et perfido. 51, 4 HIER. epist. 36, 16, 5. VVLG. prov. 12, 17 testis (*δόλιος*). AVG. nupt. et concup. 1, 4, 5 socium. conf. 3, 3, 6 hoc laudabilior, quo -ior. GREG. M. moral. 31, 82 *diabolus*. ISID. sent. 3, 29, 1 amicus. *figurate de corporum partibus*: IVST. 41, 3, 7 ingenia genti ..., -a. HIER. in Mich. 2, 6 p. 509 linguam (VVLG. Mich. 6, 12). *de bestia*: ROMVL. fab. Aesop. (rec. vet.) 56, 2 *vulpis* -a (*E*, fraudulenter inquirens *cett.*) ... accessit. EVSTATH. Bas. hex. 7, 3 p. 939ᶜ calliditatem -i furacisque polypodis.

masc. subst. **fraudulentus,** -ī. PLAVT. Pseud. 366 sceleste. :: ... fraus populi. :: ... -e. CIC. Quinct. 56 quo te nomine appellemus? improbum? ... malitiosum? ... -um? SEN. benef. 3, 17, 4 tristis ... et sollicitus, qualis esse infitiator ac -us solet. dial. 4, 16, 3 -is ... et versutis. epist. 104, 21 avarus, corruptor, saevus, -us. ITALA I Cor. 6, 10 (Afr. ed. Soden Cypr. testim. 3, 65 [*W*, fraudatores *v*] domin. orat. 12) neque fures neque -i (*πλεονέκται*, VVLG. avari). FIRM. math. 8, 26, 15 erunt callidi -i circumscriptores cordatissimi. QVEROL. p. 5, 12 -um fraude deceptum sua. HEGES. 1, 40, 9 ut -os et calumniae machinatores dolis circumveniret. HIER. in Ezech. 8, 10 p. 86 de versipellibus ac -is. VVLG. prov. 12, 27 non inveniet -us lucrum. Is. 32, 5 (*δόλιος*). 32, 7 -i (*πονηρῶν*) vasa pessima sunt. SALON. in eccles. p. 1012ᴬ -us ... aut simulator congrue vulpeculae assimilatur. CASSIOD. compl. in act. 4, 36 *opp.* fidelium. *superl. v. l. 37.*

2 *de rebus i. q. fallax, dolosus, mendax, insidiosus, periculosus*: **a** *incorporeis*: PLAVT. Pseud. 582 fretus ... mea industria et malitia -a (fraudulentia *AB*. GREG. M. moral. 29, 25). CIC. off. 3, 83 hereditates, mercaturas, venditiones -as (FRG. Vat. 35, 7 *syn.* fallax). PLIN. nat. 30, 1 -issima artium (*sc. magica*). QVINT. inst. 11, 3, 83 gestum quendam humilem atque servilem et quasi -um. IVLIAN. dig. 40, 9, 7 pr. consilium (VLP. dig. 50, 17, 47 pr. MOD. dig. 5, 2, 12 pr. VVLG. prov. 12, 5. PS. RVFIN. in psalm. 9, 7 *syn.* dolosa). VLP. dig. 42, 5, 31, 1 -a in rebus pupillaribus ⟨et⟩ callida conversatio. GELL. 6 (7), 18, 10 calliditas (ANON. de mach. bell. 3 AVG. fid. et symb. 1, 1. *cf.* SOL. 32, 26 astu. COD. Theod. 10, 1, 7 [*a. 357*] astutiam). APVL. met. 8, 12 ambages. 9, 15 scaenas -as ... subdolis ambagibus construebat. FIRM. math. 8, 10, 5 cupiditate. err. 27, 4 persuasione. HIL. coll. antiar. B II 9, 4, 1 fidem ... -am, haereticam ... esse. COD. Theod. 8, 1, 4 (*a. 334*) vorax et -um numerariorum propositum. AMM. 21, 6, 7 nihil fallax temptare vel -um. SCHOL. Cic. Bob. p. 117, 9 St. captiones. p. 126, 20 per colloquium -um. AMBR. fug. saec. 7, 41 secretum. MAXIMIN. c. Ambr. 48 secundum Macedonianam -am pravitatem. HIER. in Ezech. 14, 1 sq. p. 134 idolis et divinationibus -is. VVLG. prov. 27, 6 -a (*ἑκούσια*) oscula odientis. AVG. c. Pelag. 4, 7, 19 laude. civ. 16, 37 p. 183, 30 D. in psalm. 7, 3 insidiae. c. Iul. op. imperf. 4, 14 interrogatione -issima. PS. PHOEBAD. fid. 1 p. 34ᴬ societate. MART. CAP. 4, 331 argumentatione. AVELL. p. 6, 5 -issimis eorum (*sc. impiorum*) circumventionibus. 10, 5 disputationem. POMER. 3, 8, 1 dominatione. CASSIOD. in psalm. 30, 19 machinationibus. IORD. Get. 129 pro mariti -o discessu. PRIMAS. in apoc. p. 861ᴬ concubinae ... non legitimo sociatae coniugio, sed potius -o. PALLAD. hist. mon. I 9 p. 281ᶜ irrisiones. **b** *corporeis i. q. decipiens, insidiosus, periculosus*: OPTAT. 5, 10 p. 141, 8 quas -as adisti fauces? HIER. in Mich. 2, 6 p. 509 statera -a et diversa pondera. *ibid.* adversus ... mensuras dolosas et pondera -a. p. 511 statera dolosa et sacculo -o.

syn.: callidus, circumscriptor (*v. p. 1265, 64*), dolosus (*v. l. 16. 17. p. 1265, 78*), fallax (*v. supra l. 2*), improbus, infitiator (*v. p. 1265, 60*), malus, mendax (*v. p. 1265, 42*), perfidus (*v. p. 1265, 48*), simulator (*v. p. 1265, 69*). *opp.*: bonus, fidelis (*v. p. 1265, 70*), legitimus (*v. supra l. 12*).

adv. **fraudulenter**. GRAMM. suppl. 55, 19 exeunt ... adverbia ... in 'r' ut ... -r. *comp.*: PLIN. nat. 30, 89 AVG. c. Iul. op. imperf. 3, 154 AVELL. p. 6, 21 GREG. M. moral. 31, 82. *i. q. per fraudem, dolo malo, insidiose, fallaciter* (GLOSS. *πανούργως*): CATO or. frg. 70, 3 -r atque avariter. COLVM. 1, 8, 18 qui aut crudeliter aut -r infestent *servos*. 9, 5, 2 si *res* tractetur -r. PLIN. nat. 30, 89 nullum animal -ius invidere hominibus. SCAEV. dig. 17, 1, 60, 4 si quid non administrandi animo, sed -r alienasset vel mandasset. 40, 7, 40, 4 quae ... -r acta *essent* (HIER. epist. 121, 6, 12 AVELL. p. 6, 21). PAPIN. dig. 49, 14, 39, 1 alienationibus, quas -r fecerant. VLP. dig. 15, 3, 10, 6 si -r servo solverit. 26, 10, 2 -r gessisse tutelam (INST. Iust. 1, 26, 11. *cf.* COD. Iust. 5, 43, 5 [*a. 233*] an nihil segniter, nihil -r geratur). 26, 10, 3, 11 si curator ... -r versatus sit (*cf.* MOD. dig. 48, 3, 14, 2). PAVL. dig. 1, 15, 3, 5 si quid ... -r admiserint. IREN. 2, 32, 3 -r seducere ... insensatos. CYPR. epist. 36, 4 -r litteras a nobis elicere. 67, 5 -r obrepsit (*cf.* AMBR. symb. rec. A *et* B init. -r ... irrepere). HIL. ad Const. 2, 4, 2. in psalm. 65, 20 -r ex alterius metalli natura *argento* admixta. QVEROL. p. 57, 1 aliud -r, aliud nequiter *fecisti*. AMBR. in psalm. 118 serm. 11, 29, 1 -r interrogari (HIER. in Ezech. 14, 1 sq. p. 134 *syn.* tentandi animo. RVSTIC. c. aceph. p. 1191ᴰ). PS. AMBR. act. Seb. 12, 41 quam inique et dolose et -r vixerint. MAXIMIN. c. Ambr. 89. HIER. hom. Orig. in Ezech. 3 p. 907 -r et callide. monogr. p. 197, 31. c. Ioh. 6 quaestiunculae ... -r ac lubrice scriptae. VVLG. gen. 27, 35 (*μετὰ δόλου*). prov. 11, 13 qui -r ambulat (*ἀνὴρ δίγλωσσος. opp.* qui ... fidelis est animi. *cf.* 20, 19. Ier. 6, 28 [*σκολιῶς*. HIER. in Ier. 2, 29 sive perverse]. LEX Visig. 8, 4, 22 tit. *sc. furtum facere temptans*). 26, 19. 26 operit odium -r (*συνίστησι δόλον*). Is. 32, 6 loquatur ad dominum -r. Ier. 9, 4 -r (*δολίως*) incedet. 48, 10 (*ἀμελῶς*). 11, 32 simulabunt -r (*ἐν δόλοις θήσεται*). 11, 34. AVG. nupt. et concup. 2, 14, 29. civ. 20, 8 p. 424, 21 D. violenter -rve fallendo (*ibid.* vel vi vel dolo). serm. ed. Mai 105, 2 venditis. c. Iul. op. imperf. 3, 154 ille fidelius, tu -ius *dicitis*. SVLP. SEV. dial. 1, 6, 2 CASSIAN. conl. 24, 19, 3. HYD. chron. II p. 27, 160 -r singularis accitus. VICT. TONN. chron. II p. 203, 552, 2 FVLG. RVSP. epist. 4, 3, 6 c. Fastid. 10 MVTIAN. Chrysost. hom. 2, 2. GREG. TVR. Franc. 5, 25 -r appraehensus. INST. Iust. 1, 23, 5 *non* -r negotia administrat (*cf.* 1, 26, 12). LEX Visig. 8, 4, 22 in rem alienam -r ingressus (*cf. l. 48*). GREG. M. moral. 31, 82. dial. 3, 14 p. 248ᴬ (*gr. μετὰ δόλου*). PS. MATTH. euang. 16, 1. ISID. sent. 3, 29, 2 ut qui non potuit aperte decipere, decipiat -r.

fraudulōsus, -a, -um [*cf. c.* fraus, fraudulentus *et c.* dolosus. *Th.*]. PAVL. dig. 47, 2, 1, 3 furtum est contrectatio rei -a (*i. per fraudem perpetrata*) lucri faciendi gratia.

fraumentum, -ī *v.* fragmentum.

fraus, -dis *f.* [*cf. c.* frausus sum *et c. umbr.* frosetom 'defrudatum' *vel* 'vitiatum', *fortasse c.* frustra. *Th.*]. CASSIOD. in psalm. 77, 33 -s ... dicitur quasi fracta fides. *de formis: tritissima proferunt*: GRAMM. suppl. 14, 17. 120, 25 TER. MAVR. 983 MART. CAP. 3, 304. *dat. sing.* fraudei: LEX repetund. (Corp. I² 583) 28. *genet. plur. in* -ium *non legitur in versibus, apud prosarios in melioribus codd. traditur his locis*: CIC. off. 3, 75 APVL. met. 5, 15. 19. 8, 5. 10, 6. 27 VLP. dig. 9, 2, 23, 4 MARCIAN. dig. 30, 119 pr. TERT. spect. 2 p. 4, 2 COD. Iust. 10, 1, 7, 2 (*a. 326*) CYPR. Demetr. 9 p. 357, 13 (-ium *S*, -um *WR*). AVSON. 419, 74 p. 372, 500 P. (-um *G*). SALV. gub. 7, 62. *in* -um *legitur in hexametri variis sedibus* (*nusquam in iambis*): SIL. 1, 484. 2, 500. 6, 479. 13, 536. 738 STAT. silv. 3, 1, 32 CLAVD. 22, 214, *in prosa oratione*: CIC. Pis. 44 (-um *V*, -ium *recc.*) TAC. ann. 6, 21 GELL. 14, 2, 6 LACT. inst. 1, 10, 7 epit. 56, 5. 66, 1 AMM. 25, 10, 7. *scribitur* fru- *pro* frau-: LEX repetund. (Corp. I² 583) 64 (*in aere, ut videtur*). LVCR. 2, 187 (*B*). 6, 187. VERG. ecl. 4, 31 frusdis (*R*). *notatur*: s(ine) *sive* s(e) f(raude) s(ua): LEX Tarent. (Corp. I² 590) 38 LEX Rubr. (Corp. I² 592) 2, 19 LEX Vrson. (Corp. I² 594) 61, 2. 62, 2. 8 *al.* CIC. Att. 3, 23, 3 (*perscriptum in Med., ceteris in libris*

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

notatum). S.C. Cael. Cic. epist. 8,8,5 (*Hirschfeld*, ses *libri*). Act. lud. saec. Aug. (Corp. VI 32323) 57. Prob. litt. sing. gramm. IV 274 d(olo) m(alo) f(raudis *nisi mavis* fraudationis)v(e) causa. *cf. p. 1261, 19.* Not. Tir. 74, 41. *legitur inde a legibus vetustissimis apud* App. Clavd. Plavtvm (*9ies*) Ter. (*ter*) Catonem (*semel*) Rhet. Her. Q. Cic. Pvblil. Lvcr. Caes. Sall. Nep. Verg. (*12ies*) Hor. (*8ies*) Prop. (*7ies*) Ov. (*41ies*) Gratt. Manil. Sen. contr. Germ. Vell. Val. Max. Phaedrvm Sen. trag. (*33ies*) pedestr. (*12ies*) Cvrt. Colvm. Lvcanvm Petron. Plin. Val. Fl. Sil. (*31ies*) Homervm Stat. (*22ies*) Mart. Qvint. Frontinvm Ivv. Tac. (*40ies*) *et per totam latinitatem, saepissime apud* Cic. (*106ies*) Liv. (*155ies*) Ictos. *pluralis extat inde a* Cic. Pis. 44. 76 Cluent. 101 de orat. 1, 194 Tusc. 1, 72 off. 3, 75 Hor. carm. 3, 27, 27 epist. 1, 16, 62 Prop. (*quater*) Ov. met. 1, 130. 3, 534 Liv. 39, 16, 1. 7. 39, 18, 4 *passim.* [*dub. vel corr.*: Pvblil. R 14 remedium frustra (*Gruter*, -s *cod.*) est contra fulmen quaerere. Gratt. 182 comparat his versuta suas Athamania ⟨-es *Aldin., melius putat quale* gentes *Vollmer*⟩. Mart. 2, 40, 2 novi hominis -es (mores *codd. dett.*). Fronto p. 218, 13 N. (*loco lacero*). Apvl. apol. 81 -e *Acidalius* laude *F.* Orient. comm. 1, 347 -es Spartanae (*Havet, Revue de philol. 26 [1902] 149*; clades Spartanas *cod.*).]

I *praevalet notio* **nocendi** *i. q. malum, quod quis facit vel patitur,* **damnum,** *iniuria* (*v. Moritz Voigt, Bedeutungswechsel mehrerer lat. Ausdrücke, Abhandl. d. phil.-hist. Kl. d. k. sächs. Ges. d. Wiss. 6 [1874] p. 109 sqq.* Gloss. *βλάβη*): Cato orig. 83, 4 milites . . . in locum insinuant -i et perniciei obnoxium. Nigid. Gell. 9, 12, 6 infestus dicitur ab instantia atque imminentia -is, quam vel facturus cuipiam vel passurus est. Cic. Tim. 40 neque vos ulla mortis fata perement nec -s valentior quam consilium meum. 46 si quid postea -is aut vitii (*Plato Tim. p. 42D κακίας*) evenisset. *cf.* Ivvenc. 1, 654 quisque dies sibimet satis est pro -e diurna (Vvlg. Matth. 6, 34 sufficit diei malitia [*κακία*] sua). *nota genet. obi.: hominum: v. l. 56. p. 1268, 5. 1269, 8. 15. rerum*: Cic. Verr. 2, 107 quis umquam eius rei -em aut periculum proposuit edicto? Tert. anim. 28 p. 347, 32 commentus est stropham cum iniuria bonae valetudinis, cum -e vitae septennio excruciatae. *cf. p. 1268, 16. 76 al. pron. possess.: v. l. 52. p. 1268, 14. gen. subi.: animantium:* Cic. leg. 3, 11? *p. 1268, 54. rerum*: Gell. 1, 2, 4 morborum vitiorumque -es animorumque labes pestilentias . . . ea omnia explorata. Drac. laud. dei 1, 460 serpens -bus imbutus mortis. *admodum raro damnum rebus infertur* (*v. l. 32 sqq. 76 et p. 1268, 64. 75 al.*).

iunctvrae tritissimae praecipue in formulis iuris, ubi accedit ad significationem **poenae** (Vlp. dig. 21, 1, 23, 2 veteres . . . -em pro poena ponere solebant. Serv. Aen. 10, 72 ita enim in iure lectum est: '-i erit illa res' id est periculo. 11, 708 -em veteres poenam vocabant (ab eo quod praecedit id quod sequitur *add.* auct.), . . . ut etiam in antiquo cognoscitur iure. Gloss. *ζημία. nota distinctionem*: Vlp. dig. 50, 16, 131 pr. aliud -s est, aliud poena: -s enim sine poena esse potest, poena sine -e esse non potest. poena est noxae vindicta, -s et ipsa noxa dicitur et quasi poenae quaedam praeparatio). *cum praepositionibus*: **se (sine) -e** (*cf. p. 1266, 82*): *in iure antiquo*: Lex XII tab. ed. Bruns 3, 6 si plus minusve secuerunt, se -e esto (10, 8). Lex repetund. (Corp. I² 583) 64. 69 sed -e sua extra ordinem dato solvitoque (Lex agr. [Corp. I² 585] 29. 42 [*bis*]). Lex Corn. de XX quaest. (Corp. I² 587) 1, 5 idque ei sine -e sua facere liceto (Lex Mamil. [Bruns⁷ p. 96] Cic. Att. 3, 23, 3 Lex Falcid. [dig. 35, 2, 1]. Liv. 1, 24, 5 sine -e mea populique Romani. S. C. Frontin. aq. 100 Lex Quinctia [Frontin. aq. 129] S. C. de aedif. [Corp. X 1401] 40 Vlp. dig. 48, 5, 26 [25] pr. *al.*). Cic. leg. 2, 60 coronam virtute partam . . . ei . . . sine -e esse lex impositam iubet (Plin. nat. 21, 7). Liv. 26, 12, 5 sine -e esset. Sen. contr. 1, 4 thema. 1, 4, 6 dum utrumque corpus interficiat, sine -e sit. 9, 1 thema (*cf.* Coll. Mos. 4, 2, 3 Vlp. dig. 48, 5, 26 pr.). *al. extra leges*: Cic. Tull. 53 caedem sine -e facere (*syn.* impune). Sall. Catil. 36, 2 sine -e liceret ab armis discedere. Hor. carm. 2, 19, 20 nodo coerces viperino Bistonidum sine -e crines (*ubi* Porph. 'sine -e' . . . sine noxa ac sine iniuria intellegendum. *falso ad II refert* Schol. *ad l.* 'sine -e': sine compositione, qui comi non poterant utpote viperini). carm. saec. 41 per ardentem sine -e (Schol. sine laesione) Troiam . . . munivit iter. Ov. am. 3, 3, 43 sine -e liceret femina . . . falleret. fast. 6, 173 piscis adhuc illi populo sine -e natabat. Liv. 24, 47, 8 ut sine -e Punicum emitteretur praesidium. 26, 17, 6 omnia sine -e Poeni deportarent. 31, 32, 4. 35, 51, 8 ut sine -e liceret abire. 38, 9, 9 auxiliares sine -e emitterent. Mart. 6, 2, 4 nasci quod sine -e iubes. Tac. ann. 6, 30 errorem eundem illi sine -e, aliis exitio habendum. Vlp. dig. 4, 6, 26, 2 quos more maiorum sine -e in ius vocare non licet (47, 10, 32 Macer dig. 48, 2, 8 pr.). *nota*: Ter. Mavr. 2040 miscentque trochaeos sine -e saepe plures *ionicis.*

in -em *illicere, incidere sim., postea plerumque fallendo, dolo malo*: Plavt. Mil. 1435 is me in hanc illexit -em (Truc. 298 et probrum. Ter. Andr. 911 *syn.* eorum animos lactas. *cf.* Lvcr. 5, 1005 nec poterat quemquam placidi pellacia ponti subdola pellicere in -em). Trin. 658 otio captus in -em incidi (Ter. Haut. 442 Cic. Verr. 4, 178 Att. 11, 16, 1). Rhet. Her. 4, 9, 13 per imprudentiam facillime deducuntur in -em: at ii, qui sciunt, quid aliis acciderit, . . . suis rationibus possunt providere (Planc. Cic. epist. 10, 23, 4). Cic. off. 3, 54 per errorem in maximam -em incurrere. Lvcr. 4, 1206 gaudia *Veneris* . . ., quae iacere in -em possent vinctosque tenere. Verg. Aen. 10, 72 quis deus in -em . . . nostra egit (Serv. *ad l.* periculum). *saepe apud* Ictos *in -em alicuius facere aliquid atque saepissime quidem de damno, quod dolo malo infertur* (*cf. Voigt l. l. p. 118 sqq.* Gloss. iurispr. cod. Paris. gr. 1357A *ἐφρανδεμ* [*i.* in -em?] *ἀπαίτησις· παραγραφή*): Afric. dig. 40, 4, 22 pecuniam in -em pupilli accipere. Gaivs inst. 1, 37 qui in -em creditorum vel in -em patroni manumittit (dig. 40, 9, 10 *al.* Scaev. dig. 16, 1, 28 pr. 42, 8, 23 Vlp. dig. 40, 5, 4, 19. *ibid.* consilium . . . fraudandorum creditorum. *al.* Cod. Iust. 6, 27, 1 [*a. 193*]. 7, 2, 5. 7, 11, 1 [*a. 223*]. 1, 17, 2, 7d [*a. 533*] *al.*). Gaivs inst. 3, 215 qui pecuniam in -em stipulatoris acceptam fecerit. dig. 3, 3, 34 si bona fide et non in -em eorum . . . gestum sit edictum. 4, 7, 1 pr. idque . . . in -em nostram fecerit (*cf.* Marcian. dig. 49, 1, 5, 3). Marcell. dig. 30, 123, 1 in -em legum (Papin. dig. 35, 1, 79, 4. Pavl. dig. 1, 3, 29 contra legem facit, qui id facit, quod lex prohibet, in -em vero, qui . . . sententiam eius circumvenit. *cf. infra l. 65 al.*). Vlp. dig. 49, 14, 26 fisci (Pavl. dig. 49, 14, 45, 3 *al.*). Pavl. sent. 5, 25, 5 qui rationes . . . sciens dolo malo in -em alicuius deleverit. Lex Visig. 4, 4, 2 in -e dominorum infantem exposuerint. Cod. Iust. 6, 19, 2 (*a. 294*) possessionem patri ad -em filii repudiare non licet (*cf.* Hil. coll. antiar. B VIII 2, 3, 2 p. 117, 18 ad -em hominum fefellistis).

-i est: *pro subi. est subst. vel pron.*: Lex repetund. (Corp. I² 583) 28 neive quid ei ob eam rem -i esto. Rhet. Her. 2, 16, 24 quae consulto facta non sint, an ea -ei (*Marx*, an ea -e *HP*¹, in eis -em *P*²*C*) esse non oportere. Cic. S. Rosc. 49 Verr. 3, 173. 4, 91 hae pecuniae . . . tibi -i ac damnationi esse deberent. Cluent. 91. Mur. 73 non . . . id erit eius vitrico -i aut crimini. dom. 123 num ille furor tribuni plebis . . . -i Metello fuit? Rab. Post. 19 Phil. 5, 24. 39 quibus certe pietas -i esse non debuit. or. frg. A VIII 14 Att. 5, 21, 12 epist. 1, 5a, 4. 7, 26, 2 ea *lex* mihi -i fuit. Lex Rubr. (Corp. I² 592) 2, 20 id ei -i poenaeve ne esto (Lex Tudert. [Corp. XI 4632] 8 id ei -i multae poenae ne esto. S. C. de aedif. [Corp. X 1401] 38 si *eqs.*). Ov. trist. 2, 463 non fuit hoc illi -i. Nvx 106 mihi . . . nec ventus -i solve geluve fuit. Liv. 3, 54, 5 ne cui -i esset secessio militum (*cf.* 5, 14, 14. 7, 41, 2. 3). 27, 17, 14 ut transitio sibi nec -i apud eum nec honori sit. 33, 20, 7 nihil . . . iis . . . noxiae futurum -ive. 39, 14, 9. 39, 19, 6 neu quid ei . . . ob id -i ignominiaeve esset. Sen. contr. 9, 4 (27), 9. Svet. Aug. 54 nec . . . contumacia -i cuiquam fuit. Vlp. dig. 38, 5, 1 pr. ne ea res ei -i sit. Marcian. dig. 30, 114, 14. Apvl. Plat. 2, 11 vitia . . . nocere alio pacto -ique esse. Itin. Alex. 25 ea res et -i Persis ⟨fuit⟩. Ivst. 21, 3, 5. Symm. epist. 1, 24 mihi -i non erit emendationis incuria. Ps. Ascon. div. in Caec. p. 191, 29 St. cur id -i (*i. crimini*) sit Ciceroni. Cod. Iust. 4, 54, 6. *enuntiatum* (*cf. et p. 1270, 16*): Cic. Phil. 8, 26 ne -i sit septemviris, quod *eqs.* (8, 33 epist. frg. V 1 Liv. 30, 19, 9. Fronto p. 102, 14 N. epistula quod non . . . affuerit, veniam . . . poscit, ne -i sit). Sen. benef. 1, 3, 10 nec illis *poetis* -i est, si aliud in censum detulerunt (*cf. l. 34* Lex de imp. Vesp. [Corp. VI 930] 37 Macr. sat. 1, 1, 5). Liv. 1, 47, 9 metu, ne non venisse -i esset. 3, 53, 4 concisse milites. Val. Max. 6, 1, 13 irae suae indulsisse. *locutiones similes*: Liv. 22, 10, 5 (*ex rogatione pontificis m.*) si quis rumpet occidetve insciens, ne -s esto. Cic. leg. 3, 11 ast quid turbassitur . . ., -s actoris esto. 3, 42. Cod. Iust. 5, 1, 2 (*a. 332*) nihil -is ei sit, quae nuptias . . . ludi non passa est. Cic. Balb. 63 potius ad summam laudem huic quam ad minimam -em . . . valere. de orat. 2, 199 id C. Norbano in nefario crimine atque in -e capitali esse ponendum. Macr. sat. 6, 1, 5 quis -i (*i. crimini*) Vergilio vortat.

-em facere *sim.*: Lex XII tab. ed. Bruns 8, 21 patronus si clienti -em fecerit, sacer esto. Tert. adv. Marc. 4, 16 p. 472, 18 alii facere, quod ab alio fieri mihi nolim, vim iniuriam contumeliam -em et eiusmodi mala (*paulo aliter*: idol. 1 *v. p. 1271, 26*). Cod. Iust. 7, 8, 5 (*a. 223*) creditoribus. Vvlg. Sirach 34, 27 qui -em facit (*ἀποστερῶν*) mercenario. Lex Visig. 7, 5, 5. *alicui rei*: Plavt. Mil. 164 ut ne legi -em faciant aleariae (Lex Tarent. [Corp. I² 590] 31 Liv. 7, 16, 9. 10, 13, 10 Call. dig. 49, 14, 3 pr. Vlp. dig. 1, 3, 30 -s . . . legi fit, ubi quod fieri noluit, fieri autem non vetuit, id fit *eqs.* [*spectat quodammodo ad II; cf. Voigt l. l. p. 120 sq. et v. supra l. 17*]. Pavl. dig. 35, 2, 71 pr. Tert. adv. Marc. 2, 7 p. 344, 13 legislator ipse -em legi suae faceret, non sinendo praescriptum eius impleri?). Cic. Att. 4, 12 senatus consulto. Val. Max. 6, 5 ext. 4 iustitiae. Tryph. dig. 38, 2, 50, 2 edicto *praetoris. al.* Vlp. dig. 2, 14, 7, 7 *decreto.* Consent. gramm. V 393, 26 facit -em sermoni per detractionem temporis. Phoebad. c. Arrian. 10 ne -em faciant divinae definitioni. Val. Cem. hom. 19, 4 cupiditati ad tempus -em fecisse. Greg. M. epist. 11, 4 p. 263, 6 rebus publicis. *alicuius rei*: Corp. XII 1911 -em eiusde⟨m⟩ fun[en]eris fecerunt. *c. praepos.*: Cic. Q. Rosc. 25 nihil hunc in societatem -is fecisse. Liv. 5, 12, 2 -isque contra legem Treboniam factae. Bened. reg. 57, 12 qui aliquam -em (*i. peculatum*) de rebus monasterii fecerint. *absol.*: Lex Vrson. (Corp. I² 592) 22 neque se -em per litteras facturum esse (*cf. p. 1276, 15*). Qvint. decl. 301 p. 189, 25 si quid feceram -is, apud magistrum agere debuisti. *cf. p. 1271, 13. 21. 1274, 25 al.* App. Clavd. carm. frg. 1 ne quid -is stuprique ferocia pariat. Plavt. Asin. 286 metuo, in commune

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ne quam -em frausus sit (*cf. infra l. 11*). Mil. 294 tuis nunc cruribus capitique -em capitalem hinc creas. Cic. Rab. perd. 26 -em capitalem admisit (Vlp. dig. 21, 1, 1, 1 capitalem -em admittere est tale aliquid delinquere, propter quod capite puniendus est. *cf. vol. I p. 753, 11 sq.*). Att. 7, 26, 2 id mihi -em tulit (Verg. Aen. 11, 708 ventosa ferat cui gloria -em [laudem *M cf.* Serv. *ad l.*]. Liv. 24, 38, 8 vitandae, non ferendae [*P*, ⟨in⟩ferendae *Sig.*] -is causa. *aliter p. 1274, 26 sqq. 1275, 2. cf.* Lex Visig. 8, 6, 1 duplum restituat illi, cuius -s illata est). Verg. Aen. 6, 609 -s innexa clienti (Clavd. carm. min. spur. 2, 36 fatis. *cf.* Manil. 2, 487 Lanigero qui *Taurus* -em nectit. 2, 500 *cf. p. 1274, 30*). Liv. 23, 14, 3 capitalem -em ausi (frausi *Scalig.*). 39, 14, 4 ne quid eae coniurationes ... -is occultae aut periculi importarent. **pati** *sim.*: Vlp. dig. 5, 1, 18, 1 ut impune -em patiatur. Tert. pudic. 14 p. 249, 23 quomodo *ecclesia* vereretur -em pati eius (*gen. obi.*), quem iam et ereptum amiserat et *eqs.* adv. Marc. 1, 15 p. 310, 24 manifestam iam -em Marcion patitur ab eis. Qverol. p. 40, 3 furta omnes facimus, -em tamen nemo patitur. *cf. p. 1275, 7.* Schol. Hor. carm. 1, 28, 31 -em, quae redundet in posteros, capiat.

II *accedit, quod iniuria* ***fallendo*** *fit, i. q. malum dolo adhibito illatum, actio dolosa, deceptio, fallacia,* ***dolus malus,*** *facinus fraudulentum, interdum laxiore sensu i. q. actio improba, scelesta, iniuria* (*v. Voigt l. l. p. 121 sqq.* Pavl. Fest. p. 116 lax etenim -s est [*cf. p. 1270, 17*]. Qvint. decl. 301 p. 187, 11 circumscriptionem esse inevitabilem -em. Isid. diff. 1, 143 dolus animo fit, insidiae loco sive telo, -s circa fidem mutuam [*cf.* Cassiod. in psalm. 77, 33 *p. 1266, 68*]. *aliter* Diff. ed. Beck p. 58, 33. Gloss. *δόλος. ἐνέδρα. ἀπάτη. περιγραφή.* inpostura. dolus. commentum): **A** ***generatim:*** *synon. et iuxta posita*: Cic. Quinct. 22 singulare genus -is et novam rationem insidiarum (Q. Rosc. 51. Cluent. 46 circumscriptionesque [*v. vol. III p. 1164, 19. 24. 26. 34. 40*]. Liv. 24, 3, 5 greges ... numquam insidiis ferarum, non -e violati hominum. 27, 16, 15 *al.* Sen. dial. 2, 9, 1 aliorum [*sc. insipientium*] omnium non consilia, sed -es et insidiae ... sunt. Stat. Theb. 3, 238 Qvint. decl. 355 p. 386, 15 *al.* Tert. spect. 2 p. 4, 2 *coni.* iniquitatium. Arnob. nat. 2, 43 *al.*). Cic. Q. Rosc. 20 *Fannius* ex -e, fallaciis (*cf. p. 176, 72 sqq. 202, 31. 37. 38*), mendaciis constare totus videtur (Cluent. 72). *ibid.* similem sui in -e et malitia (*cf. infra l. 55* Cluent. 70 nat. deor. 3, 78 Phaedr. 2, 4, 5). 26 -is ac furti mentionem facere (Ov. met. 13, 32 Sen. Ag. 207 dial. 4, 9, 4 Mart. 1, 87, 7 Novatian. trin. 24 p. 933[B] *v. p. 1271, 50* Hier. in Matth. *v. p. 1270, 82* Svlp. Sev. dial. 1, 5, 5 Nicet. symb. p. 39, 6). Cluent. 83 si istinc denique omnis -s et audacia est (*opp.* pudor, vita honesta). Flacc. 74 adductus est in iudicium ... de dolo malo et de -e (dom. 36 *v. p. 1274, 15.* Caes. civ. 2, 14, 1 tempus atque occasionem -is ac doli quaerunt. Ov. met. 1, 130 *v. infra l. 74* Liv. 1, 53, 4. 22, 23, 4. Sen. Tro. 613 nunc advoca astum ... nunc -es, dolos, nunc totum Vlixen; veritas numquam perit. Tac. hist. 4, 24. Scaev. dig. 32, 37, 3 dolo malo aut -e. Vlp. dig. 3, 2, 1 *al.* Evgraph. Ter. Andr. 840 Drac. laud. dei 2, 782 *al.*). Pis. 76 vestrae -es, vestrum scelus (Sest. 145. Liv. 39, 16, 2 quidquid ... libidine, quidquid -e, quidquid scelere peccatum est. Sen. Thy. 312 *al.*). de orat. 1, 194 vitia ... hominum atque -es damnis ... morte multantur. fin. 2, 46 vana, falsa, fallentia odimus, ut -em, periurium, malitiam, iniuriam (Ov. met. 14, 91 Liv. 26, 48, 11 Salv. gub. 7, 62). 4, 52 quia nulla sit in dolore nec -s nec improbitas nec malitia nec culpa (*v. vol. IV p. 1298, 77 sqq.*) nec turpitudo, non esse malum. off. 2, 33 ut nulla sit in iis -is iniuriaeque suspicio (Qvint. decl. 260 p. 62, 24 deterius huius -e atque iniuria factum. Tert. idol. 14 aut -e aut iniuria aut contumelia). 3, 75 *error* fons est -ium, maleficiorum, scelerum omnium. Prop. 4, 6, 9 ite procul -es, alio sint aëre noxae! (Stat. Theb. 10, 586 -es et periura luam regalis crimina noxae). Plin. nat. 24, 4 -es hominum et ingeniorum capturae. Fronto p. 215, 4 N. adversus diligentes ... -es et captiones et insidiae parantur. Apvl. apol. 83 patent artes tuae, Rufine, -es hiant, detectum mendacium est *eqs.* Tert. pudic. 19 *v. p. 1271, 15.* Amm. 21, 12, 1 civitatem ... sibi sociare vel -e vel diversis adulationum generibus.

opposita: Cic. de orat. 2, 35 -s hominum ad perniciem et integritas ad salutem vocatur. off. 1, 41 cum ... duobus modis, id est aut vi aut -e, fiat iniuria, -s quasi vulpeculae, vis leonis videtur; utrumque homine alienissimum, sed -s odio digna maiore (*cf.* Flacc. 89. Liv. 24, 37, 5 nulli occasioni -is Romanum patere, *vi rati [patuerat *P*] agendum. 24, 38, 7. 26, 48, 11 Tac. ann. 2, 39. *cf.* Arnob. nat. 4, 24 imperium violentia et -e tenuisse Iovem. *al.*). 1, 109 veritatis cultores, -is inimici. *al.* Ov. met. 1, 130 fugere pudor verumque fidesque. in quorum subiere locum -esque dolique. Liv. 5, 54, 1 si -e, si casu Veis incendium ortum sit (25, 3, 10 *cf.* Coll. Mos. 1, 9, 1). 9, 11, 8 semper aliquam -i speciem iuris imponitis. 27, 24, 8 claves ... -e amotas magis ratus quam neglegentia intercidisse (*cf.* Sen. dial. 10, 19, 1 *v. p. 1270, 83* Colvm. 1, 7, 6 Frontin. aq. 105 Marcian. dig. 30, 119 pr. *cf. p. 1271, 11. sim.* Frontin. aq. 87 quicquid aut -bus aquariorum intercapiebatur aut inertia pervertebatur [Tac. hist. 4, 19 Amm. 21, 1, 2]. Tac. ann. 3, 31 plurima per Italiam itinera -e mancipum et incuria magistratuum interrupta et inpervia). 38, 16, 4 Lysimachia -e capta Chersonesoque omni armis possessa (Tac. ann. 12, 45. *sim.* 2, 88 non -e neque occultis, sed palam et armatum populum R. hostes suos ulcisci. *cf.* Stat. silv. 5, 2, 39 quod tempus amicum -bus, exerto quaenam bona tempora bello). Sen. frg. 96 quidquid est, quo placet virtus, eo -s adumbratur (*cf. p. 1271, 37.* Tac. ann. 2, 17 virtus seu -s ... Inguiomero effugium dedit). Svet. Aug. 33, 2 quos -e ad signandum vel errore inductos constitisset (*cf. p. 1271, 6. 39*). Pavl. dig. 17, 2, 3, 3 fides bona contraria est -i et dolo (*cf. p. 1271, 31*).

vi passiva i. q. status decipiendi, fere i. q. error (Gloss. *ἀγνωμοσύνη*): Cic. Pis. 1 voltus ... hic in -em homines impulit, hic eos ... decepit, fefellit, induxit (Sen. contr. 1, 1, 10). de orat. 3, 226 viros in eam -em in re publica esse delapsos (*cf.* Liv. 27, 39, 10 in necopinatam -em lapsos esse). Att. 3, 15, 7 ego proditus, inductus, coniectus in -em. Lvcr. 2, 187 ne tibi dent in eo flammarum corpora -em. 4, 817 nos in -em induimus frustraminis ipsi. 6, 187 ne tibi sit -i, quod *eqs.* Liv. 10, 34, 6 *v. p. 1271, 39.* Pavl. Fest. p. 117 (*cf. p. 1269, 23*) lacit: inducit in -em (p. 207 pellexit: in -em induxit. Sen. epist. 48, 10 Porph. Hor. epist. 2, 2, 18 Paneg. 7 [6], 10, 2. *cf.* Sil. 5, 43 in -em ducebat iter). p. 204 pellicator, qui pellicit ad -em (Sil. 15, 70 quasnam iuvenem ... pellicis in -es). Sil. 7, 26 angebant anni -ique inaperta senectus. Qverol. p. 7, 2 bene perfidus alteri -em infert, damnum sibi.

interdum magis animus quam actio spectatur, i. q. mens fraudulenta, qualitas, copia fallendi (Gloss. nequitia, dolus): Cic. de orat. 1, 3 quantum mihi vel -s inimicorum vel causae amicorum ... tribuet otii. 1, 202 *orator* scelus -emque nocentis possit dicendo subicere odio civium. off. 3, 113 -s ... astringit, non dissolvit periurium. 3, 115 qui in castra revertissent eadem -e, ut iure iurando liberarentur. nat. deor. 3, 75 iidem etiam di -em dederunt, facinus ceteraque. Verg. ecl. 4, 31 suberunt priscae vestigia -is. Ov. epist. 2, 78 heredem patriae, perfide, -is agis. Liv. 21, 35, 4 errores, quos ... ducentium -s *faciebat.* 28, 42, 7 -s fidem in parvis sibi praestruit, ut, cum operae pretium sit, cum mercede magna fallat. Sen. benef. 3, 15, 3 o turpem humani generis [et] -is ac nequitiae publicae confessionem! Stat. Theb. 3, 616 timida cum -e sacerdos exeat. Ach. 1, 283 quis deus attonitae -es astumque parenti contulit? Plin. epist. 5, 13, 4 quia ... in hoc genus culpae non -e incidisset. paneg. 66, 3 quibus *principibus* tanta levitas, tanta -s *est.* Porph. Hor. carm. 1, 10, 7—8 illo furto, quod a⟨d⟩ avaritiae -em spectat. Comm. instr. 1, 30, 19 tollite corda -is (*i. animos fraudulentos*). Arnob. nat. 1, 53 p. 36, 13 nihil praestigiosum aut subdolum, nihil -is delituit in Christo. Hil. in Matth. 11, 2 peccatorum -e. Schol. Cic. Bob. p. 84, 1 St. in tanto consule aliquid potuisse -is existere.

metonymice: i. q. fraudulentus: Plavt. Poen. 365 -s populi. ... fraudulente. :: impure. Ter. Haut. 1033 gerro, iners, -s (Schol. *ad l.* fraudulentus), helluo, ganeo, damnosus. Sen. Herc. O. 933 -isque facinus esse, non nuptae, sciat. *i. q. res, qua quis -em admittit*: Symph. 268 (*significatur* '*mālum*') contentio magna dearum, -s iuvenis Phrygii (*Bücheler*, functi *libri*). *personate* (*cf. l. 32. p. 1269, 75*): Sen. Herc. O. 611 cum magnae patuere fores, intrant -es cautique doli. Phaedr. 982 -s sublimi regnat in aula. Sil. 6, 479 Carthago, -um domus. Tac. ann. 2, 17 *v. l. 5* Zacch. 1, 30 *v. p. 1271, 24.* Favst. Rei. grat. 1, 2 p. 14, 16 quidquid auro obryzo adulterinum -s iniquitatis admiscuit. *v. etiam Onomast. s. v.*

-em maxime parant hominibus homines, admodum raro res (cf. p. 1271, 26. 56 sqq. 1274, 63. 67), nec saepius homines struunt -em rebus (cf. p. 1271, 1. 53. 1272, 6 sqq.). de -e, quae fit animalibus (*cf. p. 1269, 31. 1275, 7*): Ov. met. 15, 102 cuncta sine insidiis nullamque timentia -em. Liv. 41, 23, 8 cum ferae bestiae cibum ad -em suam positum plerumque aspernentur. Gratt. 45 candor *lini* ... ostendit longe -em atque exterruit hostis (*i. feras*). 91 -s teget insidias habitu mentita ferino. Manil. 4, 287 aut uncos celare cibis, aut carcere -em. Sen. Phaedr. 503 feris struxisse -es. Anth. 471, 8 alitibus contexere -em. Romvl. fab. Aesop. 77, 10 ab hac vos eripite -e. *c. genet. explicationis*: Apvl. met. 6, 20 offulae sequentis -e caninis latratibus obseratis. *cf.* Clavd. Don. Aen. 7, 10 ne -em ullam oblatae occasionis amitteret.

B ***speciatim:*** **1** *de damno pecuniae, qua quis privatur dolo malo rebus ementitis* (Vlp. dig. 38, 5, 1, 15 -s ... in damno accipitur pecuniario. Gloss. *στέρησις. ἀποστέρησις. hinc accedit ad notionem furti, peculatus cf.* Pvblil. F 7 -s est accipere, quod non possis reddere. Tert. idol. 1 -is condicio ea est, opinor, si quis alienum rapiat aut alii debitum deneget, et utique erga hominem admissa -s maximi criminis nomen est [*Voigt l. l. p. 124 sq.*]): Cic. Phil. 12, 12 num -e poterit carere peculatus? off. 3, 71 nec ... in praediis solum ius civile ... malitiam -emque vindicat, sed etiam in mancipiorum venditione venditoris -s omnis excluditur. 3, 107 si praedonibus pactum pro capite pretium non attuleris, nulla -s sit. Hor. epist. 1, 16, 62 noctem peccatis et -bus obice nubem. carm. 4, 9, 37 vindex avarae -is et abstinens ... pecuniae. *al.* Liv. 25, 5, 1 hunc -s publicanorum, deinde -em audacia protegens exitum habuit (Vell. 2, 92, 2. *cf.* Hier. in Matth. 18, 15 p. 141 publicani exigunt vectigalia per negotiationes et -es ac furta). Fest. p. 237 ab eo (*sc. pecore*) initium eius -is (*sc. peculatus sive furti publici*) esse coepit. Sen. dial. 10, 19, 1 ut incorruptum et a -e advehentium et a neglegentia frumentum

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

transfundatur. COLVM. 3, 13, 11 *ciconia machina* quoque -em recipit *eqs.* PLIN. nat. 2, 207. 8, 135 magnum -s et ibi lucrum monopolio invenit. 12, 123 nec manifestior alibi -s, quippe milibus denarium sextarii, empti vendente fisco trecenis denariis, veneunt. 11, 36. 33, 163 -s (*sc. fit*) violā aridā decocta. 37, 83 *al.* FRONTIN. aq. 34 cum in erogatorio modulo minus invenitur, in acceptorio plus, apparet non errorem esse, sed -em. 75 -s aquariorum. *al.* IVV. 13, 24 ut cesset *dies* prodere furem, perfidiam, -es atque omni ex crimine lucrum quaesitum. 13, 201 -em iure tueri iurando. TAC. ann. 3, 36 quam -is sub iudice damnavisset. 6, 16 *al.* VLP. dig. 2, 14, 7, 10 inest ... dolo et -s. 9, 2, 23, 4 servus, qui magnas -es in meis rationibus commiserat. 26, 10, 7, 1 *neglegentia* prope -em accedit. MOD. dig. 48, 10, 32, 1 si venditor mensuras publice probatas ... corruperit dolove malo -em fecerit. *saepe apud* ICTOS. TERT. spect. 3 p. 4, 25 non adulterium, non -em admittes (*cf.* VVLG. exod. 20, 15 non furtum facies). pudic. 19 p. 265, 23 *peccata* quae veniam non capiant, homicidium, idololatria, -s, negatio *eqs.* (*cf.* adv. Marc. 4, 9 p. 442, 1). FIRM. math. 4, 14, 6 sine -is vitio. COD. Theod. 8, 1, 6 (*a. 362*) numerarii, qui publicas rationes civitatum versutis -bus lacerare didicerunt, subiaceant tortori nomine artis ac -is. AMM. 17, 9, 7 hoc ... -e potius quam tenacitate committi. VVLG. exod. 22, 9 ad perpetrandam -em (*ἀδίκημα*). sap. 10, 11 in -e (*πλεονεξία*) circumventium illum affuit. Marc. 10, 19 ne -em feceris (*μὴ ἀποστερήσῃς*). I Cor. 6, 7 quare non magis -em patimini (*ἀποστερεῖσθε*)? sed vos ... fraudatis. ZACCH. 1, 30 -es furtorum sorores. *passim praesertim in iuncturis*: -e, per -em *agere sim. aliquid, q. v.* *nota de -e, quae fit deo*: TERT. idol. 1 idololatria -em deo facit honores illi suos denegans et conferens aliis, ut -i etiam contumeliam coniungat. *sim.*: CIC. div. 1, 7 neglectis iis (*sc. divinationibus*) impia -e ... obligemur.

2 *in re amatoria fere i. q. perfidia*: PROP. 2, 20, 3 mea de -e deos, insana, fatigas. OV. epist. 10, 76 si modo vivit femina periuri -e sepulta viri. ars 1, 644 hac magis est una -e pudenda fides. 3, 32 paucaque *puellae* ... crimina -is habent. CLAVD. 18, 88 -e reperta cautior elusi fremitus vitare mariti. **3** *in re militari i. q. insidiae, strategema*: VERG. Aen. 11, 522 valles accommoda -i armorumque dolis (*cf.* STAT. Theb. 6, 614. 10, 192 nox ... accommoda -i. CLAVD. 8, 327). 11, 717 nec -s te incolumem fallaci perferet Auno (*syn.* artes). OV. fast. 2, 227 -e perit virtus. LIV. 9, 12, 7 -s deinde rem inclinavit, quod vocem audiri praeconis passi sunt *eqs.* 9, 14, 10 saltus invios ... esse, ubi errorem -s superbe vicisset. 10, 34, 6 militem detinet, ne quam occultam in -em incautus rueret. 21, 34, 1 non bello aperto, sed suis artibus, -e et insidiis, est prope circumventus. 24, 47, 2 ne quid ab tergo -is esset. SIL. 7, 134 inopinata detur circumdare -e. ... parat ... furta. 12, 52 acuebat -bus enses. 12, 737 -em insidiasque putant et Punica corda. HOMER. 527. 579 -is commentor (*cf.* *δολοφρονέων*) Vlixes. SVET. Otho 9, 2 novissimo *proelio* ... -e superatus est. VEG. mil. 3, 6 p. 75, 8 *miles* superventus impetu vel -e subsessae repente turbatur. 3, 22 p. 114, 1 cum receditur, talis -s fieri consuevit. *al.* **4** *apud* ECCL. *i. q. falsatio, scripturae vel doctrinae*: NOVATIAN. trin. 24 p. 933[B] scriptura sancta haereticorum et -es et furta facile convincit. EDICT. imp. Constant. de civit. Hispell. (Corp. XI 5265) 47 *v. infra l. 60.* HIL. syn. 46 -s ergo haec omnis in damnatione est ... ne id -is *proferendae* habeat occasionem. EPIST. episc. a. 363 (Hil. coll. antiar. B IV 2) 1, 1 -em, quam passa est *fides* ... recognoscens. RVFIN. hist. 5, 16, 11 -es haeresis ... convincens.

structurae: *accedit genet. eius, qui -em facit, personae decipientis passim inde a* CIC. *similia*: PHAEDR. app. 17, 4 nosset pectoris -em improbi. PLIN. nat. 16, 40 unde -s Seplasiae (34, 108). 37, 197 neque enim est ulla -s vitae lucrosior. QVINT. inst. 2, 16, 2 cuius *eloquentiae* -e damnentur interim boni. PS. APVL. Ascl. 16 malitiae -es dolos vitiaque vitare. EDICT. imp. Constant. de civit. Hispell. (Corp. XI 5265) 47 ne aedis ... cuiusquam contagios(a)e superstitionis -bus polluatur. PHOEBAD. c. Arrian. 1 zabolicae subtilitatis. ZACCH. 1, 29 diabolicae artis. *rerum, quae in -em deducunt homines*: VERG. Aen. 5, 851 caeli ... sereni (CLAVD. 8, 425). 9, 395 Euryalum ... -e (SERV. auct. *ad l.* difficultate. *cf.* SCHOL. Veron. *ad l.*) loci et noctis ... oppressum (OV. trist. 4, 2, 33. CVRT. 5, 5, 1 non hostium, sed locorum -e suspecta. 7, 7, 34 SIL. 7, 279. 12, 352 -e loci nota. TAC. ann. 12, 33. *cf.* LIV. 9, 31, 16 loca difficilia hosti quaesita ipsos tum sua -e impediebant. SIL. 4, 580 caeca ... -e paludis. FLOR. epit. 1, 16, 7 *gentem* montium -e grassantem). *rerum, quibus usi homines -em faciunt* (*cf. p. 1270, 64*): CIC. leg. agr. 1, 25 cum ... scelera consiliorum vestrorum -emque legis et insidias, quae ipsi populo Romano a popularibus tribunis plebis fiant, ostendero, pertimescam (2, 46 *v. p. 1276, 19*). OV. Ib. 432 temptabisque cibi fallere -e Iovem. LIV. 31, 36, 3 tutus a -e insidiarum in castra sese recepit (IVST. 1, 8, 9. 7, 5, 6). 38, 25, 7 consuli parum cauto adversus colloquii -em. SIL. 1, 323 insultat -e pharetrae (*sc. venenatae*). 7, 654 -e fugae (*i. fuga simulata. cf.* IVST. 24, 2, 2 concordiae -e. AVG. civ. 2, 17 p. 72, 23 D. spectaculi). 13, 726 -es pacis *oblatae.* 15, 602 non Hasdrubalem -es latuere recentum armorum. PLIN. epist. 8, 18, 4 frater in patris potestatem emancipatam filiam adoptionis -e revocaverat. CYPR. epist. 70, 2 in sacrilegum -e erroris incurrit. HIER. epist. 21, 11, 1 *daemones* diversorum -e vitiorum genus hominum suae subiciant servituti. PS. RVFIN. in Am. 8, 7 in -e mensurarum et ponderum per solam avaritiam deliquisse. SVLP. SEV. chron. 2, 44, 7 fefellit audientes -s (*i. ambiguitas*) professionis. COD. Iust. 5, 6, 7 -em administrationis. *gen. gerund.*: COD. Iust. 1, 22, 2 (*a. 294*) sive in iuris narratione mendacium reperiatur ... sive in tacendi -e. *eius, quod -em patitur:* *i. q. circumscriptio, deceptio hominum: v. p. 1268, 5 sqq. cf.* CLAVD. 28, 478 taciti nulla ... -e soporis (*i. hominum sopitorum*). *rerum*: CIC. off. 1, 40 iuris iurandi. PLIN. nat. 10, 140 inventumque deverticulum est in -em earum (*sc. legum. cf.* QVINT. decl. 264 p. 78, 3 -s legis Voconiae. *v. etiam p. 1268, 16*). *speciatim i. q. surreptio, furtum, peculatus:* *rerum*: TERT. adv. Marc. 2, 20 p. 362, 19 -em illam et rapinam auri et argenti (2, 28 p. 375, 11. 5, 13 p. 620, 12). VLP. dig. 38, 5, 1, 27 magis enim -em rei non personae accipimus. COD. Iust. 5, 51, 6 pr. (*a. 290*) pretii -e. PS. AVR. VICT. epit. 11, 11 ob -em interceptae pecuniae. GREG. M. epist. 3, 7 p. 166, 14 pro -bus ecclesiasticarum rerum. *sim.*: PETR. CHRYS. serm. 80 p. 427[B] -em fidei, veritatis latrocinium nundinantur. *hominum surreptorum*: [ORIENT. comm. 1, 347 *v. p. 1267, 19.*] *hominum deceptorum*: CORP. IX 2029 mon(umentum) fecit sibi ... ab asse quaesitum lucro suo sine -e aliorum (*cf. vol. II p. 746, 44 sqq.*).

genet. vice fungitur pron. possess.: CIC. S. Rosc. 67 sua quemque -s et suus terror maxime vexat (Pis. 44. 46 *al.*). PROP. 2, 20, 3 OV. epist. 19, 21 *sqq. passim. cf. p. 1273, 51. nota*: SIL. 17, 559 vestra est haec altera nostra (*i. in nos*) -s ..., superi. *adiectivum:* *significans rem quae -em patitur*: GREG. M. epist. 11, 4 p. 263, 26 (*a. 600*) -es publicae (*i. rei publicae illatae*). *significans unde -s parata sit*: OV. epist. 2, 78 heredem patriae, perfide, -is agis (*cf.* APVL. apol. 75 ex -e paterna). met. 3, 534 magicae -es. LIV. 3, 15, 7 quod malum repentinum ... ab odio plebis an ab servili -e urbem invasisset. 5, 41, 6 ne qua -s hostilis vagos exciperet (9, 2, 9. 27, 16, 15). 8, 18, 4 foedus insequens annus ... humana -e fuit (22, 17, 6. 26, 27, 5. 39, 16, 7. 40, 37, 3). 8, 18, 6 muliebri -e civitatem premi (TAC. ann. 2, 71. 11, 3). 40, 5, 5 incauti a -e fraterna iuvenis. SEN. Phaedr. 828 instruitur omni -e feminea dolus. Tro. 627 -e materna abditum hostem (IVST. 16, 1, 3). HIL. coll. antiar. B I 4, 1 diabolica -e (*v. vol. V p. 940, 6 sqq.*). RVFIN. Orig. in cant. prol. p. 74[D] -e sophistica. CLAVD. rapt. Pros. 2, 5 -e Dionaea. AVG. civ. 15, 23 serpentina (*i. diaboli. sensu proprio*: FAVST. REI. grat. 1, 13 p. 46, 1). SVLP. SEV. dial. 1, 6, 2 haeretica. NICET. symb. p. 44, 9 daemoniacis -bus (*i. diaboli*). LIV. 8, 14, 4 crimenque rebellionis a publica -e in paucos auctores versum (21, 10, 6. 30, 25, 5 Hasdrubale ... sine publica -e auso facinus). 25, 15, 11 -is intestinae et hostium insidiarum ignarus (25, 24, 10 CVRT. 9, 6, 24 AMM. 29, 1, 4). 40, 5, 11 nequaquam tantum in externis auxiliis est praesidii, quantum periculi ⟨in⟩ -e domestica (FLOR. epit. 3, 22, 9). SEN. Phoen. 589 -is alienae dabo poenas, at ille praemium scelerum feret? TAC. hist. 3, 72 arserat ... Capitolium ... -e privata. IVST. 12, 16, 12 victus est non virtute hostili, sed insidiis suorum et -e civili. OV. epist. 7, 68 Phrygia Dido -e coacta mori. LIV. 22, 48, 1 proelium ... a Punica coeptum -e (26, 17, 15. 27, 33, 9. 30, 22, 6 FLOR. epit. 2, 6, 13. 36. 2, 17, 6 IORD. Rom. 198). LVCAN. 4, 736 ut Libycas metuat -es infectaque semper Punica bella dolis. *quis -em patiatur, praepositionibus exprimitur:* inter: LIV. 22, 1, 3 ipsorum inter se -e ... servatus. in *c. acc.*: LIV. 40, 20, 4 Persei -is in fratrem ministri. TAC. ann. 12, 55. in *c. abl.*: LIV. 42, 5, 4 ministrum quondam -is in fratre tollendo. VVLG. exod. 22, 9 ad perpetrandam -em tam in bove *eqs.* circa: *v. p. 1273, 62.*

B ***latiore*** *sensu i. q. mare planum, aequor maxime turbidum* (Serv. Aen. 1, 607 proprie -um est mare naturaliter mobile ab undarum fervore nominatum. Gloss. πόντος. maria): **1** *generatim*: Acc. trag. 401 Triton fuscina evertens specus subter radices penitus undanti in -o (*sic edd. coll. variantibus codd. Cic. et Prisc.*). Varro frg. Non. p. 163, 24 cum Poenus in -um obviam venisset nostris. Cic. carm. frg. 32, 3 navem ut horrisono -o noctem paventes timidi adnectunt navitae. Catvll. 64, 14 emersere -i (*Schrader*, feri *codd.*) candenti e gurgite vultus ... Nereides. Verg. Aen. 2, 312 Sigea igni -a lata relucent (*cf.* Sen. Ag. 543 resplendet). 10, 210 Triton...caerula concha exterrens -a. Eleg. in Maecen. 1, 45 -a Niliacae texerunt lata carinae (*cf.* Sen. Ag. 221 classibusque horrens -um. Tro. 370 mille velis impleat classis -a. nat. 5, 18, 5 classes partem -i occupaturas. Octavia 42 ignota tantis classibus texit -a. Stat. Ach. 1, 790 omne -um longa velorum obtexitur umbra). Carm. de bell. Aeg. 51 immersisque -o clauserunt guttura fauces. Ov. epist. 7, 117 fratrique elapsa -oque. ars 2, 61 propiore -o iactabimus alas. met. 6, 512 admotumque -um remis tellusque repulsa est. 11, 209 inque -i formam terras complevit. Pont. 4, 9, 86 teneat glacies iugera multa -i. *al.* Manil. 1, 165 emersere -is montes orbisque per undas exiluit. 4, 602 laeva -i (*sc. maris medii*) caedunt Hispanas aequore (*GL*, aequora *M*) gentis. Germ. 311 *al.* Sen. Ag. 560 aestuat scopelis -um. Herc. f. 321 bisque discedens -um et bis recurrens. 535 calcavitque -i terga rigentia et ... mare. 931 nulla tempestas -um violenta turbet. Oed. 898 nomen eripuit -o *Icarus. saepe.* nat. 3, 28, 4 attollit vasto sinu -um agitque ante se. Octavia 706 emersam -o spumante...Thetin. Cvrt. 5, 4, 6 quaque defecit mons, aliud munimentum -um obiectum est. 8, 9, 19 purgamenta exaestuantis -i. 9, 4, 18 repletum immanium beluarum gregibus -um. 9, 9, 10 -i natura. 9, 9, 20 aquis in suum -um recurrentibus. Colvm. 8, 16, 9 ut litorum sic et -orum differentias nosse. 8, 16, 10 muraena ... quovis hospes -o. Lvcan. 1, 77 tellus ... excutietque -um. 2, 294 diductique -is alio sub sidere reges. 3, 47 absconditque -um classes. 3, 277 -um torrens ... Pontus (*locus fortasse depravatus*). 4, 450 summa -i. *al.* Plin. nat. 2, 179 ut e -o emergentibus ... sideribus. 3, 80 Planasia a specie dicta aequalis -o. Val. Fl. 1, 626. 669 tuque, -um divosque, pater, sortite biformes. 2, 13 *saepe.* Sil. 2, 591 spumantisque -i ... undis (9, 284 Tert. adv. Marc. 4, 20 p. 484, 17 *al.*). 7, 572 *venti* distraxere -um. 14, 567 nota -is Cyane *navis. al.* Stat. Theb. 5, 367 diripiuntque -um *venti.* 11, 116 clamant amnes, -a, nubila, silvae (12, 276). silv. 2, 2, 9 trans gentile -um ... *me* detulit. 3, 5, 84 *sedes* imbelle -um torpentibus alluit undis. Ach. 1, 64 iura -i. 1, 96 excire -um. *al.* Mart. 5, 1, 4 plana suburbani qua cubat unda -i. *al.* Frontin. strat. 1, 4, 13 angustias -i liberavit (*ibid.* angustias maris). Tac. ann. 6, 33 pulsoque introrsus -o. Sol. 2, 21 *Italia* accessum insinuati -i recipit, sed linguis proiectis ... pelagus accipit. Chalc. comm. 62 quae ... stantes in litore videmus ultra -um. Avson. Mos. 108 in nostrum subvecta -um. Hier. epist. 60, 10, 2 Altino tantum -o distant *insulae.* Clavd. 7, 198 -i per caerula. 20, 79 -i fauces. 26, 1 claustra -i. rapt. Pros. 2, 107 apta -is abies. *al.* Drac. laud. dei 2, 163 ut post ima -i (*i. post mare tempestate turbatum*) ludant super aequora pisces. *in imag.*: Hor. carm. 2, 7, 16 te rursus in bellum resorbens unda -is tulit aestuosis. Ov. fast. 1, 466 dirigit in medio quis mea vela -o? Chalc. comm. 273 ingrediens procellosum de natura silvae -um. Avson. 195, 9 cursim more torrentis -i epos ligasti metricum. Ambr. Noe 15, 51 caro nostra diversis agitatur et -i modo fluctuat passionibus. *accedit nomen maris*: Pacvv. trag. 420 liqui in Aegaeo -o (*cf.* Phaedr. 4, 7, 19 Sen. Phoen. 313 Tro. 226 Drac. laud. dei 8, 219). Ov. met. 11, 258 Titan ... tenebat Hesperium ...-um. trist. 5, 2, 62 Scythicum ...-um (5, 10, 14. Mart. 7, 19, 4 nec Scythici tristior ira -i). Pont. 2, 2, 1 Euxini ...-i. fast. 3, 568 Libyci ... unda -i (Avson. 345, 6. *cf.* Sen. Thy. 292 Libycae Syrtis...-um). Sen. Med. 454 Pontici fauces -i (*cf. p. 1313, 2*). Phaedr. 661 Creticum. Tro. 13 tepidum rubenti Tigrin immiscet -o (*cf.* Arator act. 2, 85 in Rubro ...-o). Cvrt. 7, 3, 19 Caspium -um (*v. Onom. vol. II p. 230, 50 sq.*). Val. Fl. 4, 221 Bebrycium ...-um. Avien. orb. terr. 67 Eoum pelagus, -a dicunt Indica pandi. 969 Aegyptia. Avson. Mos. 276 Boeotia per -a. 409, 2 -o Hibero. Novell. Iust. 9 pr. (*a. 535*) ecclesias, quae usque ad Oceani -um positae sunt (*aliter p. 1312, 63. 65 sq. 1313, 35 al.*). *coniungitur cum aliis partibus mundi* (*cf. l. 6*): Lvcil. 939 serena caeli ... et salsi (salis *codd.*) -us (*alii versum assignant* Porc. Lic. carm. frg. 6). Germ. frg. 4, 121 caelumque -umque. Sen. Ag. 473 -um caelumque miscet *caligo* (*cf.* Val. Fl. 1, 587 polumque infelixque -um. Sil. 13, 587). Med. 57 Lvcan. 5, 413. 454. 584. Sil. 17, 259 volvens oculos caeloque -oque. Tert. anim. 2 p. 300, 22 Drac. laud. dei 2, 599. Verg. Aen. 5, 627 cum -a, cum terras omnis ... saxa sideraque emensae ferimur (Sil. 3, 560 terrasque -umque emensis). Tib. 1, 4, 22 Veneris periuria venti irrita per terras et -a summa ferunt. Ov. am. 3, 13, 33 pererratis ... terraque -oque. epist. 8, 118. met. 4, 788. 11, 435 tellus omnis et omne -um. fast. 1, 110 sederunt medio terra -umque solo. *al.* Manil. 5, 99 terraeque -umque. Lvcan. 1, 409 quod *litus* terra -umque vindicat alternis vicibus. Sil. 4, 816. 5, 70. 14, 688. Mart. Cap. 6, 643 continentis terrae limes interfluentis -i coercitione distinguitur. Val. Fl. 3, 94 quibus illa (*sc. nubes*) -is, quibus incidat arvis (Stat. Theb. 5, 14 *grues* umbra -is arvisque). 6, 220 tot ... montibus ... totidemque -is. Tac. ann. 1, 70 eadem -o litori campis facies. Mart. Cap. 6, 704 montes, fluvios, -a, compita currens. Ov. ars 2, 468 unaque erat facies sidera, terra, -um. met. 2, 298 si -a, si terrae pereunt, si regia caeli. 12, 39 inter terrasque -umque caelestesque plagas. Epiced. Drusi 361 caelo terraeque -oque (Manil. 2, 61. 120 [*versus spurius*]. Sen. Herc. O. 794 Stat. Theb. 3, 308). Sil. 7, 122 clipeo *Achilles* amplexus terramque polumque maternumque -um. 13, 527 quicquid terrae, quicquid -a et igneus aer nutrivit. Ov. fast. 5, 244 omnia ... medicamina terris et -a Tartareos excutiamque sinus. Sen. Herc. O. 743 ulterius...terris -o sideribus oceano inferis. 1477 emenso -a terrasque et umbras (*cf. l. 42*). Sil. 17, 37 terramque -umque sideraque et manis regnorum sorte gubernant. Anth. 793, 1 Iuppiter astra, -um Neptunus, Tartara Pluto regna ... tenent. Mart. Cap. 1, 37 caelum, -a Tartarumque. 1, 68.

2 *magis pertinet ad fluctus, undas, aquas maris* (Gloss. V 457, 51 ὕδατα. *cf.* IV 518, 4 inundatio. *accedit genet. maris sim. l. 78. p. 1315, 1 al.*): Trag. inc. 182 axena Ponti per -a Colchos denique delatus. Lvcr. 6, 427 columna in mare de caelo descendat, quam -a circum fervescunt. Verg. georg. 1, 327 fervetque -is spirantibus aequor. 1, 356 -a ponti incipiunt agitata tumescere. 1, 386 nunc caput obiectare -is. 3, 260 turbata procellis ... natat ...-a (*alludit ad -um Hellesponticum cf.* Sen. dial. 3, 21, 3). Aen. 5, 141 adductis spumant -a versa lacertis. Hor. carm. 1, 3, 16 tollere seu ponere volt -a *Notus* (*cf.* Porph. *ad l.* ad extollendos fluctus ... vel ad placandos. *sim.* Schol.). Paneg. in Mess. 194 ausim maris ire per undas, adversis hiberna licet tumeant -a ventis. Prec. terr. 9 dimittis et misces -a (Ov. met. 11, 491). Prop. 3, 4, 2 -a gemmiferi findere classe maris. 3, 7, 60 attulimus longas in -a vestra (*sc. deorum maris Aegaei*) manus. Ov. epist. 2, 124 quis -a ventus agat. 7, 169 -a...Afrum plangentia litus. 7, 179 -a mitescunt. 13, 123 ventique -umque (17, 53 Stat. Ach. 1, 389. 687. *cf.* Theb. 5, 377 -aque indignantur et austros. *al.*). *saepe.* Manil. 1, 708 -a canescunt sulcum ducente carina. 5, 192 horrendumque -is ... pontum (*cf. p. 1315, 24*). Sen. Oed. 451 caerula cum pratis mutat -a.

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Phaedr. 1029 Oceani. Tro. 383 caeruleis Oceanus -is quidquid ... lavat. *al.* OCTAVIA 970 date vela -is. LVCAN. 4,427 -a servantur (*i. observantur*). PETRON. 89 v. 30 tumida consurgunt -a. *al.* VAL. FL. 1,601 imis -a tollere harenis (*cf. p. 1314,74*). 2,6 *al.* SIL. 3,50 imo -a contorquet Neptunia fundo. 4,296. 12,373 exercet scopulis late -a *Sardinia*. 14,514 fleverunt -a, fleverunt Cyclopia saxa. *al.* HOMER. 871 addideratque -is sua numina *Vulcanus in clipeo Achillis*. STAT. Theb. 5,410. 6,579 perlucent sidera ponto vibraturque -is caeli stellantis imago. Ach. 1,137 puerumque...secretis lustrare -is. *al.* MART. epigr. 24,4 par unda *naumachiae* -is (*cf.* 24,6 hic modo pontus erat). PLIN. paneg. 81,4 remisque transferre (*cf. adn. Guil. Baehr.*) obstantia -a. APVL. apol. 31 *dei marini* ab aestibus -orum ad aestus amorum transferentur. flor. 6 p. 20 oceanique -is. AVIEN. Arat. 41 per tumidi ferimur -a gurgitis. 1232 -a iam procul Oriona hauserunt pelago. 1727 qua pontus item -a per distenta quiescit. orb. terr. 555 -a ... Aegaei ... pelagi. 773 ponti (904). 1286 Oceani. *al.* AMBR. hex. 2, 3, 12 Rhodanus ... Tyrreni aequoris -a scindit. VVLG. Matth. 8, 18 ire trans -um (*εἰς τὸ πέραν*). Marc. 5, 1 trans -um maris (*εἰς τὸ πέραν τῆς θαλάσσης*). *al.* CLAVD. 26, 276 succurrere velis, exhaurire -um (*i. undam marinam*). DRAC. laud. dei 1, 150 fluctibus immensis pelagi -a glauca liquescunt. 3, 10 maris. *al.* *strictiore sensu i. q. aestus, accessus alternus maris et recessus*: CVRT. 6, 4, 19 *mare* recipit in se -um. COLVM. 8, 17, 4 si maior recentis -i vis incesserit. VAL. FL. 1, 580 stat rupes horrenda -is. SIL. 3, 60 Luna ... fertque refertque -um. *nota* -um *et* aestum (*cf. p. 1312, 2*): VAL. MAX. 6, 9 ext. 4 APVL. mund. 19 *v. vol. I p. 1121, 38 sqq.*

3 *in proverbiis et locutionibus similibus*: VERG. ecl. 1, 60 ante ...-a (SERV. *ad l.* maria) destituent nudos in litore pisces. OV. Pont. 4, 5, 42 prius ...-a velivolas non habitura rates. SEN. Herc. O. 1583 ante...-um dulci resonabit unda. OCTAVIA 222 iungentur ante saeva sideribus -a. NEMES. ecl. 1, 76 prius ...-o vivet leo. VERG. Aen. 1, 607 in -a dum fluvii current. LVCAN. 1, 89 dum terra -um terramque levabit aer (SCHOL. *ad l.* in aeternitatem). OV. am. 2, 10, 14 in -a collectas alta quid addis aquas? met. 4, 440 utque -um de tota flumina terra, sic omnes animas locus accipit ille (*cf.* 8, 835). trist. 4, 1, 56 quotque -um pisces ... habet. Pont. 2, 2, 128 timeo naufragus omne -um (trist. 5, 12, 50). SEN. epist. 19, 2 in -o viximus, moriamur in portu (PS. SEN. mon. 110 tutior est -o portus). LVCAN. 5, 491 in ventos impendo vota -umque. HOR. carm. 1, 33, 15 -is acrior Hadriae. OV. epist. 8, 9 surdior ille -o. 14, 711 saevior illa -o (OCTAVIA 129 pelagi). OV. epist. 10, 132 auctores saxa -umque tui. SIL. 1, 638 quem insana -a aut coetus genuere ferarum.

4 *de aliis aquis*: VERG. georg. 2, 164 Tyrrhenusque -is immittitur aestus Avernis. TIB. 1, 4, 46 levem remo per -a (*i. per quaslibet undas*) pelle ratem. OV. met. 6, 77 e vulnere saxi exsiluisse -um (ferum *pars codd.*). SEN. contr. exc. 5, 5 navigabilium piscinarum -a. SEN. Herc. f. 763 segne torpescit -um (*i. lacus Orci*). Thy. 73 alveo medius tuo, Phlegethon, relinquar igneo cinctus -o (*cf.* 1018). nat. 3, 29, 7 hiante pluribus locis saxo par (*Haase; traditur* per, *quod delendum censet Madvig*) -um saliet et maria inter se componet. MART. epigr. 28, 2 -a *naumachiae* navali sollicitare tuba. AVSON. Mos. 108. 179. 182 sua per -a (*Mosellae*) ludere Nymphas. CLAVD. 1, 228 urbes discretas subeunte -o *Tiberis*.

II *per comparationem*: **A** *comparatur vastitas*: ENN. scaen. 382 crassa pulvis oritur, omnem pervolat caeli -um (*vix huc spectat* MART. CAP. 2, 126 v. 13 *Mercurius* cum superna tranat -a, Tartarum recurrit).

B *comparatur fervor, perturbatio, concitatio*: LVCR. 4, 1030 quibus aetatis -a primitus insinuatur semen (*cf.* FLOR. epit. 1, 26, 9 talis ... populus R. -um illud adulescentiae, id est secundam imperii aetatem habuit). LVCR. 6, 364 -us ipse anni permiscet frigus ⟨et⟩ aestum, ... ut ... furibundus fluctuet aer (*cf.* 6, 374 propterea ⟨-a *add. Lachmann*⟩ sunt haec [*sc. ver et autumnus*] anni nominanda). SIL. 15, 375 enasset rapidi -a saeva pericli. GELL. 10, 3, 7 quod et quale invidiae atque acerbitatis -um effervescit? TERT. idol. 24 inter haec vada et -a idololatriae. AMBR. fid. 1, 6, 46 in illo impietatis suae -o miseros inter naufragia fidei ... fluctuantes. PRVD. cath. 5, 109 per -a saeculi (*cf.* HIL. in Matth. 14, 13. *sim.*: ARATOR ad Vigil. 10 perfida mundani desero vela -i).

iuncturae: **A** *epitheta*: aestuosum: HOR. carm. 2, 7, 16. albulum: MART. 12, 98, 4. altum: *v. vol. I p. 1781, 84 sq.* angustum: CIC. Verr. 6, 169 LVCR. 1, 20 LIV. 24, 49, 6 SEN. dial. 6, 17, 2 CVRT. 4, 2, 1 MELA 1, 96. 2, 107. 3, 38 PLIN. nat. 3, 76 TAC. hist. 2, 58 GELL. 10, 26, 6 CLAVD. DON. Aen. 3, 415 MART. CAP. 6, 645. apertum: LVCAN. 2, 661 VAL. FL. 7, 541. artum: LIV. 28, 7, 2. asperum: AVIEN. Arat. 664 aspera nautis tunc -a (*Heinsius*, sunt *codd.*). barbarum: AVIEN. orb. terr. 893. caecum: VERG. georg. 2, 503. caerulum: *v. vol. III p. 104, 58 sq.* concitum (*aliter p. 1316, 42*): AVIEN. orb. terr. 124. 904. curvum: VAL. FL. 1, 615. distentum: VERG. Aen. 3, 127 AVIEN. Arat. 1727. dubium: SEN. Thy. 292. exiguum: LIV. 28, 17, 10. 32, 16, 7. 38, 16, 5 *cf.* VELL. 1, 2, 4. favens: NAEV. trag. 53 *v. p. 377, 70.* feriatum: PRVD. perist. 6, 156. glaciale: CLAVD. 21, 176. glaucum: AVIEN. orb. terr. 535 DRAC. laud. dei 1, 150. hibernum: PANEG. in Mess. 194. horribile: IORD. Get. 157. horrisonum: CIC. carm. frg. 32, 3. humanius: TERT. adv. Marc. 1, 1 p. 291, 1. ignotum: CLAVD. 8, 31. imbelle: STAT. silv. 3, 5, 84 *v. p. 1314, 8.* immane: VAL. FL. 1, 65. immensum: OV. Ib. 294. impotens: CATVLL. 4, 18. imum: OV. trist. 1, 4, 6 STAT. Theb. 7, 184. insanum: OV. epist. 17, 28 SIL. 1, 638 MART. 4, 63, 2. intactum: CLAVD. 26, 1. invium: STAT. Ach. 2, 80. languidum: STAT. Theb. 10, 143 MART. 8, 51, 16. latum: VERG. Aen. 2, 312 ELEG. in Maecen. 1, 45 OV. met. 11, 749. lene: OV. epist. 16, 236 STAT. Ach. 2, 46. longum: OV. am. 2, 11, 5 epist. 7, 46. 10, 146. 14, 103. 15, 22 met. 7, 67. 8, 142 fast. 3, 868. 5, 660 MELA 3, 38. lucidum: GERM. 597. magnum: MELA 3, 21. medium: VERG. Aen. 10, 147? *v. infra l. 56* OV. epist. 18, 50 ars 338 fast. 1, 466 LVCAN. 2, 190 VAL. FL. 4, 749 *al.* modicum: VLP. dig. 50, 16, 99, 1 molle: OV. met. 14, 558 STAT. silv. 3, 2, 3. navifragum: OV. met. 14, 6. parvum: OROS. hist. 1, 2, 101. pervium: OV. epist. 18, 209 Pont. 4, 10, 32 -a vel pediti pervia reddit hiems. VAL. FL. 1, 1. 719 *cf.* 4, 711. placidum: GERM. frg. 4, 121. procellosum: CVRT. 10, 7, 11. profundum: SEN. Phaedr. 1159. quietum: OV. met. 5, 6. rapidum: OV. epist. 7, 142 LIV. 28, 30, 6 FLOR. epit. 3, 20, 13. saevum (*cf. p. 1315, 40*): SEN. Thy. 361 Tro. 991 OCTAVIA 222 *v. p. 1315, 30.* 555. salsum: LVCIL. 939 AVIEN. ora 548. segne: SEN. Herc. f. 763 *v. p. 1315, 47.* spumans: SIL. 2, 591 CLAVD. 18, 266. stans: OV. met. 7, 201. summum: TIB. 1, 4, 22. suspectum: SEN. Ag. 464. tenue: FLOR. epit. 2, 8, 9 AVIEN. orb. terr. 692 ora 335. terribile: IVST. 4, 1, 9. torrens: IVST. 4, 1, 9 AVSON. 195, 9. tranquillum: CLAVD. carm. min. 30, 202. triste: OV. epist. 17, 143. 212. tumidum: SEN. Herc. f. 955 PETRON. 89 v. 30. turbidum: OV. epist. 17, 7 ventis. 17, 172 SIL. 12, 99 SOL. 22, 7 AVIEN. Arat. 656. 1762 ora 101. turgidum: AVIEN. orb. terr. 1152. tutum: OV. epist. 18, 162. vadosum: LIV. 33, 17, 5. vastum: OV. trist. 3, 10, 28 Pont. 3, 4, 58 SEN. Oed. 9 Phaedr. 85 CVRT. 10, 7, 11 AVIEN. Arat. 1156 orb. terr. 32.

B *verbales (praesertim ad navigationem pertinentes): acc.*: peragere: EPIST. Sapph. 65 remo. PETRON. 119 v. 3. capessere: VAL. FL. 1, 74. currere: VAL. FL. 4, 336 AVIEN. orb. terr. 383 MART. CAP. 6, 704 (per-: AVIEN. orb. terr. 744. dis-: MART. CAP. 1, 37). domare: SEN. Med. 2 VAL. FL. 8, 72 (per-: PHAEDR. 4, 7, 19). pererrare: OV. am. 3, 13, 33 *v. p. 1314, 44* epist. 14, 103 met. 7, 460. findere: PROP. 3, 4, 2 *v. p. 1314, 78* OV. epist. 15, 31. ingredi: FLOR. epit. 2, 2, 5 VICTORIN. POETOV. (Corp. Vind. 49) fabr. mund. 9 CHALC. comm. 273. trans-: AMM. 22, 9, 3. 23, 6, 7. traicere: SEN. epist. 14, 8 *v. p. 1312, 43* SVET. Tib. 2, 1 LACT. mort. pers. 45, 4. 47, 4 VIR. ill. 37, 3. adire: SEN. Herc. f. 321 AVIEN. ora 383. inire: OV. met. 14, 437. subire: SIL. 13, 884. transire: AMM. 20, 9, 9. intrare: LIV. 21, 50, 7. 28, 30, 6 SEN. Phaedr. 661 Thy. 292 VAL. FL. 1, 186. penetrare: OCTAVIA 555. legere: VERG. Aen. 3, 127 crebris legimus -a concita terris. transmeare: AMM. 27, 8, 6. tramittere: TAC. ann. 6, 1. metiri: OV. trist. 1, 5, 61 (e-: VERG. Aen. 5, 627 SEN. Herc. O. 1477 *v. p. 1314, 42. 61* SIL. 3, 560). movere: OV. am. 2, 11, 5; *aliter* STAT. Theb. 7, 813 (com-: VAL. FL. 5, 71 iam prora -um commoverat). transnare: SEN. Phoen. 313 dial. 3, 21, 3 MART. CAP. 2, 126. natare: VERG. georg. 3, 260 *v. p. 1314, 72* OV. epist. 17, 212. pati: VAL. FL. 5, 196. pellere: OCTAVIA 349 palmis. PETRON. 119 v. 3 TAC. ann. 6, 23 AVIEN. Arat. 1291 *al.* petere: VERG. Aen. 1, 557 AVIEN. Arat. 656. re-: AVIEN. Arat. 754. plaudere: SIL. 12, 99. praetervehi: LIV. 36, 20, 7. premere: OV. am. 1, 9, 13. pulsare: OCTAVIA 316 remis. quatere: STAT. Theb. 5, 410. radere: OV. met. 10, 654. eruere: OV. am. 3, 8, 43. rumpere: SEN. Med. 301 rate. transcendere: VAL. FL. 4, 221 AMM. 14, 6, 4. scindere: OV. met. 11, 463. trist. 5, 2, 62 (findere *pars codd.*). LVCAN. 6, 400 AMBR. hex. 2, 3, 12. secare: VERG. Aen. 10, 147 media Aeneas -a nocte secabat. OV. met. 7, 1 SEN. Tro. 71. 226. 919 AVIEN. ora 101 AVSON. 345, 6. transilire: AVSON. 157, 8. sollicitare: VERG. georg. 2, 503 MART. epigr. 28, 2. sulcare: DRAC. laud. dei 8, 219. superare: LIV. 42, 48, 9. tenere: OV. met. 11, 258 LACT. inst. 4, 15, 21. timere: OV. rem. 279. torquere: SIL. 14, 360 verberibus *remorum*. tremere: CLAVD. carm. min. 20, 7. turbare: SIL. 14, 497. vectari: VERG. catal. 13, 2. vestigare: CLAVD. 21, 177. vereri: OV. epist. 18, 84. 182. verrere: OV. am. 3, 8, 43. vertere: VERG. Aen. 5, 141 *v. p. 1314, 73.* VAL. FL. 4, 725 -a versa vadis. volare: OV. met. 11, 749.

abl.: cedere: EPIST. imp. Aug. Roman. Char. gramm. I 129, 7 AVIEN. Arat. 1116. certare: SIL. 4, 816 terraque -oque certare. excipi: STAT. Ach. 1, 382. ferre: VAL. FL. 4, 749 cum vos mediis contenta ferebant vela -is (de-: STAT. Ach. 2, 62). iactari: OV. met. 15, 772. mergere: LIV. 26, 29, 4 CLAVD. 18, 266 (im-: CARM. de bell. Aeg. 51. sub-: MANIL. 2, 93). nare: OV. met. 8, 104 (e-: VAL. FL. 5, 315). natare: SEN. Oed. 459 (ad-: CLAVD. rapt. Pros. 3, 444). traicere: LIV. 22, 31, 7. 24, 1, 11 *al.* transire: CIC. Verr. 6, 5 *v. p. 1312, 12.* evehi: LIV. 28, 30, 3 (per-: CAES. civ. 2, 3, 1 *v. p. 1312, 24.* praeter-: LIV. 36, 42, 2). uti: STAT. Ach. 1, 92 cognatis (*sc. Thetidis*) -is.

c. praepositionibus: in *c. acc.*: cogere: VAL. FL. 1, 65. convertere: AVIEN. orb. terr. 90. currere: VERG. Aen. 1, 607 *v. p. 1315, 32.* dis-: ISID. orig. 13, 17, 1. deducere carinas: OV. met. 6, 445. descendere: VAL. FL. 8, 219 in -a Hister descendit. iacere: HEGES. 3, 11, 2. proicere: OV. Ib. 294. iactare: SEN. Herc. O. 1364. labi: AVIEN. Arat. 1079. mittere: OV. epist. 17, 190 trist. 5, 2, 76 FLOR. epit. 4, 8, 3. occĭdere: GERM. 342. persequi: OV. met. 4, 552. prosilire: VAL. FL. 8, 22. provolvere: OV. met. 8, 587. quaerere vias: STAT. Theb. 9, 437 (*de fluvio*). rapere: VAL. FL. 1, 380. serpere: OV. met. 14, 599. subvehi:

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

AVSON. Mos. 108. trans: OV. epist. 10, 146 tendo trans -a longa manus. PLIN. nat. 4, 87 oppido trans -um sito. STAT. silv. 2, 2, 9 trans gentile -um... detulit. HIL. in Matth. 7, 8 ire trans -um (VVLG. Matth. 8, 18). VVLG. Matth. 8, 28 cum venisset trans -um (*εἰς τὸ πέραν.* 16, 5 *al.*). 14, 22 praecedere. *al.* per: currere: NAEV. trag. 53 dubii faventem per -um intro currimus. ducere: TIB. 1, 9, 9 -a per parentia ventis ducunt... sidera... rates. STAT. silv. 2, 7, 77. ADNOT. Lucan. 2, 438. facere viam: OV. epist. 15, 22 puppe. ferre: CATVLL. 4, 18 herum. OV. met. 7, 67 HIL. in Matth. 14, 13 AVIEN. Arat. 41 DRAC. laud. dei 3, 10 *cf.* TIB. 1, 4, 22 *p. 1314, 43* (de-: TRAG. inc. 182 *v. p. 1314, 68*). fugere: OV. epist. 7, 46 SIL. 12, 368. ire: MART. 2, 24, 4. labi: AVSON. Mos. 137. mittere: MART. 10, 36, 4. nare: OV. trist. 5, 9, 18. pandere iter: MART. 12, 98, 4. pellere ratem: TIB. 1, 4, 46 *v. p. 1315, 44.* petere: VAL. FL. 5, 471. sequi: VAL. FL. 8, 391. sublimis: GERM. 538. trahere: HOR. carm. 1, 15, 1 navibus... Helenen. OV. met. 8, 142. traicere: LIV. 27, 29, 9 *v. p. 1313, 20* CARM. epigr. 1265, 1. vehere (vehi): OV. epist. 17, 143 ars 3, 252 fast. 3, 868 SEN. Phaedr. 1029 MART. 8, 51, 16. ad-: AVSON. 297, 20. pro-: VAL. FL. 4, 421 *v. p. 1313, 6.* in *c. abl.*: fluctuare: AMBR. fid. 1, 6, 46. morari: LIV. 24, 1, 11. navigare: CIC. Verr. 6, 50 *v. p. 1312, 13.* subsidere: PS. CIC. in Sall. 6, 18. superare: VIR. ill. 79, 2. transire: VVLG. Zacch. 10, 11 transibit in maris -o (*ἐν θαλάσσῃ στενῇ*). terere tempora: OV. epist. 7, 142. vivere: SEN. epist. 19, 2 *v. p. 1315, 37.*

syn.: *ad I*: angustiae (*v. vol. II p. 60, 1*), claustra (CLAVD. 26, 1), fauces (*v. vol. VI p. 398, 71 sqq.*). *ad II*: aequor, aestus, mare, oceanus, pelagus, pontus, salum (AVIEN. Arat. 1156), unda (CARM. epigr. 1265).

deriv.: fretalis, fretensis, freto, fretosus.

2. fretum, -ī *n. v.* fritum *p. 1341, 49.*

1. fretus, -ī *m. et* **fretus,** -ūs *m. v.* fretum *p. 1311, 52. 55.*

2. frētus, -a, -um [*cf. esse videtur c. graec. θρήσασθαι* '*considere*' *et c. ind.* dhārāyati '*tenet, fert, fulcit*', dhármaḥ '*lex, institutum*', *fortasse c.* firmus, ferme. *Th.*]. CHAR. gramm. I 180, 9 quaedam *verba* praeteritum habent solum **ut** -us. neque enim praesens nec futurum admittit. *extat* -us sum (*i. confido, fiduciam habeo*; GLOSS. II 401, 47 *πέποιθα.* V 534, 2 fiduciam habeo. securus sum; *cf. Hofmann, de verb. dep. p. 6 adn.*): PLAVT. Cas. 346. 348 ENN. scaen. 87 TER. Andr. 336. 619 (*i. fiduciam habui?*). RHET. Her. 4, 54, 67 CIC. off. 1, 114 Q. CIC. pet. 25 PS. SALL. rep. 1, 7, 1 FRONTO p. 215, 20 N. COD. Iust. 7, 19, 1 (*a. 223*) *al.* -us eram: SALL. Iug. 20, 5 LIV. 9, 35, 3. *quasi pyrrhichium* -us *posuit in versu rhythmico* COMM. instr. 2, 20, 7. GLOSS. *θαρρῶν. πεποιθώς* (*cf. l. 36*). IV 443, 14 fidus. confidens. praesumptu⟨osu⟩s vel plenus, instructus. confisus, fiduciam habens. fiduciam gerens. ausus, impavidus aut confidens. V 294, 20 fiducialiter gerens. motus. sapiens, salvus. -i fidentes. *legitur inde a* NAEV. PLAVTO ENN. VARRONE RHET. Her. CIC. *maxime apud rerum scriptores. e poetis post scaenicos habent: locis singulis*: SEN. LVCAN. PERS. SIL. COMM. *binis*: LVCR. AVSON. *tribus*: PROP. *saepius*: VERG. Aen. (7^ies^) VAL. FL. STAT. Theb. (8^ies^). NOT. Tir. 93, 84. [*dub. vel coni.*: PLAVT. Rud. 208 nec cibo nec loco tecta (*cod.*, -a *Leo*) quo sim scio. ENN. ann. 549 **ni** metus ulla tenet virtutem, rite (*Vahlen*, rite virtute *cod.*, -i virtute *Mercerus*) quiescunt.]

i. q. fidens, confisus (fultus p. 1318, 74), interdum i. q. ausus: **I** *absolute*: PROP. 4, 10, 32 colloquiumque sua -us ab urbe dedit. NEPOTIAN. 1, 2, 3 p. 15, 28 videbatur... inire bellum -us. CORIPP. Ioh. 4, 114 sociis sic -us ait *eqs.*

II *pendet nomen*: **A** *casu ablativo* (*interdum dat. esse potest*): ARVS. gramm. VII 474, 28 -us hac re. **1** *fiduciam habent homines*: **a** *obi. est res*: NAEV. carm. frg. 12 pietati (-e *codd. all.*) deum (VERG. Aen. 11, 787). PLAVT. Amph. 212 virtute et viribus (Asin. 547 ulmorum. Pseud. 581. LVCR. 5, 966 manuum... pedumque. BELL. Hisp. 16, 3 LIV. 2, 65, 3. 7, 12, 4. 7, 32, 10 CVRT. 5, 8, 10 VAL. FL. 7, 439 TAC. hist. 4, 34 PANEG. 7[6], 12, 4 CLAVD. DON. Aen. 11, 385. viribus [vi]: ENN. ann. 97 [*l. 69*]. 533 LIV. 7, 14, 6. 8, 22, 7 [*v. p. 1318, 78*]. 9, 21, 4. VAL. MAX. 6, 1, 2 potestatis. 9, 11 ext. 1. 9, 12 ext. 9 COLVM. 6, 23, 3 AMM. 17, 13, 27. 20, 9, 5 CLAVD. 20, 580 SVLP. SEV. chron. 2, 15, 5. 2, 42, 6). PLAVT. Aul. 586 -us tua, Fides, fiducia (*cf. p. 699, 55 sq.*). Capt. 350 ingenio (TER. Haut. 24 RHET. Her. 3, 16, 29 CIC. de orat. 2, 103). Men. 767 dote. ENN. ann. 97 muro -us magis quamde manus vi. scaen. 87 quove nunc auxilio exili aut fuga (fugae *Bentley*) -a sim? TER. Andr. 336 consilio (CIC. Catil. 2, 28). Phorm. 273 malitia (OPTAT. 1, 19 p. 21, 4). 966 hoc -us... cum e medio excessit (CIC. orat. 170 VERG. Aen. 8, 143 his. LIV. 2, 45, 10. 37, 26, 5 AMM. 16, 9, 4. SVLP. SEV. chron. 2, 48, 6. *cf.* SALL. Iug. 85, 37 quîs nobilitas -a. NEP. Dat. 8, 3 COD. Iust. 4, 24, 29, 1 [*a. 530*] *al.* PERS. 4, 3 quo -us?). PACVV. trag. 155 quo praesidio -us, auxiliis quibus? (CAES. Gall. 6, 5, 7 loci. BELL. Hisp. 26, 4 LIV. 31, 23, 2 *cf.* AMM. 26, 8, 7). TVRPIL. com. 208 nobilitate, factione -us. LABER. mim. 95 siquidem mea colustra -us (fructus *Ribbeck*) fecisset. RHET. Her. 2, 5, 8 innocentia (CIC. S. Rosc. 73. FRONTO p. 173, 16 N. innocentia -us magis quam confidens. APVL. apol. 3). 4, 9, 13 spe (LIV. 9, 21, 4 alieni auxilii. FRONTO p. 169, 20 N. *seq. inf.*). 4, 9, 13 nullis copiis -us (CIC. Phil. 11, 2 BELL. Afr. 31, 5 NEP. Dion 5, 3 LIV. 25, 37, 9). 4, 9, 13 quae res erat, qua -i (CIC. Cato 72 LIV. 40, 47, 6). 4, 54, 67 populi frequentia (reverentia *M*). CIC. inv. 1, 8 scientia. Quinct. 70 gratia (Verr. 4, 61 Att. 5, 21, 12). S. Rosc. 10 fide sapientiaque vestra -us. 110 aliqua -us mora (*w*, fretumora *cett. codd.*, ficta mora *Gronov.*). Verr. 4, 61 equestri vetere illa auctoritate et gratia (*cf.* VITR. 9 praef. 18). Catil. 2, 28 prudentia (Cael. 19 epist. 12, 18, 1. 12, 19, 1). Flacc. 35 impudentia atque audacia. Sest. 57 imperio populi Romani. 79 sanctitate tribunatus. Cael. 75 humanitate (BALB. et OPP. Cic. epist. 9, 7^a^, 1). 77 familiaritate (Lig. 1). nat. deor. 1, 49 intellegentia vestra. off. 1, 114 qui (*sc. scaenici*) voce -i sunt, ..., qui gestu *eqs.* epist. 2, 10, 2 natura montium (LIV. 32, 21, 20 loci). 3, 7, 6 conscientia officii mei (CVRT. 7, 2, 12 APVL. Plat. 2, 20). 13, 66, 2 magnam spem habemus -i clementia collegae tui. *al.* Q. CIC. pet. 25 quamquam partis ac fundatis amicitiis -um ac munitum esse oportet (CAES. civ. 3, 59, 3 SALL. Iug. 20, 5). CAES. Gall. 3, 21, 1 victoriis. HIRT. Gall. 8, 39, 2 locorum opportunitate (*cf.* LIV. 6, 29, 1 loci fortuna). BELL. Afr. 79, 1 aquarum inopia. BELL. Hisp. 9, 1 illa -us opinione (28, 3). SALL. Catil. 56, 5 opibus coniurationis (FLOR. epit. 2, 8, 6 COMM. instr. 2, 20, 7). Iug. 13, 3 multitudine militum (LIV. 2, 47, 4. 9, 22, 2. 9, 35, 3. 21, 5, 12. 29, 33, 3. 34, 17, 2. 35, 3, 5). 15, 1 largitione magis quam causa -i. 18, 12 armis (LIV. 2, 30, 9. 6, 29, 2. 9, 31, 12. 28, 32, 9 STAT. Theb. 12, 757 FRONTO p. 206, 18 N. AMM. 17, 13, 27). hist. frg. 3, 6 loco (LIV. 2, 30, 9. 9, 31, 12. 38, 2, 13. 45, 43, 4 CVRT. 7, 11, 5 TAC. hist. 4, 66 *cf. l. 14. 33*). NEP. Milt. 5, 4 numero copiarum (VELL. 2, 20, 4 CLAVD. 20, 580). Cim. 2, 5 opulentia. VERG. Aen. 4, 245 *virga.* 5, 430 iuventa (SIL. 12, 347). 5, 792 procellis. 6, 120 Threicia -us cithara. 9, 676 -i animis (*Bentley*, armis *codd. cf. Hom. Il. 12, 135 χείρεσσι πεποιθότες.* LIV. 1, 2, 5 animis coalescentium... populorum. 6, 29, 2. 7, 14, 6. 9, 40, 4). RVT. LVP. 2, 2 legibus. LIV. 2, 25, 1 discordia Romana. 7, 32, 10 gloria belli (*cf.* VITR. 10, 2, 13). 8, 29, 12 ne vallo quidem ac fossis. 9, 40, 4 ferro. 10, 24, 4 factis potius quam dictis -os. 21, 49, 13 memoria circa ea ipsa loca gestarum rerum (VITR. 7 praef. 7). 29, 4, 6 *auxiliis* (42, 11, 4 CALP. decl. 26 p. 23, 26 SVLP. SEV. dial. 2, 5, 8 POMER. 3, 16, 3). 31, 27, 3 magnitudine ac moenibus situque urbis (31, 40, 2). *al.* VITR. 2 praef. 1 cogitationibus et sollertia -us. FEST. p. 372 iure libertatis. SEN. Oed. 286 pace. dial. 2, 6, 3 nec illis (*sc. duris*) cedens nec his (*sc. secundis*) -us (*cf.* AVSON. 290, 3). LAVS Pis. 135 misero quae (*sc. turba*) -a labore. VAL. FL. 3, 628 studiis iamdudum -a iuventus. 7, 165 veneno. STAT. Theb. 1, 299 exilio. 10, 475 cohors nocturno -a triumpho. 11, 261 solio. QVINT. inst. 4, 2, 15 meritis. TAC. ann. 6, 31 bellis. 14, 32 tutela templi. PLIN. paneg. 66, 5 tua dextera tuisque promissis -i et innixi. FLOR. epit. 2, 12, 9 religione. *al.* FRONTO p. 215, 20 ut quaeque mulier magis facie -a est. APVL. met. 11, 6 mea volentia -us. apol. 91 tua doctrina. *al.* FRG. Vat. 113 -us coniunctionis firmitate. COD. Iust. 7, 19, 1 (*a. 223*) statu generis -us es. PANEG. 5 (8), 6, 1 mari. 9 (12), 15, 4 suorum mentibus. AMM. 16, 12, 47 grandissimis illi corporibus -i. 17, 8, 2 subsidio. 21, 14, 5 quorum adminiculis -i (*cf. l. 74*). *al.* AVG. civ. 5, 21 -us securitate victoriae. 11, 1 regis nostri ubique opitulatione -us. *al.* HIST. Apoll. rec. A 12 tanta -us (rec. B ausus) audacia (*cf. l. 5*).

b *obi. est persona* (*bestia l. 62*): PLAVT. Cas. 346 dis sum -us (348. 349 SALL. Iug. 63, 1. 90, 1 STAT. Theb. 12, 757. SVLP. SEV. chron. 1, 22, 4 deo. 1, 27, 3 *al.* COD. Iust. 1, 17, 1, 2 [*a. 530*] *cf. l. 60*). TER. Andr. 619 quo -us sim. Eun. 1063 vobis -us :: scin quam -us? (CIC. Manil. 58 Planc. 103). VARRO ling. 9, 1 Chrysippo, homine acutissimo. CIC. Font. 18 iratis testibus -i (Cluent. 10). Phil. 13, 28 senatu. epist. 5, 7, 1 te uno. 6, 6, 6 duce Pompeio -i (LIV. 25, 37, 9 STAT. Theb. 2, 539 AVSON. 290, 10 CLAVD. 28, 450). SALL. Iug. 20, 5 amicitia populi Romani magis quam Numidis -us erat. 59, 3 *peditibus.* PROP. 1, 8^b^, 42 *Musis.* LIV. 4, 9, 4 tutoribus. 32, 21, 20 exercitu (AMM. 24, 7, 6 SVLP. SEV. chron. 2, 30, 2). LVCAN. 9, 131 hospitii -us superis (ADNOT. *ad l.* id est diis hospitalibus). VAL. FL. 1, 73 Iunone et Pallade. 1, 403 soceris. 1, 721 o domus, o -i nequiquam prole penates! 4, 101 numine (*i. Neptuno?*). 6, 35 Perses... quīs -us equis per bella virisque. STAT. Theb. 6, 741 Polluce magistro. AVR. VICT. Caes. 19, 1 praetorianis. AMM. 31, 3, 3 Hunnis. RVFIN. hist. 3, 26, 4 auctoribus. CLAVD. 15, 194 sociis. 26, 626 invicto... marito. *al.*

2 *fidunt res* (*praecipue civitas sim. vel animus sim.*): **a** *obi. est homo*: CIC. Cluent. 88 ut... veritas vocem contra invidiam his iudicibus -a miserit. Phil. 10, 18 potest stare res publica -a veteranis. PROP. 4, 6, 41 *patria* te vindice -a. **b** *obi. est res*: CIC. inv. 1, 3 ingenio -a malitia. PS. SALL. rep. 1, 7, 1 mihi animus, quibus rebus alii timent, maxume -us est. LIV. 26, 19, 10 quibus (*sc. rebus*) -a tunc civitas. APVL. flor. 9 p. 40 spes Carthaginis... uno solacio -a. LVCR. 6, 1058 pondere enim -ae partim stant *res.* RVFIN. Orig. in gen. 17, 7 p. 260^A^ quo adminiculo (*cf. l. 46*) -us (*i. fultus*) *palmes.*

B *casu dativo*: LIV. 4, 37, 6 tamquam constantissimae rei fortunae -us. 6, 13, 1 nulli rei praeterquam numero -a. 6, 31, 6 discordiae hostium. 8, 22, 7 civitas cum suis viribus, tum Samnitium infidae adversus Romanos societati -a sive pestilentiae. AMBROSIAST. ad Rom. 12, 8 gaudium...-um futurae spei testetur examen.

C *casu genetivo*: ADNOT. Lucan. 9, 131 dicimus... et '*illa re*' et '*illius rei*' -us. *apud scriptores non legitur.*

D *cum praep.* in: CLAVD. DON. Aen. 8, 143 in his... -us (*cf.* VERG. his fretus). IORD. Get. 141 -us in armis.

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

III *sequitur infinitivus vel acc. c. inf.*: Liv. 10, 5, 5 satis -us esse etiam nunc tolerando certamini legatum. Cvrt. 7, 7, 31 -us excipi posse (*sc. hostem*). Stat. Theb. 4, 182 -us doctas anteire canendo Aonidas. 6, 23 pontum irrumpere -ae *biremes* longius. Carm. epigr. 279, 10 (*a. 357*) omnia -us cedere virtuti.

deriv.: 3. fretus.

syn. et iuxta posita: confidens (Apvl. Plat. 2, 20 Epist. pontif. 321 Aug. epist. 181, 7), fidens (Liv. 2, 65, 3 Amm. 16, 12, 47), ferox (Liv. 21, 5, 12), innixus (Plin. paneg. 66, 5), munitus (Q. Cic. pet. 25). *ad* -us sum: confido (Cic. epist. 12, 18, 1 Bell. Afr. 79, 1), spero (Plavt. Cas. 346). *opp.*: confidens (Fronto p. 173, 16 N.), timere (Ps. Sall. rep. 1, 7, 1), metuere (Liv. 6, 31, 6). *nota iuncturas ut: aliqua re -us aliquid* audeo (Rhet. Her. 4, 9, 13 Cic. Lig. 1 Cael. 44 *al.*), spero (Cic. epist. 12, 18, 1), *aliquid fore* confideo (Cic. epist. 12, 19, 1), *alicuius* spem habeo (Cic. epist. 13, 66, 2), spem tempto (Liv. 9, 31, 12).

3. frētus, -ūs *m.* [*ab* 2. fretus *ductum. Th.*]. Gloss. θάρσος. πεποίθησις. *i. q. fiducia*: Symm. epist. 2, 83 (82) sancti animi tui -u. *Rubenbauer.*

friābilis, -e *a* friare. *quod friari potest*: Plin. nat. 12, 75 ladanum ... terrenum ... -e. 17, 29 tofus naturae -is (fricab- *E, item* 31, 113). 27, 16 aloe ... -is. 28, 109 *crocodilea* optima quae ... -is. 31, 113 aphronitrum ... -e (Isid. orig. 16, 2, 8). 32, 27 *fibrorum testes* -es. 33, 101 *alabastrum femina* -is fissurisque, non globis debiscens. 34, 102 bothryitis ... -is. 34, 118 chalcitis ... -is (fric- *Ra*) nec lapidosa. 34, 173 *molybdaena* -is. 34, 177 *sandarea* -is. 35, 187 alumen ... -e. 36, 144 *haematitis* -is natura. 36, 149 *aetiten* -em. Cael. Avr. acut. 2, 37, 209 si -is fuerit caro assata *avium coctarum*. *liberius*: Cael. Avr. acut. 2, 32, 172 cum omnis corporis *cardiacorum* habitudo laxior atque dimissa et -is fuerit facta.

friātum *v.* frio. **fribolus, fribulāria** *v.* friv-.

[**fricābilis**] *v.* friabilis *l. 21. 25.*

fricāmentum, -ī *n. a* fricare. *genus remedii*: Theod. Prisc. eup. faen. 96 omnia linimenta vel -a. log. 25 unguentis vel -is acrioribus et calidis omnes eorum articulos ... infundi suadeo. 31 -is vel unguentis ... loca ... mitiganda sunt. 62 totius corporis -is siccis ... uti. 116 -a totius corporis. Cael. Avr. acut. 2, 6, 27 blando ... articulorum -o utendum est. 2, 40, 233 ferventium medicaminum -a. 3, 2, 40 nitri -o utendum. 5, 11, 135 -um adhibendum quod Graeci zegma vocant.

fricātio, -ōnis *f. a* fricare *cf.* frictio. *t. t. medicorum*: Cels. 3, 12, 6 auxilia sunt gestatio et -o. 3, 24, 5 utendum est exercitatione -e. 4, 5, 7 ambulatione et -e opus est (*tribus his locis in J legebatur* frictio *q. v.*). Colvm. 6, 12, 1 sanguis ... -e (frictione *Sang.*) assidua discutitur. Plin. nat 26, 13 -em corporis. 28, 53 vehemens ... -o spissat, lenis mollit, multa adimit corpus. Chiron 463 -bus deesse nolito. Philvm. med. 3 p. 70 sine unctione solae -es sunt adhibendae ... qualis est -o coxarum. Theod. Prisc. log. 29 perseverando ... -bus. 33 -e palaestrae ... corpus exerceo. *ibid.* durarum ... -em manuum. 34 -bus ... locorum inferiorum. 45 -o totius corporis. Diosc. 1, 16 -i adhibitus. 2, 105, 3 -e adhibita. 3, 45, 4 -em utiliter facit (σμώμενον). 5, 15 acoras ... -e tollit (σμήχει). Cael. Avr. acut. 2, 6, 29 articulorum blanda -e utentes. 2, 6, 30 levi cum -e (chron. 1, 1, 8). 2, 9, 50 corpus -bus calefaciemus. chron. 1, 3, 59 -o ... capitis. 2, 7, 108 ex pulvere nitreo lacero -o, quam Graeci ⟨s⟩mixin appellant. 3, 1, 6 adhibita ... articulorum blanda calidarum manuum -e. 3, 4, 64 adhibet ... -em (3, 7, 92). 3, 6, 89 pulveris nitri -o. 3, 7, 95 deambulationem adhibendam atque -em. 3, 8, 146 certo numero utitur -um. Oribas. syn. 5, 15 frecacio in solio. *non technice*: Evstath. Bas. hex. 1, 7 p. 875^{B} ex lapidibus ignis per -em (ἐν ταῖς παρατρίψεσιν) solet excuti.

fricātor, -ōris *m. a* fricare. *in medicina*: Cael. Avr. chron. 3, 7, 92 adhibita fricatione et ministris corpulentis et mollibus, quales esse -es 'salutaribus praeceptis' docuimus. *v. Marquardt-Mau, Privatl. d. Römer p. 162, 3.*

fricātūra, -ae *f. a* fricare. *t. t. in architectura* (*v. Blümner, Technologie III 337*): Vitr. 7, 1, 4 cum ... anguli *inter singulas tesseras* non fuerint omnes aequaliter pleni, non erit exacta ut oportet -a. *ibid.* super -am levigationibus et polituris cum fuerint perfecta *testacea spicata*. Cet. Fav. 19 p. 302 tunc erit perfecta -a. *ibid.* ad regulam -a extendatur. p. 303 testacea spicata ... -is et politionibus exerceantur.

fricāt(us), -ū *m. a* fricare. Plin. nat. 13, 99 *mensae citri* splendescunt ... manus siccae -u, a balineis maxime. 23, 124 *cinis fici* emendat dentium ... vitia crebro -u. 23, 126 *lac caprifici* suavitatem carnibus affert -u[r]. *Vollmer.*

frīcd- *v.* frigid-.

fricium, -ī *n. a* fricare. Plin. Val. 1, 36 albi bulbi cinis dentibus -um est (*cf.* Plin. med. 1, 13 dentifricium *q. v.*).

frico, -uī (-āvī), -ātum *et* -tum (-itum), -āre [*orig. inc., nisi cf. est c.* friare. *Th.*]. *de formis: de perfecto*: Char. gramm. I 243, 8 -o, -as, -ui τρίβω (Prisc. gramm. II 468, 26 Ps. Prisc. gramm. III 526, 27 Beda gramm. VII 273, 26 *discernitur a* frigo, frixi). *exhibent formas in* -ui: Scrib. Larg. 58 Plin. nat. 20, 41 Ampel. 8, 11 Drac. Romul. 2, 72. *in* -avi: Plac. med. 3, 7 [Diosc. 2, 84 *ubi* post quam ⟨con⟩fricaveris *legendum puto.*] Hist. Apoll. rec. A *et* B 13. *de supino* (*cf. p. 1331, 50*): Schol. Hor. Vind. ars 249 a -o -as dicitur -tum (*cf.* Prisc. gramm. II 472, 12. 570, 21). *nota distinctionem*: Diff. ed. Beck p. 59, 35 -tum a -ando dictum est; frixum a frigendo ut in sartagine. *exhibent supinum in* -atum: Vitr. 7, 1, 6. 7, 3, 6 Scrib. Larg. 104 Plin. nat. 8, 100 Ser. Samm. 73 Cet. Fav. 23 p. 305, 5 Diosc. 1, 52. 2, 92. 171. *in* -tum: Sen. nat. 1, 1, 5. 2, 22, 1 (*v. l. 72*) Ivv. 6, 578. *in* -itum: Diosc. 1, 77. 2, 17. 107. 137. 3, 165. *saepe scribitur* frig-, *unde interdum confunditur cum verbo* frigere; friat *pro* fricat *v. l. 17. p. 1340, 38.* Not. Tir. 93, 94 frecat. *de significatione* (*v. p. 1319, 81*): Gloss. τρίβω, τρίβεις. ψήχω. καταψήχω. -a τρῖψον. II 179, 47 scaveret: -ret. *legitur inde a* Plavto. [*val.* frecà, *it.* fregare, *francog.* froyer, *hisp.* fregar. *M.-L.*]

i. q. superficiem corporum terere, mulcere, scabere: 1 *corpora animantium* (*saepe additur abl. nota dat. l. 24. 26; praep.* ex *l. 41*): Plavt. Asin. 670 ni genua confricantur. :: ... -entur (*sc. supplicum more cf.* 678). Corp. IV suppl. 6635^{e}, 6 (= Carm. epigr. Engstr. 279, 5) friat ipsa Miconem Peró (*sensu tralaticio nempe eo q. e. 'recreat' dictum putat Bücheler, Rhein. Mus. 56 [1901] 156 sq. cf. Valmaggi, Boll. di filol. class. 8, 86*). Op. imperf. in Matth. 42 p. 867 mollibus manibus nodosam eius (*sc. tauri*) -at cervicem. *sensu obscaeno*: Petron. 92, 11 magis expedit inguina quam ingenia -are. Anth. 190, 8 lascivae nocte -antur anus. Schol. Iuv. 6, 238 manu sua penem -at sibi. Corp. X 4483, 4 cunnu(m) tibi -bo. *nota ambiguitatem* (*cf. l. 17 et l. 65*): Mart. 11, 29, 8 nil opus est digitis: sic mihi, Phylli, -a. *imprimis purgandi sive medendi causa i. q. defricare, abstergere sive perfricare, perunguere*: Plavt. Poen. 220 ambae numquam concessamus lavari aut -ari aut tergeri *cqs.* (*cf.* 231). Pseud. 1190 uncti hi sunt senes, -ari sese ex antiquo volunt (*tropice*). Acc. trag. 461 (*in versu corrupto*) -antem corpus (Scrib. Larg. 104. 133 sale ⟨et⟩ oleo. Oribas. syn. 1, 23). Carm. Gell. 15, 4, 3 mulos qui -bat. Verg. georg. 3, 256 -at arbore costas *sus* (*cf.* Lvcil. 333 contritis arbore costis. Ambr. hex. 6, 5, 32 *de elephantis*). Scrib. Larg. 10 caput ... siccum ad relaxationem cutis -are (Plin. nat. 22, 72). 58 medicamento ... dentes (Plin. nat. 22, 75. 121. 25, 166. 30, 27. 32, 82 Plin. epist. 8, 18, 9 Ser. Samm. 234 Diosc. 1, 77 Plin. Val. 1, 36). 61 *tonsillae* digito pressius -entur (71). 70 medicamentis ... fauces. 104 oleo perunctis et diutius presse -atis (*sim.* Plin. nat. 28, 53 *cf. l. 40. 55*). 156 *obi. omisso* (*cf.* Plin. nat. 20, 156). 180 pedes assidue -entur manibus siccis. 198 artus perunctos [ex]pressius -are. 249 impetiginem. 253 scabiei locus nitro ex aceto -atur. Plin. nat. 20, 41 alopecias ... tusis cepis. 20, 165 *vitiligines* trita *radice capparis.* 22, 36. 68 lichenas (23, 118). 28, 48. 60. 64. 172. 32, 110 lepore marino recenti podagram. Ivv. 6, 578 si prurit -tus ocelli angulus. Ser. Samm. 73 lutum prodest membris adhibere -atis. Pallad. 4, 12, 3 palatum salibus -a (*cf. l. 51*). Amm. 16, 10, 10 os aut nasum tergens vel -ans. Chiron 281 *iumento* cerebrum -as (*cf.* Veg. mulom. 2, 11, 2 confricabis). 326 perunge totum iumentum ... et sic -ato (*cf.* Veg. mulom. 2, 94 confricabis). 562 aceto et sale labia ... -bis (*cf.* Veg. mulom. 2, 39, 2 perfricantur). Pelagon. 120 stercore humano palatum (*cf. Hippiatr.* περίτριβε). Macr. sat. 2, 6, 4 (*in ludo verborum*) in sole gibbos soleo -are. Anon. med. ed. Piechotta 129 papulas. Plac. med. 3, 7 vulpis testiculo si saepe parotidas -veris. Theod. Prisc. eup. faen. 12 ex ea decoctione -entur (*sc. pediculosi*). log. 19 acopo ... latus ipsum est perunguendum [est] et -andum. 48 -ari vel exerceri debebunt *epileptici* (79. 82 in modum palaestrae. *al.*). Diosc. 2, 107 maculas ante nitro -itas (*Diosc. gr. 2, 123* προεκνιτρωθέντας). 2, 171 -ata loca perlaves. Cael. Avr. acut. 3, 8, 92 spondylos ... oleo. chron. 1, 1, 37 corporis partes ... unctione. 1, 4, 103 unctione olei -etur. 1, 4, 121 turbatos oculos manutigio ... -ando. Oribas. syn. 1, 1 Hist. Apoll. rec. A *et* B 13 docta manu ceroma -vit regem. *carnes sim.*: Plin. nat. 8, 100 per -atas carnes aconito. 28, 142 *adipem* aqua caelesti -bant. 29, 36 *oesypum* manu -ante ex aqua.

2 *res corporeas i. q. terere, saepius terendo limare, polire, purgare, tum illinere, applicare maxime medicamenta membris* (*additur saepe abl.*, circa *l. 77*, contra *l. 84*, in *l. 81*, inter *l. 72, nota p. 1321, 3*): Cato agr. 18, 7 pavito -atoque, uti pavimentum bonum siet (*cf.* Vitr. 7, 1, 4. 6. 7, 3, 6). Catvll. 23, 22 quod (*sc. cacatum*) tu si manibus teras -esque. Priap. 32, 14 lanternae videor (*sc. Priapus*) -are cornu (*cf. l. 24*). Sen. nat. 1, 1, 5 cum levius collisus et ut ita dicam -tus est *aer.* 2, 22, 1 cum duo ligna inter se diutius -ta (stricta *sive* trita *codd. plurr.*) sunt (Evstath. Bas. hex. 3, 7 p. 898^{B} *gr.* τριβόμενα). Colvm. 12, 19, 6 plumbea (*sc. vasa*) ... bene -ari. 12, 55, 2 salsuram -are (*i. terendo demere*). Plin. nat. 12, 120 *lacrima balsami* in -ando odorata. 23, 109 *spumam argenti* nitro -ant. 24, 101. 25, 171 vermiculus, qui circa dentes -atur. 27, 100. 35, 184. 36, 52 marmora *harena.* 36, 155 *pumices* teri faciles nec harenosi in -ando. Ampel. 8, 11 *lapidem* si ante tangas aut -veris. Cet. Fav. 23 p. 305, 5 *impensa* amplius -ata. Diosc. 1, 52 confectio cum manibus -ata fuerit (*Diosc. gr. 1, 47, 2* σμῆχον τὰς χεῖρας). 2, 17 si in caverna naturae fuerint -ita (*Diosc. gr. 2, 34* ἐντιθέμενοι). 2, 92. 137 *cepulla* cruda ... -ita (*Diosc. gr. 2, 151* παρατριβόμενος). 3, 165 cum -itum fuerit (*Diosc. gr. 3, 155* ἐν τῷ παρατριβῆναι). 5, 100 manibus contra

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mortarium -as (*Diosc. gr. 5, 78 τρῖβε*) *lepidam.* ANON. med. ed. Piechotta 74 si serpens percusserit, herbam s(upra) s(criptam) tritam ad⟨ve?⟩rsam -ato. ROMVL. fab. Aesop. ed. Thiele 62, 5 si quid forte est asperum, -ando (*sc. lima*) facio lene. DRAC. Romul. 2, 72 ni Amor . . . -uisset (*i. acuisset*) cote sagittas.

deriv.: fricamentum, fricatio, fricator, fricatura, fricatus (-ūs), fricium, frictio, frictor, frictrix, frictura, frictus (-ūs).

comp.: af-, circum-, con-, de-, ef-, in-, per-, prae-, re-, suffrico *cf.* dentifricium.

frīcticulae, -ārum *f. a* frīgĕre *cf. Bickel, Rhein. Mus. 69 (1914) 420 sq.* *i. q. escae frictae, inde metonymice i. q. culinae*: HIER. adv. Iovin. 1, 40 ad balneas et -as (friticulas, fructiculas *l. v.*) et popinas se conferat. *cf.* frictulae.

frīcticus, -a, -um *a* frīgĕre. ORIBAS. syn. 4, 33 alfita desiccat id est -a (*i. tosta*).

[**frīctilis** APIC. 4, 124 *coni. Humelberg v.* fusilis.]

✱**frictio,** -ōnis *f. a* fricare. *sing. et plur. legitur inde a* CELSO. *t. t. medicorum i. q. ἀνάτριψις, τρῖψις: absolute*: CELS. 1, 3, 9 hunc reficit . . . frequens -o. 2, 9, 2 -e, gestatione omnique exercitatione corporis (*cf.* 3, 15, 5. 3, 21, 17. 3, 22, 13 *al.*). 2, 14, 1 de -e . . . multa Asclepiades tamquam inventor eius. 2, 14, 2 -e, si vehemens sit, durari corpus, si lenis molliri; si multa minui; si modica impleri (ORIBAS. syn. 1, 4). 2, 14, 4 inter unctionem . . . et -em multum interest. 3, 15, 5 adhibenda . . . -o est (3, 18, 14 *al.*). 3, 16, 2 oleo ad -es. 3, 17 -e uti (3, 18, 9 *al.* ORIBAS. syn. 1, 1). 3, 18, 22 prodest lenis, sed multa bis die -o. 3, 27, 3 unctionibus -busque (4, 12, 3. 7 *al.*). 4, 10, 2 -es validae. 4, 27, 2 -e maximeque in sole vel ad ignem. *saepe.* MARCELL. med. 13, 10 ossa combusta . . . -e frequenti dentes candidissimos praestant. SORAN. p. 66, 22. CAEL. AVR. acut. 3, 8, 93 plurimus -is usus. *additur gen. obi.*: *partium corporis fricatarum*: CELS. 4, 8, 4 -o multa praecipue inferiorum partium (4, 12, 5). 4, 27, 1^{C} praecipue . . . ventris et poplitum. 7, 12, 1^{E} capitis. SORAN. p. 53, 8 corporis (ORIBAS. syn. 1, 4). PLAC. med. 1, 2 dentis. *rerum illitarum*: ARNOB. nat. 7, 32 adiuncta aliqua cineris -e. *accedunt praepositiones*: CELS. 3, 27, 4 ut⟨i⟩ in iis partibus . . . -bus (*cf.* 4, 3, 2. 4, 14, 2. 4, 15, 4 ORIBAS. syn. 1, 4 add. 805). 3, 9, 1 -o . . . ex oleo et sale (*cf.* 3, **11**, 2 *al.*). 4, 9, 3 -o a pectore.

frictor, -ōris *m. a* fricare. NOT. Tir. 93, 97. *fem.* **frictrīx,** -īcis. *i. q. meretrix, τριβάς*: TERT. resurr. 16 p. 46, 8 calicem . . . -is (*trad.* fi-) vel archigalli . . . spiritu infectum. pall. 4 aspice lupas . . . ipsas quoque -es.

frīctōrium *v.* frixorium.

*?***frīctulae** GLOSS. III 256, 11 *αἱ τηγανῖται* (*in solis Einsidl. itaque suspecta*).

1. frictūra, -ae *f.* [*a* fricare. *Th.*]. *i. q. actio fricandi sensu obscaeno* (*cf. l. 39 et p. 1320, 22*): PS. APVL. met. 10, 21 priapo(m) frequenti -a⟨e⟩ porrixabam.

2. frīctūra *v.* frixura.

frictus, -ūs *m. a* fricare. [IVV. 6, 322 *in parte codd. male trad.*] MART. CAP. 8, 805 -uque palmulari madida detergit ora.

[**fridicas** AETNA 532 *corruptum.*]

frīdus, -a *v.* frigidus. **frīgd-** *v.* frigid-.

frīgēdo, -inis *f.* [*cf. c.* frigēre, frigescere. *Th.*]. NON. p. 206, 22 frigus generis neutri . . . feminini Varro (Men. 77) . . . atque ut igni fervido medullitus aquiloniam intus eruat (*Bücheler*, servat *codd.*) -em.

frīgēfacio, -ere *cf. c.* frigēre *et* facere. PRISC. gramm. III 276, 22 calefacio, -o. BOETH. categ. 3 p. 262^{A} dicimus . . . ignem calefacere et -ere, quod scilicet ad faciendum refertur. dicimus aquam calefieri et -fieri, quod nihilominus ad patiendi ducitur praedicamentum. p. 261^{D} calefacere . . . et -ere contraria sunt et calefieri et -fieri.

frīgēfacto, -are [*cf. c.* frigescere *et c.* calefactare. *Th.*]. PLAVT. Poen. 760 os nunc -as, quom rogas. Rud. 1326 os calet tibi, nunc id -as (frigide factas *codd.*).

frīgeo, -xī *et* -guī, -ēre [*i. q. gr. ῥιγεῖν, ῥιγῆναι* (*v. Collitz, Bezzenbergers Beitr. z. Kunde d. indog. Spr. 3, 322*); *cf. c.* frigescere, frigus, frigidus, *fortasse c. lituan.* strėgti '*obrigescere*' (*v. Bezzenberger-Fick, ibid. 6, 240*). *Th.*]. *de perfecto*: CHAR. gramm. I 244, 16 -eo, -es, -xi. DIOM. gramm. I 367, 10 EXC. Bob. gramm. I 564, 30 PHOC. gramm. V 432, 14 PRISC. gramm. II 462, 12. 463, 25 *cf. p. 1331, 44.* *at nota*: PRISC. gramm. II 574, 3 pleraque . . . neutrorum secundae coniugationis in 'ui' divisas desinentia praeterito deficiunt in supinis ut . . . -ui. *habent perf. in* -xi: LIV. ANDR. carm. frg. 17 IVL. VAL. 1, 4 HIER. in Tit. 2, 3 p. 771 Val. *in* -ui: ITALA iud. 4, 21 (Lugd.) AVG. in psalm. 49, 22. 65, 13 serm. 135, 8. 273, 4. 391, 2 epist. 140, 55 (EVGIPP. exc. Aug. p. 698, 18) DIOSC. 2, 57. 3, 3. 5, 95 (-verit *P*). 5, 129 fricuerit. *ceterum omnibus his locis vis quaedam incohativa inest, ut etiam ad* frigescere *referri possint.* *gen. plur. part. praes. in* -um *metro probatur*: STAT. Theb. 3, 127 CYPR. GALL. lev. 17; *in* -ium *traditur*: CLAVD. MAM. anim. 1, 11 p. 51, 17. *nota gerund.*: BOETH. herm. sec. 6, 13 p. 451, 6 -endi *potestas.* *abiit in primam coniugationem*: THEOD. PRISC. log. 34 -antes (*si fides sit libris*). GLOSS. V 264, 24 alsit: -vit (*cf.* frig(i)dare). *de significatione*: NON. p. 110, 24 -et: frigidum est. GLOSS. *ψύγω ἐπὶ τοῦ ψυχραίνω. ψύχω.* torpet. frigidum ⟨est⟩. frigidi sunt, excelsi(*?*) sunt. IV 427, 2 ut die -⟨e⟩at ut per diem infrigidet. *legitur inde a* LIV. ANDR. TER. CIC., *nusquam saepe.*

epitheta (*cf. p. 1334, 79 sqq.*): acerbum: HOR. epist. 1, 17, 53 FIRM. math. 6, 9, 9. acre: LVCR. 4, 261 CLAVD. DON. Aen. 9, 1 *cf.* LIV. 21, 54, 8. aeternum: SEN. Oed. 546 nat. 3, 9, 2 *cf.* 6, 28, 2 CLAVD. rapt. Pros. 1, 265. algidum: MART. CAP. 1, 17. altum: SEN. nat. 4, 4, 3. asperum: VARRO rust. 1, 34, 2. assiduum: OV. trist. 3, 2, 8 FIRM. math. 4, 15, 2. atrum: SER. SAMM. 253. concretum: *v. vol. IV p. 97, 15 sqq.* continuum: APVL. met. 9, 32 IVST. 2, 2, 9. contractum: *v. vol. IV p. 758, 65. 764, 65.* dirum: AVIEN. Arat. 663. durum: PLAVT. Men. 975 LVCR. 5, 818 VERG. catal. 2, 9. 13, 3 ecl. 10, 47 LVCAN. 9, 376 PAVL. NOL. carm. 27, 339. gelidum: CIC. Arat. 58 EPIST. Sapph. 112 OV. fast. 2, 754 PANEG. in Mess. 153 SIL. 2, 136 MART. 8, 68, 4 AMM. 30, 6, 5 *cf.* LVCR. 5, 641. prae-: COLVM. 4, 8, 3. glaciale: OV. met. 9, 582 APVL. mund. 23. grave: EVTR. 10, 18, 1. ignavum: OV. met. 2, 763. immane: AMM. 25, 4, 10. immoderatum: GREG. M. moral. 12, 60. immodicum: OV. Pont. 3, 1, 14 CLAVD. 22, 459. improbum: STAT. silv. 1, 3, 8.

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ingens: PORPH. Hor. sat. 1, 1, 36. intolerabile: CIC. S. Rosc. 131 LIV. 21, 58, 1 SEN. epist. 90, 16 PLIN. nat. 20, 138. intolerandum: HIRT. Gall. 8, 4, 1 LIV. 22, 1, 1 *cf.* 21, 56, 6. invisum: NVX 127. longum: SEN. nat. 3, 25, 12 IVV. 4, 44. magnum: SEN. benef. 6, 8, 1 COLVM. 12, 52, 12 PLIN. nat. 2, 152 *al.* malum: OV. trist. 3, 10, 19. 5, 7, 49. manabile: LVCR. 1, 534. medium (*aliter v. p. 1335, 36*): SEN. nat. 4, 12. modicum: OV. trist. 5, 12, 6 CELS. 1, 3, 15. mundum: PETRON. 41, 11. nimium: VAL. MAX. 5, 1 ext. 1 CELS. 5, 26, 6. 31[A] COLVM. 3, 12, 1 PLIN. nat. 2, 129. 18, 69 *al.* nocens: ARNOB. nat. 1, 20. 3, 23 p. 127, 20. noxium: PLIN. nat. 17, 12. pallidum: STAT. silv. 5, 1, 129. penetrabile: VERG. georg. 1, 93 MART. 4, 19, 9. penetrale: LVCR. 1, 494. periculosum: PETRON. 17, 7. perpetuum: OV. Pont. 2, 7, 72. pertinax: SEN. nat. 4, 13, 8. pigrum: RHET. Her. 4, 32, 43 dicimus . . . -s pigrum, quia pigros efficit (*cf.* AVG. quaest. hept. 1, 58 nupt. et concup. 1, 23, 25) Q. CIC. carm. frg. 11 TIB. 1, 2, 29 SEN. Med. 736 dial. 4, 19, 2 MART. 4, 3, 4. praecipuum: OV. Pont. 4, 10, 40. praeposterum: SEN. epist. 23, 1. profundum: CAEL. AVR. chron. 2, 1, 1. remissum: CAES. Gall. 5, 12, 6. rigidum: LVCR. 1, 355. saevum: COMM. apol. 955 CLAVD. 7, 44. salubre: MART. 10, 30, 15. sceleratum: VERG. georg. 2, 256. sterile (*cf. p. 1333, 46*): LVCAN. 4, 108. subitum: VARRO rust. 3, 16, 37 OV. fast 1, 98 CELS. 1, 5, 2 *al.* subtile: AVSON. 332, 10. 417, 98. summum: MVMM. Atell. 4. tardum: FIRM. math. 6, 22, 5. tempestivum: PLIN. nat. 17, 10. tenue: PLIN. nat. 18, 337 MART. 3, 82, 10. torpens: MART. CAP. 1, 18. tremulum: CIC. Arat. 68. triste: MART. 10, 5, 7. vehemens: SEN. nat. 4, 13, 7. umbrosum: SEN. nat. 6, 28, 2.

II *translate et metaphorice*: **A** *apud scriptores profanos*: **1** *i. q. languor, lassitudo, torpor, inertia, pigritia, segnitia*: CAEL. Cic epist. 8, 6, 4 si Parthi vos nihil calficiunt, nos [nihil] -e frigescimus (*nisi ad IB 1 e pertinet*). *de eunuchi impotentia humaniter calescendi*: CLAVD. 18, 53 in cerebrum secti traxerunt -a nervi. *nota ambiguitatem*: PETRON. 129, 7 quod si idem -s *atque in coitu* genua manusque temptaverit tuas. *scriptorum sive oratorum*: CATVLL. 44, 20 tussim ... Sestio ferat -s (*iocose ut* AVSON. 401, 10 duplicant -s ψυχρὰ carmina μητιόωντες). OV. Pont. 3, 4, 36 ducis facies . . . excuteret -s sensibus omne meis (*cf. opp.* 3, 4, 31 sumpsissem . . . vigorem). QVINT. inst. 2, 12, 6 illud quaestionum et argumentorum apud corrupta iudicia -s evitant. **2** *i. q. deminutio gratiae, displicentia, taedium, inimicitia*: HOR. sat. 2, 1, 62 maiorum nequis amicus -e te feriat (*falso interpretantur* PORPH. id est horrore mortis. SCHOL. morte). SEN. epist. 122, 11 amicitiā Tiberi notus et -e. QVINT. inst. 5, 7, 31 qui rogatur . . . ne intellegere se neget, quod interrogantis non leve -s est. 6, 1, 37 imperitia et rusticitas et rigor et deformitas afferunt interim -s. PLIN. epist. 4, 9, 11 ne reliqua actio mea et -s, ut deposita, et taedium, ut resumpta, pateretur. 6, 15, 4 Paullo aliena deliratio aliquantum -is attulit. *accedit genet. attr.*: OV. Pont. 3, 9, 25 animum lento curarum -e laedit.

B *apud* ECCL.: **1** *in malam partem: i. q. deminutio ardoris religiosi inde fere i. q. malignitas, impietas*: HIL. in Matth. 25, 7 in peccatum -e (*cf.* HIL. gen. 167 -e peccati torpentia corda rigescunt. BACHIAR. repar. laps. 7 p. 1043[B] qui peccati -e mortuus est, consolationis tepore revocetur ad vitam. GREG. M. in Ezech. 1, 2, 11). HIER. epist. 98, 24, 1 -s . . . odiorum dilectionis calore commutent. CYPR. GALL. gen. 1123 livoris -e. SALON. in prov. p. 980[A] mundi adversitatem, quae per -s designatur. PETR. CHRYS. serm. 102 p. 485[D] esse . . . in -e pagano Christianum calorem. CLAVD. MAM. anim. 2, 7 p. 125, 8 infidelitatis -e in quandam glaciem durata gentilitas euangelicae veritatis calori cederet. GREG. M. moral. 2, 2 malitiae -s. 3, 45. 4, 42 -s insensibilitatis pristinae igne sancti amoris accendit. 12, 60. 16, 63 culpae -s *eqs.* 16, 81 iniquitas -i comparatur. *al.* FERRAND. epist. 7, 18 fervore caritatis . . . iniquitatis -s excludas. **2** *in bonam partem i. q. abstinentia, duritia*: HIER. epist. 54, 7, 3 ardentes diaboli sagittae ieiuniorum et vigiliarum -e restinguendae sunt. in Is. 64, 8—12 p. 766 expulso pudicitiae -e libidinis in templo dei flamma grassabitur.

deriv.: frigusculum. *cf.* frigeo, frigesco, frigero. frigidus. frigorosus. frigor(a). *comp.*: frigorificus.

frīgusculum, ī- *n. a* frigus *deminutive.* TERT. anim. 25 p. 342, 26 animi . . . de rigoribus scitiores provenirent, si animae de -is evenirent. *Rubenbauer.*

?frigutoror est insanio GLOSS. V 619, 37 *contaminata videtur cum* friguttio.

friguttio, -īre *vel* **fringul(t)io,** -īre [*vox onomatopoetica, cf.* fritinnire, singultire. *Th.*]. VARRO ling. 7, 104 Maccius in Casina (*v. p. 1341, 2*) a fringuilla: 'quid fringuttis' *eqs.* PAVL. FEST. p. 90 fringilla avis dicta, quod frigore cantet et vigeat; unde et -ire. SVET. frg. p. 252 graculorum fringulire (*sic fere PGH*, fringultire *A*, fringulare *V*, fringilliunt *BDE*). NON. p. 7 'frĭgĕre' est et 'friguttire' et 'fritinnire' sussilire cum sono vel erigi et excitari, quod quaecunque friguntur vel frigent nimio calore vel frigore, cum sono susum sussiliunt. Plautus Casina [267] *eqs. cf.* 308. FVLG. serm. ant. 19 p. 117 '-ire' dicitur subtiliter adgarrire unde et Plautus in Casina ait 'Quidnam -is' et Ennius in Telestide comedia sic ait 'haec anus admodum -it, nimirum sauciavit se flore Liberi'. GLOSS. V 501, 49 (= 522, 11) -ire: subtiliter gannire (agge- 522, 11; adgarr- 569, 20). *duo verba fuisse videntur, alterum de hominibus assimilatum ad* balbuttire. **1** *de hominibus*: PLAVT. Cas. 267 quid -is (fring- *Varro*)? quid istuc tam cupide cupis? FRONTO p. 146 N. loqui te quam eloqui malle, murmurare potius et -ire quam clangere. APVL. apol. 34 quod qui eloquentiae patrocinium vulgo profiteatur, etiam honesta dictu sordide blateret ac saepe in rebus nequaquam difficilibus fringultiat vel omnino obmutescat. 98 fratrem Pontiani, diserti iuvenis, vix singulas syllabas fringultientem. IVL. VICT. rhet. 26 p. 447, 25 fere videas, qui sicci ac sobrii nihil sunt, eos madidos -ire. SIDON. epist. 7, 9, 3 presbyterorum . . . paucis angulatim fringultientibus. CLAVD. MAM. anim. 2, 9 p. 137, 3 inter . . . ructandum quasdam suggillatiunculas fringultientem ab alio . . . parasitico more laudari. **2** *de avibus*: APVL. flor. 82 merulae in remotis tesquis fringultiunt. SIDON. epist. 9, 2, 2 lusciniarum querelis improborum passerum fringultientes susurros *non* iure sociaveris. CARM. de philom. anth. 762, 28 et crocitat corvus, fringulit et graculus.

?frindo, -ere. VARRO ling. 7, 104 (*de iis quae ab animalium vocibus in homines tralata sunt*) [su] et a frendice (*?*): 'frunde (*sic F*) et fritinni suaviter'. *cf. Loewe, gloss. nom. p. 248, 12* merulus frindit, *nisi* fritinnit *legendum.* *v. et supra p. 1286, 15 sqq.*

fringilla, -ae *f. vel* **-us,** -ī *m. avium genus* [*a cantu nomen accepisse videtur, cf.* fringulire friguttire frisio, *gr.* φρυγίλος. *Th.*]. *scriptio* -gui- (*l. 28 et 32*) *nec praevalet nec satis commendatur.* VARRO ling. 7, 104 Maccius in Casina (*v. l. 2*) a fringuilla: 'quid fringuttis'. PAVL. FEST. p. 90 fringilla avis dicta, quod frigore cantet et vigeat, unde et friguttire. POL. SILV. chron. I p. 543, 17 *inter volucres* fringuellus. GLOSS. fringillus (frinc- *vel* fritigillus *trad.*) σπίνος ὁ στρουθός; *etiam* fringuillus *vel* -uellus *vel* -uillo σπίννος. V 360, 43 fringella: finc (*anglos.*). [*it.* fringuello. *M.-L.*]. MART. 9, 54, 7 nunc sturnos inopes fringillorumque (-arumq. *B*[4]) querelas audit et arguto passere vernat ager. AVIEN. Arat. 1761 si matutino fringuilla (pingui illa *cod.*) resultat ab ore . . ., mox tempestates . . . cientur.

fringuilla *v.* fringilla. **fringul(t)io,** -īre *v.* friguttio.

frio, -ātum, -āre [*orig. inc., cf. c.* frivolus, frivusculum, *fortasse c.* fricare. *sunt qui ultra conferant aut cambr.* briwo 'comminuere, friare, delere', *theodisc.* brīo *anglos.* brīw 'puls', *aut gr.* χρίειν, *ind.* ghárṣati 'fricat'; *v. Walde, Lat. etymol. Wörterb. s. v. Th.*]. *passim male scriptum* fric-, *versa vice* friat *pro* fricat CORP. IV 6635, 5. *plerumque passive sensu neutro* (*non bene* GLOSS. -atum: perfractum) *i. q. in partes minimas se diiungere, dissolvere*: VARRO rust. 1, 9, 7 terra . . ., quae cum fodiatur, facile -etur, naturā quae non sit cineracea neve vehementer densa. LVCR. 1, 888 glebis terrarum saepe -atis herbarum genera et fruges frondesque videri dispertita in⟨ter⟩ terram latitare minute. VITR. 2, 7, 2 saxa *tofacea* . . . in locis . . . apertis et patentibus gelicidiis et pruina congesta -antur et dissolvuntur. CELS. 6, 6, 3 gummi . . . hoc maxime praestare ut, ubi collyria facta inaruerunt, glutinata sint nec -entur. PLIN. nat. 12, 35 bdellium . . . esse . . . debet . . . odoratum et, cum -etur, pingue. 12, 49 -ato . . . amomo. 12, 65 tus . . . ne dentem recipiat potiusque in micas -[c]etur. 12, 92 *cinnamum* ne sit scabrum atque ut inter sese tritum tarde -etur. 36, 166 tofus . . . exestur halitu maris, -atur vento, everberatur imbri. 37, 60 *adamantem* cum feliciter contigit rumpere, in tam parvas -atur (fruatur *vel* feriantur *codd.*) crustas, ut cerni vix possint. *active fere i. q. conterere*: PLIN. nat. 12, 50 cardamomum . . . acutis angulis contumax -anti. 13, 47 *palma* in ipsa . . . Aethiopia -atur . . . (tanta est siccitas) et farinae modo spissatur in panem. 34, 121 *misy optimi* notae sunt -ati aureae scintillae et cum teratur harenosa natura sine terra. 36, 150 *aetites* tam mollis ut etiam digitis -etur. 36, 155 *pumices* nec harenosi in fri[c]ando. CAPITOL. Maximin. 6, 9 *tam validus erat ut* lapides toficios -ret. DIOSC. 1, 6 cardamomum . . . lapides de vessica -at (θρύπτει). Ps. DIOSC. herb. fem. 40 splenios . . . cauculos in vessica -at (*sic P*, fricat L^1L^2). 48 lapatium . . . cauculos vessicarum -at. 69 sion . . . lapides -at (defriat L^1). APIC. 2, 38 pulpa . . . in mortario et in liquamine diligenter fri[g]atur. 5, 185 pulpae . . . -atae. *reflexive*: PLIN. nat. 34, 117 chalcitis -at se statim, mollis naturā, ut videatur lanugo concreta. DIOSC. 4, 157 *balanus myrepsicus* citus se fri[c]ans (εὐλέπιστος). 5, 125 *pyriten* revocans igni quamdiu se -et (ἕως ἂν ψαθυρώτατος γένηται ὁμαλῶς).

?frisigo radicis MISC. Tir. p. 66, 27. *v.* brisconis.

frisio, -ōnis *avis* [*a cantu nomen accipere potuit. Th.*]. PLIN. VAL. 5, 42 lac vaccinum atque caprinum, -em, columbam, porrum crudum. [*it.* frosone. *M.-L.*]

fristio, -īre *an* **fristatio,** -īre *a germ.* fristan 'hinhalten'. LEX Sal. 1, 1 rubr. de mitio (*i. responso*) fristito (*sic in contextu,* fristatito *in tabula rubricorum*). *v. Brunner, Festgabe für Beseler 3 sqq.*

frit *indecl.* [*orig. inc. Th.*]. PLAVT. Most 595 non dat, non debet. :: non debet? :: ne -t (nec erit *trad.*) quidem. VARRO rust. 1, 48, 2 illud . . . summa in spica iam matura, quod est minus quam granum, vocatur '-t'.

fritāmentum vox merulae GLOSS. II 580, 42; *cf.* V 23, 2 (= 70, 21). 105, 2 freta m(o)eta: crumata [vel] modulosa. [*vox onomatopoetica. Th.*] *translate de deliciis rhetoricis*: GELL. 5, 1, 1 si vocum eius festivitatibus, si modulis verborum, si quibusdam quasi -is (fret- *trad.*) orationis moventur. *v. Heraeus, Arch. f. l. Lex. 14, 62; qui item*

[Vollmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

legi iubet 1, 11, 12 si, ut planipedi saltanti, ita Graccho contionanti numeros et modos et -a (trequentamenta *trad.*) quaedam varia tibicen incineret.

fritilla *v.* fitilla.

fritillus, -ī *m.* [*orig. inc, nisi a sono talorum cadentium nomen accepit, cf.* fritinnire *sim. Th.*]. *vasculum, ex quo tali effundebantur in alea*: PORPH. Hor. sat. 2, 7, 17 fimum: quod nos -um dicimus, in quo coniectae tesserae agitataeque mittuntur. SCHOL. Hor. serm. 2, 7, 17 fimum: pyrgum, alii -um dicunt. SCHOL. Iuv. 14, 5 -o: pyxide cornea, qui φιμός dicitur graece. fritinnire aves dicuntur id est strepere aut sonare. apud antiquos nam in cornu mittebant tesseras moventesque fundebant. aut -um pyrgum dicit. GLOSS. II 73,44 -um: πυξίς. V 457, 52 pyrgum tabulae. V 653, 16 fretillum: fimum, purgo [vel ... id est sistrum *add. man.* 2, *cf. Papiae glossam* -um: sistrum vel tuba, quo vocatur ad ludum] *v. Daremberg-Saglio II 2 p. 1341, 2 cum imaginibus, Marquardt-Mau, Privatl. p. 848.* SEN. apocol. 12, 3 (vers.) qui concusso magna parastis lucra -o. 14, 4 Aeacus iubet illum alea ludere pertuso -o. 15, 1 (vers.) nam quotiens missurus erat resonante -o, utraque subducto fugiebat tessera fundo. MART. 4, 14, 8 dum blanda vagus alea December incertis sonat hinc et hinc -is. 5, 84, 3 puer ... blando male proditus -o. 11, 6, 2 unctis falciferi senis (*Saturni*) diebus, regnator quibus imperat -us. 13, 1, 7 haec mihi charta nuces, haec est mihi charta -us. 14, 1, 3 nec timet aedilem moto spectare -o. IVV. 14, 6 si damnosa senem iuvat alea, ludit et heres bullatus parvoque eadem movet arma -o. SIDON. epist. 2, 9, 4 crepitantium -orum tesserarumque strepitus. carm. 23, 491 promens ... talos crepitantibus -is. *translate de imo palato*: VEN. FORT. Mart. 4, 41 (*de puella muta sanata*) insueta canit camerati concha palati dente relisa cavo producens verba -o. *contaminata videtur* GLOSS. V 599, 20 -um: stillicidium stercoris in sterquilinium, *nisi et haec significatio iocose a sono ducta est.*

fritinnio, -īre [*vox onomatopoetica, cf.* friguttire, fritamentum *sim. et* tinnire titinnire. *Th.*]. SVET. frg. p. 254 cicadarum -ire (frint- *V*, fret- *alii codd.*). *cf.* p. 253 hirundinum ⟨fintinnire vel⟩ minurrire. NON. p. 7 *v. s. v.* friguttio *p. 1339, 78.* SCHOL. Iuv. 14, 5 *v. supra l. 10.* GLOSS. III 46, 47 -ens: βομβήσας. IV 518, 57 -unt (aves): cantant (fret- V 629, 5; frec- *Loewe, Gloss. nom. 249*). INC. (*an* Suetius?) ap. Varr. ling. 7, 104 *v. supra p. 1340, 17.* VARRO Men. 565 et pullos peperit -entis (fritiniensis *trad.*). CALP. ecl. 5, 65 prius ... quam levibus nidis somnos captare volucris cogitet et tremulo queribunda -iat (tremebunda fruniat *vel* tinniat *trad.*) ore. CARM. de philom. anth. 761, 35 et rauca cicada -it. CASSIOD. var. 1, 45, 6 aeneus anguis insibilat, aves simulatae (*i. arte factae*) -unt. *translate*: ANTH. 441, 5 dulci Marcus *puerulus* qui nunc sermone -it. CASSIOD. in psalm. 83, 4 in his ... altaribus quasi in domum gratissimam -it (gratulatur *pars codd.*) fidelis anima.

fritus *vel* **fredus** *m. vox germanica: multa quae solvitur potestati publicae*: GREG. TVR. Mart. 4, 26 compositionem fisco debitam, quam illi fretum vocant. LEX Sal. 13, 6 -us exinde MMD dinarios ... est. 24, 5 -us ... nullatenus exquiratur. 35, 7 inter fredo et faido (capit. 4, 12, 1). 50, 3 -o ... recolligat. *ibid.* -us ... non fuit solutus. 53, 2 -us grafioni solvatur. 53, 4. 53 add. 2. 53, 6. *in scriptione codd. admodum variant*: fritus, fredus, fridus, fredum, *acc. in* -o *saepius. cf.* NOT. Tir. 93, 83 fraedus.

frīvolāria, -ae *f. comoedia Plauti deperdita*: VARRO ling. 7, 58 PAVL. FEST. p. 169 FEST. p. 301. 306. 313 GRAMM. *passim.*

frīvolus, -a, -um [*cf. esse videtur c.* friare, frivusculum. *Th.*]. PAVL. FEST. p. 90 -a sunt proprie vasa fictilia quassa. unde dicta verba -a, quae minus sunt fide subnixa. ISID. orig. 9, 7, 26 -um est, cum eo animo separantur, ut rursus ad se invicem revertantur. nam -um est velut quassae mentis et effluxae nec stabilis. proprie autem -a vocantur fictilia vasa inutilia. *cf.* GLOSS. IV 76, 52 *al.* vasa fictilia (atque inutilia *vel* diminuta). *scriptionem, quae est cum* -vo-, *commendat* MARTYR. gramm. VII 185, 2; -bo- *passim in codd. legitur, ut iam in palimpsesto* FRONTO p. 107, 25 N.; *cf. et cod. Salmas.* ANTH. 288, 4 tribulis *pro* -is; *item passim legitur* -vu-. *legitur inde ab* RHET. Her. (*p. 1342, 14*), *crebrum apud* ECCL.

I *i. q. vilis* (GLOSS. εὐτελής, despectus, vilis, fragilis, frugalis): SVET. Cal. 39, 2 qui nescio quid -i ducentis milibus traderet. APVL. met. 1, 25 tam magnis pretiis pisces -os indicatis. 2, 5 surculis et lapillis et id genus -is inhalatis. apol. 35 haec ... -a. TERT. adv. Marc. 4, 29 p. 520, 3 de eiusmodi -is cogitari, de quibus nec corvi nec lilia laborent. ITIN. Alex. 34 gignentium -a aridaque. ARNOB. nat. 5, 45 res ...-as. AMBROSIAST. in I Cor. 3, 12 genera ...-a (*opp.* pretiosus). SIDON. epist. 7, 2, 6 *puellae* nunc quaedam -a, nunc ludo apta virgineo scruta donabat. *inde n. plur. i. q. res quae insunt in domo, supellex* (GLOSS. σκευάρια εὐτελῆ πάνν): SEN. contr. 2, 1, 2 ego illos in -a invitavi nostra: qui illis meam promisi domum, suam eripiam? SEN. dial. 9, 1, 9 nec inter illa -a mea tam altus incedo (*opp.* splendor luxuriae). IVV. 3, 198 iam poscit aquam, iam -a transfert Vcalegon *in incendio.* 5, 59 Romanorum omnia regum -a. VLP. dig. 13, 7, 11, 5 ad universam pensionem insulae -a mea tenebuntur. DON. Ter. Eun. 1024 cum obrodunt -a *sorices.*

II *translate*: **1** *de rebus corporeis i. q. inanis, fragilis, caducus, mutabilis* (GLOSS. fragile, debilem, invalidum seu inanem, parvum; caducam): SEN. dial. 6, 12, 2 qui catulos avesque et -a animorum oblectamenta nutriunt (*opp.* liberos nutrientibus). TERT. adv. Marc. 1, 15 p. 309, 16 *substantia* -is creatoris (*i. huic mundo fragili*) praecellens. nat. 1, 4 -a humanae manus opera. resurr. 4 p. 30, 8 carnis ... -ae, infirmae, criminosae. 5 p. 31, 12 futile et -um istud corpusculum. 8 p. 36, 25 huic substantiae -ae ac sordidae. LACT. inst. 2, 3, 7 vulgus ... pompis inanibus gaudet, ... oblectatur -is. AMBROSIAST. in I Cor. 3, 10 superaedificia ... obliqua ... et -a.

2 *de rebus incorporeis: quod facile perit, non constat, non fidem habet, inanis vanus futtilis (neutr. quasi subst. saepe inde a* SEN. *l. 24; cf.* GLOSS. levis, mendax, fictus; dubium, vanum vel vacuum; incassum vel frustrum (*sic*), imaginariam; ignominiosa a⟨c⟩theatralia vel res nullius momenti; inanibus, invalidis): RHET. Her. 4, 11, 16 -us hic ... et illiberalis est sermo: non enim est adeptus id, quod habet attenuata figura, puris et electis verbis compositam orationem. FEST. p. 218 'porrigam' ... ducto verbo a 'porro regam' aut, si id -um videtur, cum *eqs.* SEN. contr. 10 praef. 4 *Labienus* non admittebat populum, et quia nondum haec consuetudo erat inducta et quia putabat turpe ac -ae iactationis (QVINT. inst. 1, 6, 20 abolita ... retinere insolentiae cuiusdam est et -ae in parvis iactantiae). PHAEDR. 3, 6, 8 aufer -am insolentiam. 5, 7, 1 ubi vanus animus aura captus -a arripuit insolentem sibi fiduciam. SEN. benef. 2, 2, 4 ineptum et -um hoc Hecaton ponit exemplum Arcesilai. dial. 5, 30, 1 -is turbamur et inanibus. 7, 4, 4 cum minutis et -is et non perseverantibus corpusculi motibus. epist. 4, 4 non vides quam ex -is causis contemnatur *vita*? 31, 7 labor -us et supervacuus e[s]t quem humiles causae evocaverunt, non est malus? PLIN. nat. 7, 43 aestimantem, quam sit -a animalium superbissimi (*i. hominis*) origo, cum plerisque abortus causa odor a lucernarum fiat extinctu. 11, 102 tam -a ratione morientes *locustae.* 11, 274 -a, ut reor, et vulgo tamen narrata. 16, 251 tanta gentium in rebus -is plerumque religio est. 21, 13 id ... -um est. 22, 15 irrisui sumus ista commentantes ⟨at⟩que -i operis arguimur. 25, 22 curam hanc nostram -am ... existimaturis. 28, 184 -um videatur, non tamen omittendum. 28, 260 -o quidem ioco, cui tamen aliqua debeat subesse causa in tanta persuasione. 34, 21 praeclara res, ni -is coepisset initiis. QVINT. inst. 7, 2, 34 levibus aut -is aut manifesto falsis reum incessere. 10, 7, 21 perversa ambitio ut ..., quod est in primis -um ac scaenicum, verbum petant quo incipiant. SVET. Nero 41, 2 -o auspicio. FRONTO p. 73, 25 N. quanto opere te diligam non minus de gravibus et seriis experimentis, quam plerisque etiam -is sentio. quae ... sint haec -a, indicabo. p. 74, 18 tertium de meis -is addam. p. 74, 35 ut -is finem faciam et convertar ad serium. p. 107, 25 paronomasia ... non absurda nec -a, sed proba et eleganti. GELL. 2, 7, 9 argutiola ... haec *sententia* ... -a et inanis est. 3, 11 tit. quam -is argumentis (*v. l. 63*). 16, 12, 1 non pauca ... dicit curiose et sagaciter conquisita, neque non tamen quaedam futilia et -a. 18, 7, 3 glossaria ... colligitis et lexidia, res taetras et inanes et -as tamquam mulierum voces praeficarum. APVL. apol. 3 si quid ex -is praeteriero. *ibid.* inepta ... et oppido -a velle defendere. 25 -a et inter se repugnantia simul promere. 67 -am accusationem. Socr. p. 104 (p. 1, 5 Th.) ne in -is displiceam, qui in gravioribus placui. TERT. test. anim. 5 testimonia ... cuiquam -a et ridi⟨cula⟩ videri. fug. 3 plane -a et frigida fides. uxor. 1, 1 non ... tam -a, tam spurca deus suis pollicetur. patient. 8 p. 13, 7 ut patientia maioribus temptationibus praeparata in -is excidat. CAPITOL. Alb. 5, 10 Helium Cordum legat, qui -a super ... omnibus cuncta persequitur. VOPISC. Aurelian. 3, 1 ne multa et -a prooemiis ... intexam. 10, 1 -a haec fortassis cuipiam et nimis levia esse videantur, sed curiositas nihil recusat. 15, 3 quare posuerim rem quasi -am. quatt. tyr. 11, 4 -a quaeque conectere. PORF. OPT. carm. 21, 1 cecini ... -a. his ... iungam ludicra. NON. p. 177 sublestum est leve, -um. IVL. SEV. rhet. 9 argumentum (*opp.* validum. *v. l. 46*). ZENO tract. 1, 9, 1 crimen. 1, 10, 1 -o ac turpi lucro. 2, 40 quid ... -um (*syn.* crimina). LVCIF. moriend. 1 p. 285, 30 calcata -a auctoritate tua. FILASTR. 113, 1 *dierum* nomina vanissima et -a. AVSON. 335 p. 197, 13 P. misi ... ad te haec -a gerris Siculis vaniora. 349, 2 qui nimium trux -a condemnas. 350 p. 206, 2 hoc ... -um et nullius pretii opusculum (*centonem nuptialem*). 393, 67 congestas, mysteria -a, nugas. QVEROL. p. 13, 4 debacchationes et ioca -a non quaero. COD. Theod. 2, 4, 4 (*a. 385*) quidquid elicitum erit, -um iudicetur. SYMM. epist. 4, 30, 2 -is meis (*i. scriptis; item* VEN. FORT. carm. praef. 6 *cf.* PRVD. c. Symm. *l. 83*). SCHOL. Iuv. 4, 87 de rebus -is et usualibus loquentes. PS. AMBR. serm. Sess. 2, 1 fidem pravi doctores -is ac futilibus verbis infuscant. AMBROSIAST. Rom. 14, 15 ex re -a (14, 16 MAR. MERC. Cyr. incarn. 26 SALV. gub. 7, 35). HIER. tract. in psalm. 90 p. 116, 18 -um est quod vulgo dicitur (adv. Iovin. 2, 29). 119 p. 231, 17 propter rem levem, -am rixam *facere.* in Is. 21, 11 -a persuasione. epist. 143, 2 verba (AVG. epist. 202, 2). adv. Rufin. 1, 23 valde -us est *locus.* in Ezech. 12, 40 p. 475 V. haec non -a videantur lectori. EPIPHAN. Hier. epist. 51, 5, 2 expositionem. RVFIN. Orig. in psalm. 38 hom. 2, 9 tam ... vana, tam -a quam est araneae textrina fuerunt omnia quae gerebant. PRVD. psych. 231 vacuae credentur -a famae. c. Symm. 1, 645 mea -a novi (*v.* SYMM. *l. 71*). perist. 3, 80 -a utraque et utraque nihil. MAR. MERC. Cyr. apol.

[Vollmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 250 -as ineptasque fabulas. ZACCH. 2, 12 p. 1129^{C} *in Christo* -am speciem pro homine demonstratam. SALV. gub. 1, 25 tam stulta sunt et tam -a. 6, 12 -a atque irridenda (8, 2). 8, 2 -as laudes. eccl. 2, 36 tam falsum est hoc quam -um. 4, 37 haec tu...-a esse iudicas et quasi somnia ac deliramenta contemnis. CLAVD. MAM. anim. p. 175, 11 hisce -is. NOVELL. Maior. 6, 10 *(a. 458)* huius callidi -ique commenti ... nullum esse iubemus effectum. LVX. anth. 288, 4 paginam nugis refertam -isque (tribulisque *cod.*) sensibus. BOETH. herm. sec. 3, 9 p. 230, 6 -am rationem. in Porph. dial. 1 p. 19^{D} nimis...-a atque absurda quaestio. ENNOD. dict. 22 p. 495, 18 -a et inanis constitutio. ANNIAN. Chrysost. hom. 4, 10 quasi pueriles ...-osque conatus. DIG. de conc dig. pr. 2 *(a. 533)* tam -o quam ridiculo cognomine. GENNAD. vir. ill. 36 scripsit ...-a. MART. BRAC. corr. 12 per res -as et vanas. GREG. M. in Ezech. 1, 12, 31 -ae remissionis. VEN. FORT. Mart. praef. I 3 -as occupationes. SYMPH. anth. 286, 10 -a multa locuta est *cohors* (*syn.* sermonis inepti, nugas). GRAMM. suppl. 258, 6 *hoc* -um est.

acc. abl.: PLIN. nat. 7, 186 -um dictu.

de ipso homine eiusque animo (*cf. iam supra* iactatio *p. 1342, 20*; insolentia *p. 1342, 21; neutr.* est -um QVINT. *p. 1342, 39*): SVET. Claud. 15, 1 modo circumspectus et sagax, interdum inconsultus ac praeceps, nonnumquam -us amentique similis. GELL. 15, 30, 1 qui... ad litterarum disciplinas serius adeunt, si forte idem sunt garruli natura et subarguti, oppido quam fiunt in litterarum ostentatione inepti et -i.

adv. **frīvolē**: *i. q. inaniter, leviter*: HIER. in Mich. 7, 8 p. 523 Vall. aliqui -e mentiuntur. EPIST. pontif. Thiel Symm. 2 *(a. 499)* cum ... effectum non possint impetrata -e possidere. GREG. M. moral. 6, 28 saepe et hoc *dei* dispositioni apte militat, quod ei per humanum studium -e resultat.

synonyma ad II: futilis, inanis, illiberalis, turpis, ineptus, supervacuus, levis, falsus, scaenicus (QVINT. *p. 1342, 39*), absurdus, frigidus (TERT. *p. 1342, 54*), sublestus, vanissimus; nullius pretii, usualis (SCHOL. Iuv. *p. 1342, 73*); nihil (PRVD. *p. 1342, 84*), stultus; irridendus, ridiculus; puerilis (ANNIAN. *supra l. 11*); nugae. amens, ineptus. *oppositа ad I*: pretiosus. *ad II*: gravis, serius (FRONTO *p. 1342, 41*), probus, gravior, maior, validus (IVL. SEV. *p. 1342, 63*). circumspectus ac sagax.

frīvusculum, -ī *n. a* *frivus, -oris (*cf.* friare, frivolus) *deminutive. t. t. apud* ICTOS *i. q. leve inter coniuges discidium, iurgium* (*cf.* ISID. orig. 9, 7, 26 *p. 1341, 59*): VLP. dig. 24, 1, 32, 12 si divortium non intercesserit, sed -um, profecto valebit donatio, si -um (frib- *trad. bis*) quievit. *pro* -um *in eadem sententia legitur* iurgium PAPIN. dig. 23, 3, 31. 23, 4, 27.

frixago *v.* trixago.

frīxo, -āre [*a* frigĕre. *Th.*]. GLOSS. II 255, 14 *τηγανίζω* frigo CAEL. AVR. acut. 1, 11, 77 vapore...nimio tamquam -antes densamus *partes capitis.*

as(s)ator **frīxor** GLOSS. II 568, 34. [*a* frigĕre. *Th.*]. *subst. masc.: qui frixat.*

frīxōrius, -a, -um *a* frixor. GLOSS. III 255, 15 *τηγάνη* patella -a. *inde subst. fem.*: VEN. FORT. carm. 6, 8, 14 *coquus* cui sua sordentem pinxerunt arma colorem frixŭriae cocumae scafa patella tripes. ORIBAS. syn. 7, 7 stafidagria in -a siccas et teris. [*renet.* fersora. *M.-L.*] *neutr. subst.* **frīxōrium,** -ī: MACR. exc. gramm. V 606, 36 'frigo frixi' a tertia, unde 'frixum', '-um' id est calefactorium. GRAMM. suppl. 178, 19 a 'frixu' non dicimus 'frixuria' sed 'frixoria'. ITALA psalm. 101, 4 et ossa mea sicut -um confrixa sunt (-o psalt. Mediol., in -o psalt. Veron. Rom. *al.* Verec. in cant. 4, 14; -um psalt. Carnut. *al., etiam* Rufin. Orig. in lev. 2, 4 Arnob. in psalm. 101 p. 470^{C}; *ὡσεὶ φρύγιον συνεφρύγησαν*, VVLG. sicut cremium aruerunt; *cf.* GLOSS. II 473, 31 frictorium *φρυγιών*) *ubi* ARNOB. *l. l. addit* id est fasciculum sarmenti aridum. AVG. in psalm. 101 serm. 1, 4 omnes qui scandala patiuntur, -um ipsorum sunt. PLIN. VAL. med. 2, 7 mittes in -o sapae sextarium.

frīxūra, -ae *f.* [*a* frigĕre, *cf.* frixor, frixorium. *Th.*]. *proprie*: ANTHIM. 14 frixum...laridum...non praesumendum, quia satis nocet ..., illa -a (frictura *GAP*) penitus non expedit. [*val.* friptură, *it.* frittura, *francog.* friture, *hisp.* fritura. *M.-L.*] *translate*: HIER. in Am. 3 ad 7, 7 p. 328 Vall. in *sartagine* (in Ezech. 4, 3) populi obsidione vallati -a significatur. *inde* GREG. M. in Ezech. 1, 12, 29 quid per sartaginem ferream, nisi spiritalis zeli fortis -a signatur (moral. 28, 10. past. 2, 10 p. 47^{B} -a mentis). 1, 12, 30 per zelum custodiae cordis -am patitur. *ibid.* -a cordis ... spiritali zelo agitur. *Vollmer.*

frīxus *v.* frigo.

frondārius, -a, -um. *ab* 1. frons. *i. q. ad frondem pertinens*: PLIN. nat. 18, 314 frondis praeparandae tempus hoc est. unus frondator quattuor -as fiscinas complere in die iustum habet.

frondātio, -nis *f.* [*cf. c.* frondator. *Th.*]. *i. q. frondis redundantis resectio*: COLVM. 5, 6. 16 atque in -e cavendum, ne ... prolixiores pollices fiant.

frondātor, -is *m.* [*ab* 1. frons, *cf.* frondatur. *Th.*]. *de notione*: PHILARG. Verg. ecl. 1, 56 (*inde codd. Serv. ad l. et* SCHOL. Bern., *quae ante* '-r' *habent* vel nomen avis, *cf. p. 1344, 5*) '-r' id est rusticus [vel (vel animal *schol. Bern.*) quod de floribus nascitur]: nam tria genera sunt -um: -r (*1*) qui arbores amputat, et (*2*) ⟨qui *add. schol. Bern.*⟩ frondibus manipulos facit, hiemis tempore animalibus ad pastum offerendos, et (*3*) qui manibus vitium folia avellit, quo ardor solis uvam maturiorem reddat (rec. II -r id est pastor, qui de frondibus domum sibi facit, vel avis, quae in frondibus murmurat). GLOSS. *κλαδευτής*: -r, putator. -r: colligens vel precidens frondes. *φυλλοκόπος. i. q. frondium vel ramorum amputator*: **1** (*supra 1*): CATVLL. 64, 41 non falx attenuat -um arboris umbram. VERG. ecl. 1, 56 canet -r ad auras. OV. met. 14, 649 falce data -r erat vitisque putator *Vertumnus.* **2** (*supra 2*): PLIN. nat. 18, 314 *v. sub* frondarius.

frondātur (fund- IV 79, 62) purgatur, pomatur, fusicatur (purig-? *Goetz*) GLOSS. [*ab* 1. frons, *cf.* frondator. *Th.*]

frondeo, -uī (-itum *l. 18*, -iturus *l. 19*), -ēre [*cf. c.* frondescere, 1. frons. *Th.*]. GRAMM. suppl. 14, 18 frons, -dis (*ex quo nascitur verbum*) -eo -es. PRISC. gramm. II 483, 6 alia vero omnia in '-deo' desinentia per '-ui' divisas proferunt praeteritum, ut...'-eo -ui'... quorum supina mutatione '-eo' in '-i-' et assumptione '-tum' debent fieri, ut...'-itum'.... LVXOR. anth. praef. p. XXVIII (= CARM. poet. min. IV 441, 547, 11) nec -itura pinus, nec floritura ficus. GLOSS. comat: -et (IV 495, 12 comat: ornat -iat). *legitur apud* CATONEM ACC. VARRONEM LVCR. VERG. HOR. OV. COLVM. PLIN. nat. *et poetas posterioris aetatis. deest* PLAVTO TER. CIC. CATVLLO TIB. PROP. LIV. TAC. SEN. *aliis.*

1 *i. q. frondem habere, virere*: **a** *de arboribus, herbis sim.* (*accedunt adverbia l. 39. 42. 46. 48*): CATO agr. 33 ubi vinea -ere coeperit, pampinato (COLVM. 5, 10, 10 [= arb. 21, 2] cum -ere coeperint arbores. VARRO rust. 1, 30 quae superiore tempore fieri oportuerit [*sc. in seminariis*] et non sunt absoluta, antequam gemmas agant ac florescere incipiant, fieri, quod, si, quae folia ⟨a⟩mittere [*Victor.*, mittere *codd.*] solent, ante -ere inceperunt, statim ad serendum idonea non sunt [PLIN. nat. 17, 254 -ere incipiunt ficus. *cf.* 17, 256]). LVCR. 5, 214 cum iam per terras -ent atque omnia florent. 6, 972 (*de oleastro*) qua nil est homini quod ⟨a⟩marius -eat esca (*Lachm.*, fronde ac exstet *vel* exscet *codd.*). VERG. ecl. 3, 57 nunc -ent silvae (*cf.* OV. am. 2, 6, 49 colle sub Elysio nigra nemus ilice -et. AVSON. 157, 42 lucum nostro viridis qui -et in agro). georg. 2, 15 nemorum ... Iovi quae maxima -et aesculus. COLVM. 3, 2, 23 frequentibus materiis -ent *preciae* (*cf. p. 1345, 13*). 4, 10, 2 omnibus mensibus dum -ent semina *taleae.* 5, 9, 10 laetius ...-et *truncus.* 5, 10, 12 melius atque celerius -bit *nux.* SER. SAMM. 333 si -et passa (*A, i. passis ramis*, parva *B*) *sabucus.* PALLAD. 3, 24, 14 -ere prope semper possunt *colocasii bulbi.* 4, 9, 17 *serpillum* laetius -bit, si iuxta piscinam vel lacum ... conseratur. VVLG. Sirach 39, 19 (*trop.*) date odorem et -ete in gratiam (*om. graec.*). CLAVD. 1, 219 crinalis harundo...vivida -et aequaevum complexa caput *Tiberini.* AVG. doctr. christ. 2, 16, 24 *olei* arborem...-ere perenniter. *per incuriam pro* florere *positum*: PORPH. Hor. epod. 16, 44 'et imputata [fronde] floret usque vinea' bene 'usque', quasi 'semper'. aut numquid pro 'valde' positum, quasi 'valde -et' ac per hoc 'fertilis est'? **b** *de locis arbustis consitis ideoque viridantibus*: ACC. trag. 243 ubi sanctus Cithaeron -et viridantibus fetis. HOR. epist. 1, 16, 11 dicas adductum propius -ere Tarentum. LVCAN. 10, 305 Meroe ...quamvis arbore multa -eat, aestatem nulla sibi mitigat umbra. CLAVD. rapt. Pros. 1, 161 *Aetnae* pars cetera -et arboribus. MART. CAP. 2, 119 vertex Aonidum virens corollis cui (*sc. Philologiae*) -et. *de flumine speculi instar vinearum imaginem reiciente*: AVSON. Mos. 190 -ere videntur fluminei latices.

2 *i. q. frondem emittere* (*cf.* frondescere): **a** *de arboribus, herbis sim., item de rebus ligneis subito frondem agentibus*: COLVM. 11, 2, 19 populos et salices et fraxinos, priusquam -eant, plantasque ulmorum nunc ponere utile est. PLIN. nat. 17, 205 mergus absciditur repetiturque altius in terram, ne ex reciso -eat. PALLAD. 3, 24, 1 cotidie, donec -ea⟨n⟩t *particulae rubi virgae,* fossione et rigatione nutriri. VVLG. Ezech. 17, 24 -ere feci lignum aridum. Hebr. 9, 4 virga Aaron, quae -erat (*ἡ βλαστήσασα*). CLAVD. rapt. Pros. 3, 73 steriles mediis -ere penatibus ornos *videt in somnis.* SERV. Aen. 3, 46 Romulus captato augurio hastam de Aventino monte in Palatinum iecit: quae fixa -uit et arborem fecit. HIL. in Matth. 26, 2 cuius *ficus* cum ramus tener fuerit atque -erit, tum prope esse aestas intelligitur. GREG. TVR. Franc. 9, 17 cum iam vel arbores vel vineae -issent, nix decidua cuncta operuit. **b** *de hominibus in arborum formas mutatis*: OV. met. 8, 714 -ere Philemona Baucis, Baucida conspexit senior -ere Philemon. **c** *de locis arboribus consitis*: AMBR. hex. 3, 11, 47 vertices repente montium -erunt.

part. praes. pro adi. **frondēns,** -entis (*nonnullis in exemplis vis verbalis praevalet, quae tamen huc referre malui*). GLOSS. *ἀνθῶν. φυλλώδης.* -entibus *χλοεροῖς, φυλλώδεσιν. abl.* -i *metro probatur*: TRAG. inc. 221 (*v. infra p. 1345, 25*) VERG. Aen. 7, 135 PRIAP. 68, 26 COLVM. 10, 73 CALP. ecl. 2, 29 STAT. Theb. 4, 217. 8, 79. -e: VERG. Aen. 7, 67 OV. met. 8, 756 CYPR. GALL. gen. 67. *traditur* -i *etiam*: VERG. Aen. 5, 129 (*cf.* SERV. auct. *ad l.* -i pro -e, dativum pro ablativo). OPT. PORF. carm. 27, 1. -e: HIER. epist. 9, 3. *gen. plur. in* -ium *traditur* VVLG. Ier. 17, 2, *in* -um *nusquam.*

i. q. frondem habens, viridis; accedit nonnullis locis prope ad significationem q. e. fronde abundans (velut p. 1345, 6. 10. 19.

[Robbert]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

infra l. 20. 31. 37. cf. frondeus, frondosus). **1** *de arboribus, herbis sim.*: VERG. georg. 2, 119 bacas semper -is acanthi (SERV. *ad l.* arbor in Aegypto, semper -s, ut oliva, laurus. *item* BREV. EXPOS. *ad l.* ISID. orig. 17, 9, 20). georg. 3, 300 -ia capris arbuta sufficere. Aen. 3, 25 ramis tegerem ut -bus aras (7, 67 examen *apium* subitum ramo -e *lauri* pependit. *cf.* 7, 135 -i tempora ramo implicat. PRIAP. 68, 26 CYPR. GALL. gen. 67 IVL. VAL. 2, 25 HIER. epist. 9, 3. *cf.* AVIEN. Arat. 1180 -ia late bracchia lucorum). Aen. 5, 129 viridem Aeneas -i ex ilice metam constituit. OV. met. 8, 295 semper -is (florentis *NS*) olivae (STAT. Theb. 3, 217 -i crinitur cassis oliva. DRAC. Romul. 8, 254 ramos -is olivae. *cf.* 8, 756 iam tanget *quercus* -e cacumine terram. OPT. PORF. carm. 27, 1 praecelsae quercus -i in vertice). COLVM. 3, 1, 5 *vitem* multa ... materia -em (*cf. p. 1344, 37*). 3, 8, 4 compluribus locis urbis iam casiam -em conspicimus. 9, 9, 7 -is arbusculae. 10, 111 teneris -s lactucula (*R*, -ens [-es *A*] et lactula *SA*) fibris. CALP. ecl. 2, 29 -i circumdat tempora taeda. PLIN. nat. 17, 170 in riguis vel -s vitis *seritur*. CYPR. GALL. gen. 1219 viridi -em palmite vitem. exod. 573 -es inter palmas. SOL. 17, 1 gaudent -bus arbustorum *Arimphaei*. VVLG. Ier. 17, 2 lignorum ... -ium (*cf. p. 1347, 24*) in montibus excelsis. CLAVD. 14, 19 -s hedera stringitur aesculus (*cf. p. 1347, 18*). INSCR. christ. Rossi II p. 247, 10 *de foliis, ut videtur, ficulneae*: umbrosis prope stabat ficulnea ramis -es defus& ////s, quas ... Adam *eqs.* (*fortasse* diffusa comas. *cf. vol. V p. 1112, 78*). *additur vocabulo significationis ambiguae, ut intellegatur de arborum fronde agi*: TRAG. inc. 221 (VARRO ling. 7, 24) infulatas hostias non lana, sed velatas -i[s] coma[s] (*cf.* frondicomus). **2** *de rebus, quae ipsae constant arborum ramis vel truncis*: VERG. georg. 4, 24 *apes examinantes* obvia ... hospitiis teneat -bus arbos. Aen. 4, 399 -isque ferunt remos (*i. quibus frondes nondum erant destrictae, item* VAL. FL. 8, 287 intorquent truncis -⟨ent⟩ibus undam). STAT. silv. 5, 3, 36 -ia vatum praemia. CLAVD. 24, 325 rudibus fagis texuntur et ornis -es caveae *i. naves*. **3** *de rebus ramis ornatis*: OV. met. 4, 7 -es ... thyrsos. VAL. FL. 3, 456 -bus intulit aris ... dapes. CLAVD. carm. min. 29, 28 festa -ia myrto limina cinguntur. **4** *de locis arboribus herbisve consitis*: **a** *i. q. virens arboribus, arbustis*: STAT. Theb. 8, 79 -enti iungere Pelion Ossae (*cf. p. 1347, 30*). 9, 639 in mediis -em Maenalon astris. silv. 1, 3, 6 Nemeae -is alumnus (*cf. p. 1347, 34*). SIL. 12, 159 -ia laeto palmite ... Nysaea cacumina Gauri. CLAVD. 5, 37 -is ... Dalmatiae. *incertum, huc an ad* b *pertineat*: CLAVD. 28, 194 -bus umida ripis colla levant *Amnes*. *audacius*: SIL. 12, 354 virgulta tegitur valle et -bus umbris. **b** *i. q. virens gramine*: LVCAN. 6, 83 -em ... campum. VAL. FL. 5, 61 vivo -s e (*Heins.*, frondes et *codd.*) caespite tellus aggeritur. **5** *de metallis i. q. frondis instar nascens*: VERG. Aen. 6, 208 (*de ramo aureo*) talis erat species auri -is opaca ilice. SOL. 24, 6 ultra frutices aureos et metalla -ia.

frondēsco, -ere [*cf. c.* frondere, 1. frons. *Th.*]. GLOSS. -it φυλλάζει. virescit. *de orthographia*: frund- GLOSS. V 203, 12. -isc-: ENNOD. carm. 2, 15, 9 (*B*, -esc- *rell.*). NOT. Tir. 104, 87 (*K*, -esc- *rell.*). **1** *i. q. frondem emittere, virescere*: **a** *de arboribus, herbis sim., item de rebus ligneis subito frondem agentibus*: TRAG. inc. 133 (Cic. Tusc. 1, 69) arbores -ere (CIC. Tusc. 5, 37 itaque et arbores et vites et ea, quae sunt humiliora..., verno tempore tepefacta -unt. ARNOB. nat. 1, 2. EVSTATH. Bas. hex. 6, 8 p. 930[A] *veris* beneficio frutices arboresque -unt [πᾶσι ... φυτοῖς τῆς βλαστήσεως ἀρχηγοῦ]. GREG. TVR. vit. patr. 10, 3 arbores aridas in rediviva viriditate [-ivam -tatem *cod. 4*] -ere). LVCR. 1, 1092 nec ... arboribus summos -ere ramos posse. VERG. Aen. 6, 144 primo *ramo* avolso ... simili -it virga metallo (*cf.* MACR. sat. 6, 6, 8 *ad l.* quam bene usus est '-it metallo'. SERV. *ad l.* honeste locutus est dicens: habet frondes sui metalli). OV. met. 15, 561 subito vidit -ere Romulus hastam (*cf. p. 1351, 44 sq.*). COLVM. 4, 24, 20 paucis -et pampinis palmes. STAT. Theb. 7, 552 excusso -et lancea ferro. MIN. FEL. 34, 11 post senium arbusta -unt (LACT. inst. 3, 17, 20 si nulla providentia est, cur ... arbusta -unt?). ITALA num. 17, 5 (Lugd.) homo quemcumque elegero, virga eius -et (ἐκβλαστήσει, VVLG. germinabit). HIL. in Matth. 26, 2 qui (*sc. ramus ficus*) cum tenerescere coeperit atque -ere, tunc proxima esse aestas ... sentietur. -ere autem quadam peccatorum exsultantium viriditate noscetur. AMBR. epist. 37, 42 semiputata *vinea* -it. CLAVD. 10, 95 nec sicco -unt vimina costo. AVG. c. Iul. op. imperf. 2, 105 (*trop.*) si frutex diaboli ... cum incrementis naturalibus adolescit, -it et ... ingravescit. DRAC. laud. dei 1, 168 semper vestita comis -it oliva. 2, 224 -unt silvae. **b** *de re in arboris formam mutata*: OV. met. 4, 395 in ... hederae faciem pendens -ere vestis *coepit*. **2** *i. q. frondem habere, virere: proprie*: NEMES. ecl. 2, 87 (*trop.*) nos quoque te propter ... cantabimur urbi, si modo ... inter pinus corylum -ere fas est. ENNOD. carm. 2, 15, 9 celsa tenebroso -unt arbuta luxu. *translate i. q. abundare, luxuriare*: HIER. epist. 36, 14, 2 non quae (*sc. oratio*) verborum compositione -at (*cf.* 36, 14, 1 Quintiliani flosculis).

part. praes. pro adi. **frondēscēns,** -entis. *i. q. viridis, fronde abundans*: AVG. c. Adim. 23 (*trop.*) mulier tua sicut vinea -s (*cf.* VVLG. psalm. 127, 3 sicut vinea abundans; ὡς ἄμπελος εὐθηνοῦσα). CASSIAN. conl. 14, 10, 2 (*trop.*) virga Aaron, id est ... Christi salutare vexillum, immortalis memoriae semper viriditate -s.

frondeus, -a, -um. *ab* 1. frons. *de notione*: SERV. Aen. 1, 191 (*cf.* ISID. diff. 1, 223) -a pro frondosa posuit. plerumque enim dum varietati declinationis student poetae, mutant proprietatem; nam -um est totum (factum *add. Isid.*) de frondibus, ut torus, frondosus vero est lucus (locus *pars codd. et Serv. et Isid.*); licet enim abundet frondibus, non tamen est de frondibus totus. *cf.* Aen. 2, 218 georg. 2, 5 SCHOL. Verg. Veron. Aen. 2, 496. **1** *i. q. frondem habens, praevalet interdum significatio q. e. fronde abundans (velut l. 18. 25 sqq.; cf.* frondens, frondosus): **a** *de arboribus et silvis*: VERG. georg. 4, 61 -a semper tecta petunt *apes* (*sc. arbores; cf.* CYPR. ad Donat. 1 viteam porticum -a tecta fecerunt. MAR. VICTOR aleth. 3, 279 -a tecta petunt *volucres*. CYPR. GALL. exod. 334 quidquid madidum suco per -a tecta reppererant *locustae*. MEROB. carm. 3, 4 CORIPP. Ioh. 2, 9. *item recte supplesse videtur Héron de Villefosse*: CARM. epigr. ed. Engström 369, 6 de fonte bovant cui [*sc. Silvano*] frond⟨ea tecta⟩. Aen. 1, 191 nemora inter -a (SERV. *ad l. v. p. 1345, 84*). STAT. Theb. 7, 799 iam -a nutant culmina. AVG. serm. ed. Mai 72, 2 -as porticus viridesque parietes (*sc. paradisi*). SEDVL. carm. pasch. 1, 131 (*de rubo ardente*) -a blanditae lambebant robora flammae. 4, 46 -a ficus (*cf.* op. pasch. 4, 5 ficus ... frondium velamentis umbrosa. *spectat ad Matth. 21, 19*). EVG. TOLET. carm. 33, 10 silva. **b** *de rebus e ramis frondentibus factis*: OV. fast. 3, 528 sunt quibus e ramis -a facta casa est (PAVL. FEST. p. 377, 6 umbrae vocabantur Neptunalibus casae -ae pro tabernaculis). HIL. in psalm. 14, 3 p. 86, 3 tabernaculum .. per Moysen -um (*cf. ibid.* p. 85, 12 tabernacula ... ex frondibus texta). **c** *de locis arboribus consitis*: STAT. Theb. 2, 500 *colles* incurvis claudunt iuga -a silvis (AVSON. 298, 10 iuga -a subsunt *Burdigalae*). 9, 643 Parnasi -a ... colla (*v. p. 1345, 36*). **d** *de re in arboribus nascente*: CLAVD. 1, 180 Seres -a lanigerae carpentes vellera silvae (*v. p. 1351, 40*). **2** *i. q. de fronde, foliis constans*: PLIN. nat. 16, 11 Romulus -ā (*sc. corona*) coronavit Hostum Hostilium ... P. Decium ... -ā donavit exercitus ab eo servatus. ENNOD. carm. 1, 6, 38 -a serta. CASSIOD. in psalm. 130 praef. iumentis suis -a pabula ramorum desecationibus subministrat *agricola*. **3** *ex arbore ortus, ligneus*: MART. 14, 22, 1 lentiscum melius (*dentiscalpio*): sed si tibi -a cuspis defuerit, dentes pinna levare potest. **4** *neutr. plur. subst. (cf. p. 1348, 59) i. q. serta, corona*: SISEBVT. anth. 483, 9 quibus indicas, ut crinem -a Phoebi succingant, hederaeve (*B*, hederave *rell.*) comas angustius umbrent (*agnoscere abl. fem. e more poetarum inferiorum correpta ultima positum, substantivi ad exemplum vocis q. e. laurea formati, non convenit cum carminis ratione metrica ceteroqui satis diligenti*).

frondico, -āre *ab* 1. frons. EVTYCH. gramm. V 462, 8 in co ... desinentia: ... communico, -o. *sensu dubio, fortasse i. q. frondem emittere, frondescere; cf.* fruticare, radicare.

*?***frondicola,** -ae *v. l. 51. si recte traditum est, ab* 1. frons *et* colere.

*?***frondicomāns** *v. l. 52.*

frondicomus, -a, -um. *ab* 1. frons *et* coma; *cf. c. gr.* φυλλόκομος (*cf. Norden ad Aen. 6, 141*). *i. q. frondem habens, fronde abundans: de arboribus*: SYMPH. 196 (*de serra*) -am subolem (*sic codd. praeter* -colas suboles *cod. Salm.*) morsu depascor acuto. CARM. epigr. 1327, 6 (*Cirtae*) -a ('*potest* frondicoma⟨ns⟩' *Bücheler*) ... pinus. *de locis arboribus consitis*: PRVD. cath. 3, 102 per amoena vireta ... -is habitare locis.

frondifer, -a, -um. *ab* 1. frons *et* ferre. fru(n)d- *v. l. 58.* ***i. q. frondem habens, fronde abundans:*** **a** *de arboribus*: LVCR. 1, 18 -as ... domos avium. 1, 256 silvas. 2, 359 nemus (SEN. Oed. 276 nemora). **b** *de locis arboribus consitis*: NAEV. trag. 22 -os locos (frudi- *Nonii L*[1], frondifluos *cod. Pal.*). ITALA Ezech. 17, 5 (Weing.) campum -um ([εἰς τὸ πεδίον φυτόν; *aliter* VVLG.]. HIER. hom. Orig. in Ezech. 11 p. 978 campo -o; *at* p. 983 campum frondosum). SIDON. carm. 9, 48 -ae cacumen Alpis.

frondifluus, -a, -um. *ab* 1. frons *et* fluere. *i. q. efficiens, ut frondes fluant, cadant, de eo anni tempore, quo folia decidunt de arboribus*: BOETH. cons. 1 carm. 5, 14 tu -ae frigore brumae stringis lucem breviore mora. *v. etiam l. 59.*

frondisonus, -a, -um. *ab* 1. frons *et* sonare. *i. q. fronde sonans, strepitum edens*: EVG. TOLET. carm. 34, 1 -as ... ulmos.

frondo, -āre *v.* frondatur.

frondōsitās, -ātis *f. ab* frondosus. *graecam vocem* ἐπιφυλλίς *latine sic transtulit* HIER. in Soph. 3, 1 sqq. p. 721 quod exposuimus iuxta Hebraicum (Soph. 3, 7): 'verumtamen diluculo surgentes corruperunt omnes cogitationes suas', pro quo in Septuaginta scribitur: 'praeparare, consurge diluculo, dissipata est omnis -s eorum'.

frondōsus, -a, -um, *ab* 1. frons. *de formis*: fronduos-: HIER. psalt. sec. Hebr. 118, 27 *codd.* (frondos- *edd.*). AVG. bapt. c. Don. (*Rev. Bénéd. 1912 p. 158, 47; v. p. 1347, 48 sqq.*) *codd. PC* (frondos- *cod. F*). *gen. sing.* -ai: ENN. ann. 191 (*p. 1347, 3*). *comp.* -ior: SIL. 13, 596. *de notione*: PAVL. FEST. p. 67 dumosa -a. *de differentia, quae est inter* frondeus *et* -us: SERV. Aen. 1, 191 (ISID. diff. 1, 223). 2, 218. georg. 2, 5 *v. l. 5.* GLOSS. -a ramosa. NOT. Tir. 104, 86. *legitur inde ab* ENNIO *apud* VARRONEM CATVLL. VERG. OV. LIV. COLVM. TAC. *al., non habent* PLAVT. TER. CATO LVCR. HOR. TIB. PROP. *al.* [*val.* frunzos, *it. hisp.* frondoso. *M.-L.*]

[Robbert]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quitur -entem *imaginem* et prendere certat. *de eis, qui facinore perpetrato poenae vitandae causa discedunt*: PLAVT. Mil. 861 -iam hercle aliquo. Trin. 291 rape, trahe, -e, late (*cf.* Pseud. 139. MART. 5, 25, 2 sta, -e, curre, late). Curc. 60 ubi savium oppegit, -it. Epid. 664 non -o. CIC. div. 1, 57 illum perterritum -isse. Phil. 1, 37 ii qui ante ⟨con⟩sequi populi consensum solebant, -iunt. HOR. sat. 1, 2, 42. LIV. 24, 5, 14 consciorum . . . nemo latuit aut -it (*i. evasit*). 39, 17, 3 ne quis reciperet, celaret . . . -entes. 42, 43, 9 Chalcidem -erunt *damnati*. SEN. contr. exc. 3, 8 dum licet, -iamus. SEN. Phaedr. 736 -it insanae similis procellae. PETRON. 125, 4 rursus -endum erit. ALF. dig. 9, 2, 52, 1 -entem *furem* retinebat. PAPIN. coll. Mos. 4, 9, 1 -it filia *quae stuprum fecerat*. VVLG. exod. 21, 13 locum in quem -ere debeat *homicida* (num. 35, 6 deut. 19, 4. 11 Ios. 20, 9 *al.*). prov. 28, 1 -it impius nemine persequente. 28, 17 si usque ad lacum -erit (*φυγὰς ἔσται*), nemo sustinet. AVG. civ. 16, 43 p. 194, 5^{D} exinde -ens. *al.* *addere possis*: LVCAN. 9, 684 aliger *Perseus* in caelum sic rapta Gorgone -it.

inde part. praes. fugiens, -is *vice subst. i. q. reus, accusatus* (*gr.* *φεύγων*): COD. Iust. 7, 39, 9 pr. (*a. 529*) propter potentiam forte -ium. 3, 1, 13, 2 (*a. 530*) *syn.* reus. 2, 55, 5, 1 (*a. 531*) *opp.* agenti. 2, 58, 2 pr. (*a. 531*) *opp.* actorem. 6, 61, 8, 1 a (*a. 531*) *al.* *de eis, qui sponte vel coacti patria cedunt i. q. in exilium proficisci* (*interdum [l. 25. 38 sq.] i. q. exulare*): CIC. rep. 2, 34 cum Corinthiorum tyrannum Cypselum ferre non potuisset, -isse. NEP. Att. 4, 4 *Ciceroni* ex patria -enti. VERG. Aen. 11, 541 infantem -iens . . . sustulit exilio comitem. HOR. sat. 1, 6, 13 Tarquinius regno pulsus -it (*i. exulat. cf.* OV. fast. 2, 851 cum prole -it. PAVL. FEST. p. 279 e Roma. EVTR. 1, 8, 3). OV. met. 9, 447 sponte -is. trist. 1, 5, 66 a patria -o (-i *edd.*) victus et exul ego. 2, 417 nec qui composuit nuper Sybaritica, -it. 3, 11, 59. 4, 10, 63 cum -rem, quaedam placitura cremavi. Pont. 1, 3, 71 pulsus Aristides patria Lacedaemona -it. 1, 9, 42. 4, 5, 33. SEN. contr. 2, 2, 11 discedam e civitate, -iam, exulabo. 7, 6, 5 quod (*sc. edictum*) ne feremus, -imus. 7, 6, 6 ne has videret nuptias, -it. 7, 6, 7. 12 in exilium -imus (7, 6, 15 IVV. 10, 160). contr. exc. 6, 4 -it *proscriptus*, ne occideretur (*cf.* suas. 6, 17 *Cicero proscriptus* in Tusculanum. PLIN. nat. 37, 81). SEN. Ag. 910 *sq.* benef. 6, 25, 2 amicae suae optant exilium, ut desertam -entemque comitentur. CVRT. 6, 4, 13 multa exilia patere -enti. SIL. 12, 367. QVINT. inst. 6, 1, 19 -endum *erit* de civitate. FLOR. epit. 4, 6, 4 exitus . . . toto terrarum orbe -entium (*i exulantium*). APVL. met. 7, 6 -entis (*i. exulis*) comes. Plat. 1, 4 -entem Dionem . . . patriae suae reddidit. FIRM. err. 6, 7. AMM. 31, 2, 10 *Nomades* sine sedibus fixis . . . semper -entium similes. *de secessione plebis*: OV. fast. 3, 664. *de eis qui e custodia, carcere sim. subterfugiunt* (*cf. de servis p. 1481, 27*): PLAVT. Mil. 126 ait *mulier* sese Athenas -ere cupere ex hac domu. Capt. 117. 209 nos -iamus? quo -iamus? LIV. 29, 22, 10 effringendi carceris -endique haberet occasionem. SEN. contr. 1, 2, 1 ex . . . lupanari. contr. exc. 5, 7 *captivi* -iunt, ut leges relinquant. SEN. epist. 42, 5 -it (*i. evasit*). PLIN. epist. 10, 74, 1. VLP. dig. 4, 3, 7, 7 si compeditum servum meum, ut -ret, solveris. 48, 19, 7 *damnatus in opus publicum* (*syn.* refugit). MACER dig. 49, 16, 13, 5 qui carcere effracto -erit *miles*. MOD. dig. 48, 3, 14, 2 cum custodia (*i. homo captivus*) cum altero custode simul -isset. VVLG. exod. 14, 5 quod -isset populus *e dominatione Aegyptiorum*. act. 16, 27 aestimans -isse (*πεφευγέναι*) vinctos. *cf.* HOR. carm. 3, 27, 41 imago vana, quae porta -iens eburna somnium ducit. *huc addere possis de libellis quasi invito auctore e scrinio in publicum prodeuntibus*: HOR. epist. 1, 20, 5 -e quo descendere gestis! 1, 20, 13 aut -es Vticam aut . . . mitteris Ilerdam. MART. 1, 3, 12 i, -e; sed poteras tutior esse domi. 3, 2, 6 Faustini -is in sinum? *de diabolo, daemonibus per adiurationem ex corpore fugatis*: LACT. inst. 4, 27, 1 *daemones* adiurati per Christum de corporibus . . . -iant (*cf.* SVLP. SEV. Mart. 17, 7). FIRM. math. 3, 4, 27 quorum adventu spiritus -iant. VVLG. Iac. 4, 7 resiste . . . diabolo et -et a vobis. PALLAD. hist. mon. I 30 p. 316^{A} ut daemones . . . -rent ab ingenti eius abstinentia.

iuncturae selectae: *additur unde:* *adv.*: PLAVT. Amph. 451 hinc (Epid. 515 VERG. ecl. 3, 93 Aen. 4, 565 *al.*). CIC. har. resp. 42 illim. SALL. Iug. 61, 4 inde (VAL. MAX. 2, 10, 6 *al.*). CVRT. 7, 2, 6 unde (PLIN. epist. 6, 16, 10 properat illuc, unde alii -unt). *al.* *praep.*: ab *aliquo loco* (*cf. supra l. 27 et p. 1476, 58*): PLAVT. Most. 390 non modo ne intro eat, verum etiam ut -iat longe ab aedibus. 460 -e, obsecro, atque abscede ab aedibus Persa 436 a (*P, omisit A*) foro. SEN. epist. 74, 7 a theatro. STAT. Theb. 4, 441 -it incepto tremibundus ab arvo agricola. 5, 70 protinus a Lemno teneri -istis Amores. MART. 4, 30, 2 Baiano procul a lacu . . . -e, ne nocens recedas. APVL. apol. 66 -ere (*i. procul abesse*) semper a domo ista. VVLG. prov. 4, 15 -e ab ea (*sc. via*) nec transeas per illam. CLAVD. rapt. Pros. 3, 356 ab umbra (*i. silva*). *cf.* VVLG. I Macc. 2, 28 a malis. Matth. 3, 7 a ventura ira. 23, 33 a iudicio gehennae. ab *aliquo* (PRISC. gramm. III 301, 18 -o illum et ab illo. *omnia exempla huc rettuli, quamvis nonnulla magis ad usum translatum attineant*): CIC. Cluent. 189 non ut a viro improbo discessisset, sed ut a crudelissimo hoste -isset (*cf.* OV. epist. 8, 110). SEN. benef. 3, 23, 4 ab illa (*sc. domina*). VLP. dig. 21, 1, 17, 3 *syn.* aufugere, profugere. COMM. instr. 1, 30, 8 -iant longius mediocres a vobis (*cf. l. 62*). HIER. epist. 29, 3, 7. DOCTR. apost. 3, 1 -e (*φεῦγε*) ab homine malo. VVLG. Iob 30, 10 longe -iunt (*μακρὰν ἀποστάντες*) a me. I Macc. 13, 16 ut non dimissus -iat (*ἀποστατήσῃ*) a nobis. *adde*: PLAVT. Aul. 660 -in hinc ab oculis? ITALA psalm. 138, 7 (Filastr. 109, 7) *et* VVLG. quo -iam a spiritu tuo. ITIN. [Silv.] 4, 2 a facie Achab regis. VVLG. gen. 16, 8. Iudith 10, 12 -i (*ἀποδιδράσκω*) a facie eorum. Am. 5, 19 leonis. *saepe.* *nota*: Iob 19, 29 -ite (*εὐλαβήθητε*) a facie gladii (Is. 21, 15. 31, 8). *cf.* psalm. 30, 17 terroris. 59, 6 arcus. Ier. 48, 44 pavoris. Zach. 14, 5 terrae motus. *sim.*: VVLG. psalm. 103, 7 ab increpatione tua -ent: a voce tonitrui tui formidabunt. Is. 24, 18 qui -erit a voce formidinis (*φεύγων τὸν φόβον*).

ante: VVLG. II par. 10, 2 -erat . . . illuc ante Salomonem. PS. MATTH. euang. 31, 3 -o ante eum. PASS. Theclae 30 Cac p. 83, 5 ante eam (Cb p. 83, 11 ab ea). ex (*v. p. 1477, 23. 26. 46*): TER. Hec. 182 e conspectu. CIC. Verr. 3, 157 sibi . . . ex Sicilia decedendum atque adeo -endum esse. Cael. 65 -it aliquis e manibus. Phil. 3, 2 ex urbe. CAES. civ. 1, 30, 5 ex provincia. [3, 29, 1 *v. l. 22.*] SEN. Herc. f. 1009 Megara furenti similis e latebris -it. PETRON. 78, 8 tam plane quam ex incendio -imus. QVINT. inst. 6, 1, 48 ex subselliis ut territus. de: QVINT. inst. 6, 1, 19 de civitate. GRAN. LIC. p. 23 de conclavi. VOPISC. quatt. tyr. 9, 2 de Alexandrina civitate. VVLG. exod. 2, 15 de conspectu. I reg. 20, 1 de Naioth. Iob 27, 22 de manu eius -ens -et (*φυγῇ φεύξεται*). Ier. 51, 6 de medio Babylonis. *al.* *abl. separ.* (*cf. p. 1477, 53*): CIC. Verr. 5, 30 domo. CAES. civ. 3, 29, 1 oppido (⟨ex⟩ *add. Nipperdey*). OV. trist. 3, 8, 4 arce. SIL. 8, 55 tepido -it Anna rogo. 12, 544 cunctae -erunt gurgite Nymphae. SVET. Nero 31, 4 Tyro. ARGVM. Plaut. Merc. 2, 13 patria. FVLG. aet. mund. p. 135, 10 *Noe* promeruit pereunti mundo -ere (*i. evadere*). *additur quo:* *adv.* (*cf. p. 1477, 44*): PLAVT. Aul. 415 quo -is nunc? Cas. 875 neque quo -iam neque ubi lateam . . . scio. 970 Most. 513 CIC. Att. 12, 37, 4 PROP. 2, 30, 1 OV. rem. 580. SEN. epist. 19, 4 quocumque. CVRT. 7, 2, 6 IVV. 15, 173 *al.* PLAVT. Most. 461 huc (Truc. 880 huc ad me). HOR. sat. 2, 3, 5. TIB. 1, 3, 70 huc illuc. longe, longius: PLAVT. Most. 390 VARRO Men. 244 HOR. sat. 1, 4, 34 SEN. dial. 1, 3, 7 QVINT. decl. 388 p. 437, 19 HIER. epist. 5, 3 *al.* ultra: SEN. Phaedr. 1080. procul (*v. infra l. 82*): PLIN. nat. 10, 194. 11, 61 *al.* VVLG. Is. 17, 13. foras: *v. p. 1036, 1 sq.* *accedit accus. direct.* (*cf. p. 1477, 30. 43. 56. nota p. 1476, 79*): PLAVT. Epid. 452 domum (Men. 850 CAECIL. com. frg. 2 PETRON. 62, 12 Gai nostri domum). CIC. Att. 16, 8, 2 Arpinum. PORPH. Hor. carm. 1, 37, 23 Aegypti regiones. AVG. civ. 16, 13 Mesopotamiam (*cf. infra l. 45*).

praep.: in (*v. p. 1477, 32. 34*): PLAVT. Rud. 454 in fanum. Trig. frg. 1 in medium. CIC. epist. 7, 26, 1 -i in Tusculanum *aegrotans* (*cf.* CATVLL. 44, 14 in tuum sinum. SEN. epist. 104, 1 in Nomentanum meum). CATVLL. 63, 89 in nemora. OV. met. 2, 254 Nilus in extremum -it perterritus orbem. SEN. nat. 3, 27, 11 in ea excelsissima. 7, 31, 3 in obscaenam ludi partem. PETRON. 95, 3 ne . . . daretis, -ere nocte in publicum voluistis. ITALA gen. 28, 2 (Aug. civ. 16, 38) -e in Mesopotamiam in domum Bathuel. VVLG. I reg. 22, 1 in speluncam. *saepe.* *nota* in *c. abl.*: ITALA Marc. 13, 14 (Afr. ed. Soden) -iant in montibus (*εἰς τὰ ὄρη*..., VVLG. in montes). ad *locum* (*cf. p. 1476, 71. 1477, 14*): CIC. Mil. 41 ad Tiberim. TIB. 2, 6, 33 ad tumulum. PROP. 2, 30, 2 usque ad Tanain. SEN. dial. 8, 8, 1 ad Atheniensium *rem publicam* . . . Aristoteles, ne damnetur, -it? SIL. 5, 626 ad litora. 7, 689 ad imos . . . thalamos *Pluton. al.* ad *aliquem*: PLAVT. Truc. 880 huc ad me. CAES. Gall. 7, 40, 3 ad hostes. VELL. 2, 77, 2 ad eum. SIL. 2, 565 -e, si terras adimit victoria Poeni, ad manes . . . meos. STAT. Theb. 7, 181 -iam (*Liber*) captivus ad Indos? VVLG. I reg. 23, 6 ad David. Iudith 14, 3 necesse erit, ut -iant (*συνδραμοῦνται*) ad principem suum. *al.* NEP. Dion 9, 2 navem . . . qua -ret ad salutem. *singularia*: TER. Phorm. 768 ita -ias ne praeter casam, quod aiunt (*cf.* DON. EVGR. *ad l. Otto, Sprichw. p. 76*). SEN. Herc. O. 744 ultra labores, mater, Alcidae -e. IVV. 2, 1 *v. l. 75.* extra: *v. l. 74.* SEN. epist. 90, 43 inter picturas (PETRON. 98, 3 inter turbam). ITALA I reg. 22, 20 (Hier. epist. 29, 2, 4) -iit post David (*ἔφυγεν ὀπίσω Δαυίδ*, VVLG. -it ad D.).

additur, ubi sive qua via: VERG. Aen. 11, 563 super amnem infelix -it (*i. evasit*) in iaculo stridente Camilla. OV. met. 7, 351 STAT. Theb. 4, 567. PETRON. 7, 4 per medium lupanar. STAT. Theb. 4, 567 per avia Lethes. 7, 609 per hostes. APVL. met. 8, 24 *fortunam* per tot regiones iam -ens effugere . . . non potui. VVLG. IV reg. 9, 27 per viam. *al.* PLAVT. Aul. 407 date viam, qua -ere liceat. PETRON. 57, 3 nesciat qua -iat. COMM. instr. 2, 2, 14 quacumque -it. PANEG. 5 (8), 15, 6 *al.* LIV. 39, 51, 7 postico . . . -ere conatus. FLOR. epit. 4, 6, 4 *v. p. 1477, 38.* *additur unde et quo* (*v. p 1477, 43 al.*): PLAVT. Men. 1017 agite, abite, -ite hinc in malam crucem (Poen. 789). CIC. Tusc. 5, 109 -it Tarquinios Corintho. OV. Pont. 1, 3, 38 huc . . . ex . . . urbe. VAL. MAX. 9, 7, 4 ab ipsis altaribus -ere extra forum coactum. IVV. 2, 1 ultra Sauromatas -ere hinc. APVL. apol 98 ab iis (*sc. magistris*) . . . in ganeum. EVTR. 5, 8, 2 ab Arimino ad Siciliam. VVLG. II Macc. 5, 8 de civitate in civitatem. *al.* *indicatur quibus auxiliis* (*cf. l. 64*): PLAVT. Asin. 157 remigio veloque . . . festina et -e (*proverbialiter cf. p. 1489, 51. 1490, 83*). VERG. Aen. 3, 268 -imus (fruimur *P*) spumantibus undis. HOR. epod. 3, 14 *Medea* serpente -it alite. LVCAN. 3, 283 equo (VAL. FL. 1, 147. MART. 8, 26, 2 in . . . equo; *cf. p. 1480, 83*). PLIN. nat. 11, 111 camelis. VAL. FL. 2, 300 ille procul trunca -it anxius alno. 8, 426 rate. SIL. 1, 575 -iunt tumido per spumea caerula velo *legati auxilium petituri*. CLAVD. carm. min. 30, 167 curru.

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

β speciatim: Ⓘ *in bellis, pugnis, certaminibus, quibuslibet rixis:* ***absolute*** (*de pugnantibus et incolis metu hostium fines deserentibus*): PLAVT. Trin. 1034 scuta iacĕre (*cf. l. 17*) -ereque hostis more. Amph. 199 cum pugnabant maxume, ego tum -bam maxume (*cf.* LIV. 43, 10, 6 MANIL. 2, 474 SEN. suas. 5, 2 *al.*). TITIN. com. 182 qui -ere pulsi hinc spolia colligunt. VARRO ling. 6, 18 quod ... tumultu repente -erit populus. RHET. Her. 1, 15, 25 cum ... obsideretur neque -ere (ef- *cum cod. d Kayser*) ... posset. 4, 55, 67 multitudo ... -ere coepit. CIC. Verr. 6, 111 neque metu perterritus -it. Caecin. 43 vi pulsos dicimus exercitus esse eos, qui metu ...-erunt. 44 -isse perterritos *advocatos*. 46 *opp.* contenderint. Catil. 3, 8 -entis exciperet (FLOR. epit. 1, 13, 11). de orat. 2, 294 (*tropice*). Deiot. 13 ad -entem, non ad insequentem (*cf.* Rab. perd. 21. or. frg. A XII 1 insequar -entem [*trop.*]. CAES. civ. 1, 45, 2 temere insecuti longius -entes. CVRT. 5, 13, 1. HOMER. 940 [*cf. Hom. Il. 22, 199 φεύγοντα διώκειν*]. MIN. FEL. 33, 3 dum -iunt, insequentes). CIC. Tusc. 2, 54 ut ignavus miles...-iat abiecto scuto. div. 1, 24 imperator nuper -it amisso exercitu (*cf.* BELL. Alex. 56, 1). 1, 68 off. 1, 84 Phil. 7, 17 Att. 7, 11, 4. ad Brut. 1, 18, 2 victores exercitus -entem hostem persequi noluerunt (*cf.* CAES. Gall. 5, 10, 1 BELL. Hisp. 40, 5 NEP. Dat. 6, 7 LIV. 6, 2. 13. 10, 43, 13 *al.* SEN. contr. exc. 3, 6 CVRT. 4, 16, 29 HOMER. 752 SVET. Iul. 35, 1 VVLG. iud. 8, 4 *al.*). *al.* BRVT. Cic. epist. 11, 13, 2 itinera fecit multo maiora -ens quam ego sequens (*cf.* SALL. Iug. 101, 11 ELEG. in Maecen. 1, 47 LIV. 2, 59, 8. 2, 65, 6. 44, 28, 13 *al.* CVRT 3, 8, 24. 4, 16, 3. 7, 8, 23 *al.* AMM. 16, 11, 14. 18, 6, 12 VEG. mil. 2, 17). CAES. Gall. 1, 53, 1 hostes terga verterunt neque prius -ere destiterunt quam *eqs.* (*cf.* 7, 88, 3 LIV. 25, 15, 14. 33, 36, 12 TAC. ann. 15, 16 VVLG. Ios. 8, 5 Ier. 49, 8 I Macc. 11, 15). 5, 9, 8 -entes ... prosequi (civ. 2, 41, 1). 6, 8, 6 *opp.* ad se ire. 7, 67, 5 *syn.* se fugae mandant. civ. 2, 41, 4 *syn.* loco cedere. 3, 69, 4 *opp.* consistere. 3, 79, 4 pulsum -ere Caesarem *saepe*. HIRT. Gall. 8, 27, 5 -entes perterritosque ... aggressi. BELL. Afr. 39, 4 ⟨su⟩is -entibus suppetias ire (*cf.* 66, 2). BELL. Hisp. 9, 3 armis exuti -erunt. SALL. Iug. 38, 5 *opp.* manere. 58, 2 alii -ere, alii arma capere (99, 2). 94, 4 mulieres et pueri, qui visum processerant. VERG. Aen. 1, 467. 11, 806 -it ante omnis exterritus Arruns. 11, 868 sq. *al.* HOR. epod. 9, 9 dux -it ustis navibus. epist. 2, 1, 190 *in ludo circensi*. OV. ars 1, 211 qui -is, ut vincas, ... Parthe (*cf.* SIL. 10, 12 TAC. ann. 6, 35 CLAVD. carm. min. 9, 21. *sim.* PORPH. Hor. carm. 1, 35, 9 *de Scythis*. PANEG. 12 [2], 22, 3 *de Albanis*). met 13, 81 *opp.* standi (*cf.* CVRT. 9, 2, 21 VVLG. Ier. 46, 26 MEROB. pros. 2 B 22). LIV. 2, 46, 5 -entes vos in castra redituros. 4, 59, 6 caedes pariter -entium ac resistentium (*cf.* 31, 23, 7 CVRT. 4, 15. 31. 5, 13, 18 *al.* TAC ann. 1, 61. FLOR. epit. 4, 2, 81 *syn.* gradum retro dedit. APVL. met. 4, 20 PANEG. 12 [2], 41, 2 AMM. 17, 13, 10). 5, 38, 2 eaque res ... una salus -entibus fuit. 6, 7, 6 vos vincetis, illi -ent. 22, 49, 4 mori mallent quam -ere (*cf.* PORPH. Hor. carm. 1, 12, 37). 27, 13, 4 -entibus ... institistis (35, 1, 9 CVRT. 3, 11, 13. 16 HOMER. 401 AMM. 24, 2, 8). 27, 49, 3 -entes revocavit (41, 2, 8 SEN. suas. 2, 4). 35, 29, 6 *syn.* terga dedit (*cf.* 40, 48, 3. 42, 54, 5 *al.*). 38, 15, 2 metu incolae -erunt. 40, 27, 12 pecorum modo -entes ... consectati. SEN. contr. exc. 5, 1 victi -unt. suas. 2, 1 *al.* VAL. MAX. 1, 6, 9 Hannibalis ...-ere coacti (*cf.* CVRT. 3, 11, 17 TREB. trig. tyr. 15, 3). SEN. dial. 9, 4, 2 (*tropice*) non statim aversus inermisque -iat. epist. 32, 3 equitem ...-entium premere vestigia. CVRT. 3, 8, 7 eum qui recedat, -ere credi. 4, 15, 32 haerebat in tergis -entium victor. 4, 16, 3 imminens -entium tergis (HOMER. 809). 4, 16, 30 foede -iendum ... fuit. 6, 1, 11 acies ... pedem ... referre coepit et (ut *codd.*) urgente hoste apertius -ere (-eret *codd.*). 9, 5, 19 plures -entes quam congredi ausos ceciderunt. LVCAN. 2, 708 exigua est -ens (*i. evadens, non captus*) victoria Magnus. 4, 152 *opp.* ruens in proelia. 4, 166 excipiant recto -entes pectore ferrum. 6, 298 hostibus occurrit -ens. PETRON. 123, 221 quantum quisque timet, tantum -it. LAVS Pis 182 obliquis -entem cursibus urges (AMM. 16, 12, 55). *al.* SIL. 5, 33 pugnam -entum more petebant. 15, 630 Poenum -entem sistere. *saepe.* STAT. Theb. 6, 795 adversus -it (*in pugilatu*). QVINT. decl. 335 p. 320, 25 *syn.* recessimus. TAC. ann. 2, 14 *syn* abire. Agr. 33 -entibus *periculosissima* (*opp quae decora* in frontem). hist. 2, 26 *opp.* occursantes. 5, 21 -entes retentat. SVET. Iul. 62 obsistens -entibus. CORP. IV 2351 Polucarpus -it *in ludo gladiatorio*. FLOR. epit. 2, 6, 46 *syn.* cessit. APVL. met. 9, 36 nec -entibus saltem compercunt *canes*. VLP. dig. 43, 16, 1, 29 qui metu turbae perterritus -erit, ⟨vi⟩ videri deiectum. TERT. fug. 10 (*proverbialiter*) qui -bat, rursus proeliabitur. ITALA Ios. 10, 33 (Lugd.) ut non remaneret ex illis salvus vel -iens (*σεσωσμένον καὶ διαπεφευγότα*). PANEG. 10 (4), 25, 2 excusati -unt, qui tibi cedunt. LAMPR. Alex. 57, 2 ne vinceretur, -isse. IVST. 1, 6, 15 quos -bant, -ere compellunt (VVLG. II Macc. 8, 24). AMM. 18, 6, 10 *mater* dum imminentium hostium terrore percita -ret. 19, 8, 4 cum omnis defendendi vel -endi spes esset abscisa. SCHOL. Hor. carm. 1, 15, 18 quem (*sc. Aiacem*) -entum nullus evaderet. VVLG. I reg. 31, 7 reliquerunt civitates suas et -erunt. II reg. 4, 4 ut -ret (*ἀναχωρεῖν*). Iob 1, 17 ego -i (*ἐσώθην*) solus (*cf.* Is. 10, 20). II Macc. 11, 12 turpiter -ens evasit. *al.* ***metonymice de rebus***: CIC. Verr. 6, 88 evolarat iam e conspectu fere -ens quadriremis. LENT. Cic. epist. 12, 15, 5 classem -entem persecuti sumus (LIV. 28, 36, 13 retro ad Oceanum. 35, 26, 9). CAES. civ. 2, 22, 4 navigium ... -ere perseveravit. VERG. Aen. 11, 654 *Camilla* siquando ... recessit, spicula converso -entia (fulg- *R*) dirigit arcu (*quasi per enallagen. cf.* SERV. *ad l.* pro ipsa -ens). LIV. 28, 30, 9 -entem navem ... sequentem. MANIL. 3, 634 Germania (*i. Germani*) ... -it. SIL. 2, 250 terga increpitans -entia. SCHOL. Hor. epod. 9, 20 latent *puppes* ad -endum. VVLG. iud. 4, 16 currus. FLOR. epit. 1, 13, 11 virgines ... -entia sacra (*i. ex templo hostium metu remota*) comitantur. ***iunctura: additur unde:*** ***adv.***: CIC. Caecin. 80 unde. 84 Att. 8, 16, 2. LIV. 22, 49, 12 undique. 25, 6, 13 unde. CVRT. 4, 14, 7 PLIN. nat. 7, 106 *al.* ***praepp.***: ab *loco*: CIC. Verr. 5, 72 ab Aenea -ente a Troia. epist. 11, 12, 2 non ille mihi -isse a Mutina videtur, sed locum belli gerendi mutasse (VAL. MAX. 4, 7, 6). LIV. 5, 19, 4 a Veiis. LVCAN. 9, 271 ab Emathiis primos -isse Philippis. SIL. 12, 602 a portis -it Capuae *Poenus*. FLOR. epit. 2, 8, 10 ab insula. *al.* *cf.* LVCAN. 8, 203 ab ... procella. (*i. clade*). ab *aliquo*: SIL. 12, 290 vidi ... Italo -ere a ductore paventis. VVLG. I Macc. 4, 5 a nobis. 9, 10 ab eis. *cf.* ITALA Ios. 7, 4 (Lugd.) -erunt a facie virorum. VVLG. deut. 28, 7 per septem *vias* a facie tua (*opp.* venient). I reg. 17, 24 *al. sim.*: I reg 31, 1 -erunt viri Israël ante faciem Philisthiim. 4, 17 coram Philisthiim (IV reg. 3, 24 coram eis). de: SEN. contr. 2, 6, 4 de proelio (VVLG. II reg. 19, 3). VVLG. I reg. 4, 16 de acie. II reg. 1, 3 de castris Israel -i (*i. evasi*, LXX *διασέσωσμαι*). *al.* ex: CIC. S. Rosc. 151 si qui ex acie -erint (LIV. 10, 38, 10. 22, 59, 10 *al.* SVET. Otho 10, 1). Caecin. 49 ex eo loco. Tusc. 1, 86 non ex Italia -isset (*cf.* ad Brut. 1, 2, 1). div. 2, 79 e proelio (epist. 10, 14, 1 *i. evadere*. BELL. Afr. 87, 1. 91, 1 BELL. Hisp. 32, 4 PAVL. FEST. p. 119 VAL. MAX. 5, 8, 5 TERT. nat. 2, 9 p. 112, 22). CAES. Gall. 7, 38, 3 ex ipsa caede (7, 38, 5 ex media caede). civ. 1, 59, 3 ex medio itinere. 3, 70, 1 ex castris (BELL. Alex. 31, 6). BELL. Afr. 95, 2 ex primo agmine. LIV. 6, 6, 4 -entium ex agro Pomptino agmen. 22, 19, 9 -entium magis e terra quam in pugnam euntium *classiariorum* modo. SEN. contr. exc. 3, 6 tyrannum ex arce -entem. CVRT. 9, 2, 15 ex Asia. 9, 4, 21 paterentur se ex India redire, non -ere. *al.* ***abl. separat.***: CAES. Gall. 7, 58, 6 Metiosedo. civ. 1, 15, 5 Camerino. SIL 17, 538 dat terga et campo -ens volat ales imago *Scipionis*. 17, 644 Hannibalis campis -entis. IORD. Rom. 325 una nave Carthagine. ***additur quo:*** ***adv.***: VERG. Aen. 10, 360 quo. 10, 648 LIV. 10, 28, 12. 23, 40, 5 *al.* CVRT. 4, 5, 8 quocumque ille -ere potuisset, ipsum sequi posse. LVCAN. 5, 759 SIL. 8, 666. 17, 542 *al.* ***accus. derectionis***: LIV. 5, 38, 5 Veios ... Romam. TAC. hist. 2, 23 Cremonam. VIR. ill. 38, 2 Carthaginem. ORIGO Const. 3, 6 4, 9 Ravennam. ANON. Vales. 11, 50. 53. 54. ***praepp.***: in: CIC. Catil. 11 -erat in arcem (fuerat in arce *codd. mell.* LIV. 36, 24, 6). Att. 12, 37, 4 in Hispaniam. CAES. Gall. 2, 24, 4 in omnes partes (LIV. 42, 7, 8). 7, 66, 3 -ere in provinciam Romanos Galliaque excedere. BELL. Afr. 40, 2 rectā in castra -ere (40, 4. 85, 4 LIV. 39, 31, 11 HOMER. 758 IVST. 22, 8, 8). PROP. 3, 11, 51 in ... flumina Nili. LIV. 5, 38, 5 in hostium urbem. 10, 2, 13 -entesque in altum *nautas*. 26, 6, 11 in ... montes (CVRT. 6, 11, 20). ASCON. Corn. p. 49, 5 in scalas. FLOR. epit. 2, 12, 9 in maria. VIR ill. 84, 4 in Asiam. VVLG. iud. 20, 47 -ere (*ἔφυγον i. evasere*) in solitudinem. *al.* ***nota***: LVCAN. 1, 504 in bellum -itur. ad *locum*: ELEG. in Maecen. 1, 48 ad Nili ... caput. LIV. 7, 8, 4 ad castra (IVST. 31, 8, 6). 25, 15, 14 ad urbem. 41, 7, 9 ad mare. *al.* AMM. 16, 7, 10 ad regna Colchorum. VVLG. iud. 7, 23 usque ad Bethsetta. Is. 13, 14 singuli ad terram suam -ent (*διώξεται*). *al.* ad *aliquem*: LIV. 5, 38, 5 ad coniuges ac liberos. 21, 46, 6 ad secundam aciem. 22, 33, 3 ad eum. SIL. 5, 448 ad agmina. COMM. apol. 981 ad reges. VVLG. Is. 30, 16 ad equos -emus (*ἐφ' ἵππων φευξόμεθα*). AVG. civ. 3, 13 p. 112, 10 D. -entes intra domus suas. ***additur ubi sive qua viā:*** ***praepp.***: VERG. Aen. 10, 56 per ignes. LIV. 10, 30, 3 per Paelignum agrum. 25, 24, 5 per murum. *al.* VAL. MAX. 4, 6 ext 2 per efferatas gentes. CVRT. 4, 1, 1 per loca. LVCAN. 8, 258 Cilicum per litora ... puppe -it (*cf.* SIL. 16, 181). HOMER. 769 per (*Vollmer*, in *codd.*) castra. FLOR. epit. 4, 2, 20 per ... mare ... navi. 4, 2, 51 per Thessalica Tempe equo. VVLG. deut. 28, 7 (*v. l. 17*). 28, 25 per septem *vias* -ias. Ios. 7, 5 ceciderunt per prona -entes. HOMER 937 -it sua moenia circum *Hector* (STAT. silv. 2, 6, 32). ***abl.***: CIC. div. 1, 123 qui alia via -erant. VERG. Aen. 2, 528 per tela, per hostis porticibus longis -it (*cf.* VAL. FL. 1, 729 *p. 1485, 70*). BELL. Afr. 85, 3 copiis prostratis passimque toto campo -entibus. LIV. 5, 38, 5 recto itinere. 26, 46, 8 duobus itineribus. LVCAN. 2, 468 qua silvae, qua saxa (*sc. sunt*), -it. 9, 880 Caesarque sequatur, qua -imus. SIL. 4, 407 qua (quo *l. v.*) -itis? VEG. mil. 3, 21. ***adv.***: LIV. 22, 48, 5 passim (26, 39, 18 *al.* TAC. hist. 2, 44 SVLP. SEV. chron. 1, 25, 7). CAES. Gall. 4, 14, 5 multitudo puerorum mulierumque ... passim -ere coepit. ***additur unde et quo:*** EVTR. 7, 7 ex qua *pugna* -it in Aegyptum. ***indicatur comitatus fugae:*** CIC. Verr. 6, 104 secum -ere ... iussit. 6, 122 div. 1, 123 Phil. 14, 27 epist. 11, 12, 1 *al.* BELL. Afr. 63, 2 cum universa classe conversis navibus Hadrumetum versus. LIV. 23, 41, 4. 25, 6, 13. 45, 1, 9 regem cum paucis -isse (*i. evasisse*). *al.* ***additur, quibus auxiliis*** (*cf. l. 35. 61. 63. p 1478, 78 sqq*): VERG. Aen. 10, 398 biiugis -entem Rhoetea praeter. FLOR. epit. 4, 2, 68 Scipio nave -bat. VOPISC. Aurelian. 28, 3 Zenobia cum -ret camelis VVLG. iud. 4, 15 ut Sisara de curru desiliens pedibus -ret. III reg. 20, 20 -it ... rex Syriae in equo. I Macc. 15, 37 -it navi in Orthosiada.

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Ⓘ *discessus fit cum aliqua officii violatione: de personis amatis amantem deserentibus*: CATVLL. 8, 10 nec quae -it, sectare (*cf. l. 13 sqq.*). 64, 58 iuvenis (*sc. Theseus*) -ens (64, 183). NEMES. ecl. 4, 30 tu tamen una -is, miserum tu prodis amantem. AVSON. 427 -ente *marito* peris, *Dido*. *additur unde*: CATVLL. 37, 11 puella ... quae meo sinu -it. TIB. 1, 8, 62 spernit amantem et -it ex ipso saeva puella toro. OV. epist. 13, 4 a me. *quo*: OV epist. 7, 41 quo -is, *Aenea*? (*cf.* 10, 35 met. 8, 108. 110). *nota*: APVL. met. 4, 27 me pedibus -entem alienis (*i. ab aliis abreptam*). IVV. 9, 74 -entem (*i. de matrimonio discessuram*) saepe puellam amplexu rapui. *sensu etiam translato i. q cupienti se denegare, amori deesse (cf. p. 1476, 69 et p. 1487, 4 sqq.)*: CATVLL 69, 10 admirari desine, cur -iunt *puellae*. SEN. Phaedr. 241 per ipsa maria si -et, sequar. *huc spectat*: HOR. sat. 1, 2, 108 amor ... transvolat in medio posita et -entia captat. OV. am. 2, 19, 36 quod sequitur -o; quod -it ipse sequor (*cf.* MART 5, 83, 1 insequeris, -o; -is, insequor). *de amicis* (*cf. p. 1485, 1 sqq.*): HOR. sat. 1, 9, 73 -it improbus. SEN. epist. 9, 9 inde amici -unt, ubi probantur. VVLG. Matth 14, 50 *de discipulis*. *de cognatis*: SEN. contr 1, 7, 15 *filium* -isse, ne aleret *patrem*. VAL. FL. 8, 159 ipsa (*sc. Medea*) -it. *de debitore*: VLP. dig. 42, 8, 10, 16. *de militibus exercitum, ducem deserentibus*: LENT. Cic. epist. 12, 15, 7 milites ... ex Syria -entes. VAL. MAX. 2, 7, 11 qui ... ad hostes -erant (transfugerant *Par.*). LVCAN. 5, 321 hic -e, si belli finis placet, ense relicto. 9, 220 -entem classe secutus. TAC. hist. 4, 18 ut proditis in ipsa acie Romanis ... -ret ala. MACER dig. 49, 16, 13, 5 *v. p. 1477, 49*. OPTAT. 1, 14 p. 16, 9 non -erit, sed dimissus sit *miles*. DAMAS. epigr. 8, 5 conversi -unt *milites*. *cf.* VVLG. Ier. 37, 13 non -o ad Chaldaeos. *praecipue de servis* (*additur abl. separ. l. 30.* ab *l. 35. 40. 44.* **ex** *l. 34.* de *l. 49. accus. derect. l. 36. nota dat. incommodi l. 36*): PLAVT. Cas. 951 improbos famulos imiter ac domo -iam. Capt. 972. Men. 83. 92 numquam edepol -et, tametsi capital fecerit. VARRO Men. 514 quod si non mittet, -es. HOR. sat. 1, 1, 78 ne te compilent -entes *servi*. 1, 5, 68. epist. 1, 16, 46 nec furtum feci nec -i (*cf.* VLP. dig 11, 3, 1, 4 -urus vel furtum facturus). LIV. 41, 23, 2 servitiis ex Achaia -entibus. 41, 24, 16 ne servis nostris aliquo -ere liceat. MON. Ancyr. 5, 1 a dominis suis. SEN. contr. 10, 5, 4 Athenas. SEN. dial. 9, 8, 7 Diogeni (Diogenen *A*) servus unicus -it (*cf. ibid.* -it mihi servus, immo liber abiit. CAPITOL. Opil. 12, 10 dominis). PETRON. 101, 10 (*proverbialiter*) ultro dominum ad -entes accersere. FRONTO p. 26, 8 N. mihi centena, ut -iam, curro. ARGVM. Plaut. Capt. 2 AFRIC. dig. 30, 108 pr. CALL. dig. 48, 15, 6, 2 a domino (TRYPH. dig. 50, 16, 225). MEN. dig. 49, 16, 4, 14 servum -entem persecutus est. VLP. dig. 21, 1, 17, 10 libertatis cuiusdam speciem esse -isse, hoc est potestate dominica in praesenti liberatum esse. PAVL. dig. 6, 1, 21 a bonae fidei possessore (COD Iust. 6, 2, 21, 1 [*a. 530*]). 18, 7, 9 a secundo emptore. *al.* CORP. IV 5214 officiosus -it. SORT. Sangall. 35, 2 non potest latere qui -ivit. 35, 6 -ere tibi non expedit (*cf.* 36, 11 discedere). *al.* VVLG. III reg. 2, 39 ut -rent (*ἀπέδρασαν*) ... ad Achis. Iudith 16, 14 sicut pueros -entes (*παῖδας αὐτομολούντων*). AVG. civ. 4, 5 p. 151, 16 D. gladiatores ... de ludo. *ibid.* -erunt, evaserunt. *al.* *nota in collaribus servorum fugitivorum vel in promissionibus, quas domini fugitivorum proponere solent*: FORTVN. rhet. 1, 18 INSCR. Dessau 8726 *sqq.* 9454 t(ene) m(e) q(uia) f(ugi). 9455. CORP. XV 7172 *sqq.*

b *de* ***bestiis*** *praecipue in venatione vel ex carceribus currendo, volando, rependo* (*additur* ab, de, ex, ad, in, per, sub, *accus. derect., abl. viae [l. 70. 74]; nota accus. spatii peragrati [l. 69]*): PLAVT. Capt. 117 semel -undi si data est occasio *avibus*. TER. Phorm. 7 cervam -ere et sectari canes. VARRO rust. 3, 16, 21 *apes* hieme difficulter consuescunt quo[d] translatae manere, itaque -unt plerumque (*de examine apium cf. infra l. 84 sqq.*). ling. 5, 144 *sus alba* e navi Aeneae cum -isset Lavinium. CIC. progn. frg. 4, 1 fulix ... -ens (*Arat. 914 ὅταν ... ἔρχηται*) e gurgite ponti (*cf. Schol. Arat. p. 509, 30 Maass φεύγει*). Arat. 121 *Lepus* (*sidus*) -it ictus horrificos metuens *Canis*. LVCR. 3, 752 accipiter -ens veniente columba. 4, 1007 volucres (LVCAN. 6, 627 STAT. Theb. 5, 349). VERG. georg. 1, 330 -ere ferae *fulmine perterritae*. 1, 406 -ens *Scylla* (409 CIRIS 538. 541). 3, 94 -ens *Saturnus in equum conversus*. 3, 543 -unt in flumina phocae (SERV. quasi timentes marinam pestilentiam). Aen. 5, 276 *serpens* longos -ens (*de conatu*) dat corpore tortus. 12, 256 *aquila* in nubila. 12, 753 *cervus* mille -it refugitque vias. HOR. carm. 3, 12, 10 per apertum -entis agitato grege cervos. epist. 2, 2, 75 hac rabiosa -it canis, hac lutulenta ruit sus. OV. am. 2, 9, 9 venator sequitur -entia, capta relinquit. met. 2, 492 *de Callistone in ursam mutata*. 3, 228 *opp.* secutus. 7, 783 in spatium. 7, 790 *opp.* captare. hal. 4 dammae -unt, pugnant virtute leones. 65 cervus (*syn.* dat terga). 98 thynni. fast. 4, 707 qua -it *vulpes*. LIV. 8, 39, 2 -entium consternatorumque (*in pugna*) equorum (*cf.* 27, 14, 10 -entium elephantorum). VAL. MAX. 1, 6, 7 pulli cavea emissi in proximam silvam -erunt. PHAEDR. 1, 11, 6 -entes *feras* exciperet *asinus*. 1, 11, 15. 1, 12, 8 conterritus per campum -ere coepit *cervus*. 1, 15, 6. 1, 16, 6 de conspectu. SEN. Phaedr. 1050 -it attonitum pecus passim per agros. dial. 3, 11, 2 -entis *feras* persequitur *venator* (*opp.* venientis). nat. 4, 2, 15 *crocodilos* insecuntur -entesque ... trahunt. COLVM. 7, 12, 9 raptorem ferum (*i. lupum*) consequi -entem ... debeat *pecuarius canis*. 8, 8, 5 propter quos (*sc. fetus*) ne longius quidem evagari aut -ere conantur *columbae*. 9, 12, 2 -ens iuventus *apium* (PLIN. nat. 11, 54. 21, 149 *al.* PS. QVINT. decl. 13, 3. PALLAD. 7, 7, 5 -ere aut emigrare. *al.*). LVCAN. 6, 627 lupi. 7, 165 -it ab ara taurus. PERS. 5, 160 cum -it *canis*. PETRON. 62, 7 *miles in lupum conversus* in silvas -it. 136, 6, 2 Stymphalidas ... ad caelum -isse. PLIN. nat. 8, 46 si -endum *leonibus*. 9, 20 -entem in vada ima persecuti piscem. 16, 64 in ignes potius quam in fraxinum -ere serpentem. *al.* SIL. 4, 309 -ere ferae, -ere volucres. 7, 772 *lupus* (STAT. Theb. 12, 368 *al.*). 8, 442 plumis *pici* ... -entis. STAT. Theb. 8, 97 -iat ne tristis in antrum Cerberus. silv. 2, 5, 11 *leo* victus -ente fera. MART. 9, 88, 4 de cavea -iat ne male pastus aper. SVET. frg. p. 257 canis Aegyptius lambit et -it (*Roth.*, sugit *cod.*). POMPON. dig. 21, 1, 64, 2 errare et -ere iumentum posse. VLP. dig. 9, 1, 1, 10 si ursus -it. VLP. coll. Mos. 12, 7, 10 *columbae*, si manum refugiunt, domi tamen -unt. VVLG. Is. 16, 2 sicut avis -ens (*πετεινοῦ ἀνιπταμένου*) et pulli de nido avolantes. Bar. 6, 67 possunt -ere sub tectum *ferae*. Ioh. 10, 5 alienum *pastorem oves* ... non sequuntur, sed -unt ab eo. CLAVD. 24, 321 volucri ... cursu. PAPYR. Amherst II 26 (*saec. III/IV*). II 28 bulpecula(m) ... sinuit -ere (*Babr. 11, 4 ἀφῆκε φεύγειν*). *nota*: APVL. met. 6, 30 pedes tui (*sc. asini*) -ere possunt, ambulare nesciunt. *tropice*: HOR. carm. 3, 2, 24 virtus ... spernit humum -ente penna (*quasi avis*).

c *de rebus (metonymice) v. p 1479, 81 sqq. cf. l. 41.*

2 ***laxiore sensu et in imagine*** *i q eadem qua metu perterriti -ere solent* ***celeritate abire, discedere, currere***: **a** *de* ***animantibus***: *α proprie*: VERG. georg. 3, 426 Gelonus cum -it in Rhodopen (SERV. *ad l.* vel re vera -it vel pergit celeriter. SERV. auct. -it non hostem, sed quia vivit sic ut mutet locos). HOR. sat. 2, 7, 35 -isque (SCHOL. expressit velocitatem hominis festinantis ad cenam). VAL. FL. 2, 430 subsequitur -entis (*i. navigantes*) semita clavi. SIL. 16, 415 Pelorus ... surgere nitentem -ens (*i. curru praetervolans*) Atlanta reliquit (*cf. de equo* 16, 334 rapidoque per aëra curru ... -it). STAT. Ach. 2, 140 *scandere* quo -itur per plana gradu. MART. 4, 61, 10 cum subito abires, dum -is, loquebaris. *de serpente*: LVCAN. 9, 824 se ... emisit ... perque caput Pauli -it. *β in imag. i. q. ex mundo decedere, mori* (*cf. p. 1494, 17*): OV. am. 3, 9, 49 -entis pressit ocellos mater. SEN. dial. 6, 25, 1 nihilque in terris relinquens sui -it et totus excessit. epist. 24, 25 sapiens non -ere debet e vita, sed exire (AVG. civ. 19, 4 p. 360, 24. 19, 6 p. 364, 33 D.). LVCAN. 9, 105 potui ... non -ere in mortem. STAT. silv. 3, 3, 186 ad manes, ingrate, -is. 5, 1, 180 nec crucia -entem coniugis umbram. VVLG. Iob 14, 2 *homo* conteritur et -it (*ἀπέδρα*) quasi umbra.

b *de* ***rebus*** (*interdum strictiore sensu quodammodo servato, cum de eis rebus agitur, quas retinere velis [ut l. 75]: additur* ab, ex, de, *abl. separ.*, ad, in, per, *accus. derect. nota dat. incommodi sim. p. 1483, 46. 71. 1484, 17*): *α de rebus corporeis: i. q. loco moveri, locum non tenere: de sideribus i. q. occidere*: CIC. Arat. 337 rursus -entia signa (MANIL. 1, 471 -unt sine nomine signa). 435 Orion -ens. 436. 475 cedit Equus -ens. HOR. epist. 1, 16, 7 discedens curru -ente *sol*. OV. am. 1, 5, 5 -ente ... Phoebo (SEN. Thy. 776 retro. *cf.* Phaedr. 679 in tenebras -e, *Titan*! *adde*: SIL. 10, 538 -ensque polo Titania ... orbita [*i. Phoebi currus*]. met. 10, 448 -it aurea caelo luna. fast. 2, 493 sol -it (LVCAN. 1, 543 per ortus. COMM. apol. 1003). EPICED. Drusi 405 sidera ... caelo (SEN. Thy. 995). MANIL. 2, 794 aetheris ora, unde -it mundus (*sc. stellarum*) praecepsque in tartara tendit. GERM. 644 Scorpios exoriens, quum clarus -erit (*Grotius*, fulserit *codd.*) Amnis *sidus*. 659 *Orion*. SEN. apocol. 4, 1, 25 discutiens -entia Lucifer astra (STAT. Theb. 3, 685 ad oceanum). Herc. f. 136 Phoebique -it reditura soror (LVCAN. 9, 941 Phoebe ... surgens -ensque). Thy. 791 noctis ... decus. PLIN. nat. 2, 80 *stellae*. STAT. Theb. 10, 328 Bootes. FIRM. math. 3, 3, 12 recedens ab eo (*sc. Iove*) Luna et quodammodo -ens. *i. q. oriri*: AVIEN. Arat. 1234 oceano -entem *stellam*. *de ventis, nubibus sim.* (*cf. p. 1483, 14. 23*): VERG. Aen. 5, 821 -unt vasto (-untque ex M^2) aethere nimbi. HOR. carm. 1, 12, 30 concidunt venti -untque nubes (*cf.* PANEG. 6 [7], 12, 8 posuere venti, -ere nubes, fluctus resederunt). OV. met. 5, 286 desierant imbres ... -bant nubila caelo. SEN. nat. 2, 88, 1 -endi impetum capit *spiritus* (6, 14, 3 per rimam *spiritus inclusus*). CALP. ecl. 5, 53 -entibus ... euris. *paulo aliter*: MANIL. 4, 591 ab axe ruit Boreas, -it Eurus ab ortu. *cf.* SEN. dial. 11, 6, 7 caelestium *rerum* natura semper in motu est, -it et velocissimo cursu agitur. *de aquis manantibus* (*opp.* stare): VERG. georg. 4, 19 -ens per gramina rivus (SEN. Phaedr. 514). SEN. nat. 1, 2, 7 omnem figuram -ens aqua disturbat. 6, 17, 2 *unda* cum ipsis, quae obiacebant, -it. COLVM. 10, 284 arguto -entes gramine fontes. CARM. poet. min. V 103, 6 non certo lympha liquore -it. *expressius*: HOR. sat. 1, 1, 68 Tantalus a labris sitiens -entia captat flumina (*cf. p. 1483, 27*). MANIL. 4, 417 eque artis -entia (*i. exundantia*, fulgentia *pars codd.*) flumina ripis. *de recessu certo maris*: VERG. Aen. 11, 628 retro ... -it *pontus* (*opp.* ad terram ruit). SEN. suas. 1, 2 litora modo saeviente fluctu inquieta, modo -ente deserta. SEN. Tro. 384 Oceanus ... bis veniens et -ens. SIL. 15, 238 fluctus rapido -bat in aequora lapsu. *cf.* VVLG. psalm. 113, 3 mare vidit et -it (*ἔφυγε*); Iordanis conversus est retrorsum. *de ignibus*: RVFIN. hist. mon. 9 p. 427^{A} flamma ... huc illuc dispergi ac -ere penitus a me coepit. SVLP. SEV. dial. 1, 18, 5 -it incendium. PS. VEN. FORT. vita Remed. 5, 15 per ... portam ... -ens discesseit

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ignis. *cf.* SEN. nat. 7,20,2 sive emicuit aliquid et -it. *de solo, terris sim.*: LVCAN. 9,471 imaque tellus stat, quia summa -it (*i. vento aufertur; cf.* PALLAD. 11,11,1 ne radices eorum terra -ente nudentur). STAT. Theb. 1,364 saxa iugis -entia ruptis. 8,142 -ere (*i. dirumpi*) ecce videtur . . . ager. 9,473 stant terra -ente (*sc. aquis inundata*) gradus. *usu liberiore i. q. e conspectu auferri*: LVCR. 4,389 -ere ad puppim colles campique videntur *navigantibus*. VERG. Aen. 5,629 Italiam sequimur -entem. 6,61 Italiae -entes prendimus oras. MANIL. 3,329 -et pars altera terrae, altera reddetur. SEN. Ag. 445 terras procul . . . -entes notat *nauta*. Tro. 1046 -etque litus. LVCAN. 9,38 Creta -it. *nota*: PROP. 4,6,15 est Phoebi -ens (*i. retro iacens*) Athamana ad litora portus. SIL. 15,175 -untque (*i. se porrigunt*) in nubila silvae Pyrenes. *de navigiis* (*cf. p. 1479,81*): VERG. Aen. 5,243 illa (*sc. navis*) noto citius volucrique sagitta ad terram -it (*cf.* 10,247 per undas). OV. met. 11,468 insequitur -entem lumine (*i. oculis*) pinum (*cf. l. 17*). SEN. Oed. 466 sequitur curvus -entia carbasa delphin (STAT. Theb. 4,29 -entia carbasa visu dulce sequi). LVCAN. 8,662 rapitur trepida -ente carina (VAL. FL. 3,724 omnis adhuc vocat Alciden -ente carina). VAL. FL. 4,673 illa (*sc. ratis*) volans . . . per concita saxa . . . -it (7,260 ratem primo -entem [*M T*, figientem *V*, sidentem *dubitanter Sudhaus*] litore. STAT. silv. 3,2,78 per undas). 8,139 -it immissis nam puppis habenis. SIL. 13,242 *Liburna* ventis -it ocior. *de eis rebus, quae captantibus se subtrahunt*: OV. epist. 17,181 -entia prendere poma *Tantali* (*huc alludere videtur* ars 3,576 quae -unt celeri carpite poma manu). SEN. Ag. 854 *arbor* -itque in auras leviore ramo. Thy. 987 admotus ipsis Bacchus a labris -it (*cf. p. 1482,75*). apocol. 14,4 -entes semper tesseras quaerere. 15 vs. 2 utraque subducto -bat tessera fundo. LVCAN. 6,223 secum -entem (*i. detortam*) circumit hastam *ursa*. *sim*: PLIN. nat. 17,138 ne curvatura -iat (*sc. a ramo, cui alligatur*). *de partibus corporis: de eis partibus, quae omnino ex corpore secernuntur*: LVCR. 3,230 *anima* -ens nil ponderis aufert (VERG. georg. 4,526. OV. met. 10,188 animam -entem sustinet herbis [*cf.* SEN. contr. 2,4,3 retinuit]. 12,425 EPICED. Drusi 97 LVCAN. 5,279 SIL. 1,122. 5,642 per auras. QVINT. decl. 338 p. 336,24. CARM. epigr. 98,3 corpore). SEN. Herc. O. 1341 spiritus -ens meo legatur ore (STAT. Theb. 11,55 -it in vacuas iam spiritus auras. QVINT. inst. 6 pr. 12. *paulo aliter*: MANIL. 5,588 quam -it in auras spiritus [*sc. prae metu alte anhelantis*]. AVSON. 170,8 spiritus afflatis quod -it e calamis). LVCR. 2,715 multaque caecis corporibus -unt e corpore percita plagis. OV. met. 1,739 -unt (*i. decidunt*) e corpore saetae. SIL. 6,282 nebulam -entis ab ore veneni. *de eis partibus, quae suo loco in alium amoventur*: OV. am. 3,5,46 mihi sanguis ab ore -it (met. 14,755 e corpore | fast. 3,332]). SIL. 2,466 iam lumina retro exesis -ere genis. STAT. Theb. 6,612 *crinis* occursu zephyri retro -it (*i. fluitat*). CHIRON 146 anus introrsus -it. *nota dat. commodi* (*aliter Löfstedt, comm. in peregr. Aetheriae p. 141*) 681 statim -et (*i. remittetur*) sibi (*i. iumento*) *veretrum submissum*. *de eis rebus (praecipue telis) quae e manibus dimittuntur* (*cf. p. 1480,1*): LEX XII tab. ed. Bruns 8,24 si telum manu -it (*i. cadit*) magis quam iecit (*cf.* CIC. de orat. 3,158 top. 64. *sim.*: VVLG. deut. 19,5 in succisione lignorum securis -erit manu. *aliter l. 57*). CIRIS 149 lapsa e manibus -it pila (MANIL. 5,165 LAVS Pis. 187). SEN. Herc. f. 994 medio spiculum collo -it (*i. decidit*) vulnere relicto. VERG. Aen. 5,512 *sagitta* in nubila -it (*cf. supra l. 14*). 10,339 protinus hasta -it (SIL. 4,290 per ora . . . lini. STAT. Theb. 4,8 liquido quae stridula caelo -it. *aliter l. 29*). SEN. Herc. O. 821 inferius tamen et tela -unt. LVCAN. 3,468 perque ossa -it *lancea*. STAT. Theb. 6,710 -it horrendo per inania saltu . . . discus. 6,939 per quas modo -erat auras, venit harundo retro (VAL. FL. 3,136. PRVD. psych. 323 nervo pulsa. CORIPP. Ioh. 4,976 per tempora). 9,770 nullum sine numine -it missile. *de variis rebus corporeis suo loco remotis*: VARRO rust. 1,16,6 arbores . . . -iant (*i. detorqueantur*), ut introrsum in fundum se reclinent (*cf.* VITR. 2,9,7 *lignum quercus* -ens ab umore resistit et torquetur. PLIN. nat. 19,42 si coleretur, in deserta -entem *plantam*). LVCR. 6,1043 ferri natura . . . -ere atque sequi consueta. 6,1047 -ere ab saxo (*de minimis partibus magnetis*). AETNA 304 *corpora* elisa in vacuum -unt. SEN. Thy. 111 nudus stetit -ente (*i. decidente*) pomo ramus (*cf.* LVCAN. 10,165 numquam -ente [*i. foliis privata*] rosa). epist. 108,27 quod -it, occupandum est. AVG. civ. 22,20 p. 601,9 D. deum posse revocare, quod -it. MAR. VICTOR aleth 1,193 praesto omnia semper habenti *deo*, quae nobis -unt. *nota*: HIER. epist. 53,1,3 *Plato* litteras quasi toto -entes (*fere i. q. remotas; per* quasi . . . -entes *sollertia persequendi illustratur*) orbe persequitur (*cf. p. 1484,3*). *sensu fere translato i. q. in minimas partes dissolvi, deficere, esse desinere, perire, finem habere*: CIC. off. 3,91 qui vinum -ens vendat sciens (*cf.* NON. p. 112,12 -ere dictum est deterius fieri. GLOSS. V 641,55 -ens deterius). LVCR. 1,308 quo pacto -erit aestu *umor aquae* (*i. exsiccetur; cf.* OV. fast. 6,730 e pratis uda pruina -it. MANIL. 1,161 ad summum tenui -ente liquore). OV. Pont. 3,1,69 venis -entibus aeger (*cf.* LVCAN. 9,768 plagae *serpentis* proxima circum -it rapta cutis. CLAVD. 15,22 -ere genae). SEN. epist. 12,4 gratissima sunt poma, cum -unt. 24,26 in orbem nexa sunt omnia, -unt ac sequuntur (*cf. p. 1484,20*). LVCAN. 4,223 non chalybum gentes penitus -ente (*i. occulto*) metallo eruerent. STAT. Theb. 10, 928 -ere in nubila cristae *flagrantes* (*cf.* COMM. instr. 1,18,7 deficit numen [*i. simulacrum aureum*] vel -it aut transit in ignem). STAT. silv. 1 praef. 28 vindicat a situ litteras iam paene -entes (*cf. p. 1483,72*). ITALA Am. 6,6 (Tert. adv. Marc. 4,15 p. 467,7 Hier. epist. 57,11,1) perseverantia (stantia *Hier.*) deputaverunt *organa* et non tamquam -entia (ἑστηκότα καὶ οὐχ ὡς φεύγοντα, VVLG. *deest; cf.* HIER. *l. c* declamatio Tulliana). apoc. 20,1 (Aug. civ. 20,14 p. 439,12 D.) *et* VVLG cuius a facie -it (ἔφυγεν) caelum et terra. VVLG. apoc. 16,20 omnis insula -it et montes non sunt inventi. PAVL. NOL. epist. 39,4 sal evanuit et facie peccatorum nostrorum spiritalia condimenta -erunt. *β de rebus incorporeis: de temporibus*: CATVLL. 68,43 -ens saeclis obliviscentibus aetas (HOR. carm. 1,11,7 dum loquimur [*cf. l. 23*]. SEN. Phaedr. 446 *aetas* mobili cursu -it). LVCR. 5,887 membra . . . -enti languida vita (*expresse sim.* VERG. Aen. 11,831. 12,952 sub umbras [STAT. Theb. 10,317]. LVCAN. 2,25. *latius*: ANTHOL. 471,12 vitae -entis tempora). VERG. georg. 3,67 optuma quaeque dies . . . prima -it (SEN. dial. 10,9,4 mortalibus. *cf. vol. V p. 1045,21 sqq. adde*: VVLG. Iob 9,25 [LXX ἀπέδρασαν]). 3,284 -it interea, -it irreparabile tempus (OV. met. 15,183 tempora sic -unt . . . *et* sequuntur [*cf. p. 1483,83*]. SEN. nat. 6,32,10). HOR. epod. 17,21 -it iuventas (carm. 2,11,5 -it retro [*ubi* PORPH. decedit]). sat. 2,6,40 septimus . . . iam -erit annus, ex quo *eqs.* carm. 3,29,48 hora (OV. am. 1,11,15 dum loquor [*cf. l. 12*]. PERS. 5,153 SIL. 15,64). OV. ars 3,186 cum . . . -it (cedit *v. l.*) hiems. fast. 5,186 alter *mensis* te -ens, cum venit, alter habet. SEN. Herc. O. 1579 pomaque autumno -ente cedent. SIL. 4,88 noctis -entibus umbris. STAT. Theb. 6,27 Nox et . . . Somnus. AVSON. 417,100 ver. *de luce, caligine sim.*: OV. trist. 1,9,12 cum latet hic (*sc. sol*) . . ., illa (*sc. umbra*) -it (*i. desinit; aliter* STAT. silv. 1,3,19 eadem -it [*i. movetur*] umbra *arborum* per undas). MANIL. 1,127 -it in infernas caligo pulsa tenebras. SEN. suas. 1,15 vs. 16 -it ipse dies (*i. lux; cf.* SIL. 12,655). SEN. Ag. 729 -it lux. SIL. 7,724 (*tropice*) Stygiae tandem -ere tenebrae (*sim.* DRAD. laud. dei 2,661). *de calore*: LVCR. 1,1091 calor a medio -ens (SEN. nat. 6,13,4 -ens et omni modo cupiens excedere). *de dictis, sententiis i. q. proferri*: LIV. ANDR. carm. frg. 3 quid verbi ex tuo ore supera -it? (*cf. Hom. Od. 1,64* ποτόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων). PROP. 1,5,17 quaecumque voles -ent tibi verba querenti. LVCAN. 5,223 pectore *vatis* verum -it. STAT. Theb. 7,236 longe -it ordine velox tessera (*i. signum belli*). COD. Theod. 9,1,5 (*a. 326*) professio criminis uno sermone ex ore -ens. *significanter*: SEN. epist. 40,4 non traditur, quod -it (*i. cito dicitur*). *i. q. deficere, deesse*: AVG. doctr. christ. 4,3,4 ne -iant ex animo, quae dicenda sunt. *cf.* quaest. hept. 1 prooem. quaestiones stilo alligare, ne de memoria -rent. *de affectibus, statu corporis sive animi*: VERG. Aen. 12,422 omnis de corpore -it . . . dolor (SEN. Thy. 1003. QVINT. inst. 11,1,53 quo -erit interim dolor ille? VVLG. Is. 35,10. 51,11 [ἀπέδρα]). HOR. carm. 4,13,17 quo -it Venus, heu, quove color (OV. epist. 11,27 -erat ore color [HOMER. 326]. met. 10,458 et color et sanguis. *cf. l. 62*). CIRIS 448 iam fessae tandem -unt de corpore vires (OV. met. 7,859 parvae -unt cum sanguine vires). HOR. epist. 2,2,206 cetera iam simul isto cum vitio -ere? PROP. 1,11,12 quantus in exiguo tempore -it amor! (OV. epist. 3,42 a nobis. rem. 260. SEN. Herc. O. 449 *sq.* amorne clari -it Alcidae tibi? :: non -it . . . remanet. SIL. 2,627). OV. epist. 9,135 mens -it admonitu (*cf.* Pont. 4,12,48 miseros prudentia prima relinquit et sensus . . . consiliumque -it. STAT. Theb. 12,317 -ere animus visusque sonusque. VVLG. Iudith 15,1 -it mens et consilium ab eis). 14,75 -it omnis inertia somni (*cf.* VAL. FL. 6,8 e castris -it sopor. STAT. Theb. 6,27. silv. 1,6,91 -it pigra Quies. VVLG. gen. 31,40 -batque [ἀφίστατο] somnus ab oculis meis). 18,89 quoque illa audacia -it? ars 1,238 cura -it multo diluiturque mero. 1,607 -e rustice longe hinc Pudor! (2,556 met. 1,129. trist. 2,30 ab ore. IVV. 11,55 ex urbe). 2,450 miserae voxque colorque -it. 3,79 nostra . . . bona. met. 7,290 pulsa -it macies. Pont. 1,6,8 artibus ingenuis . . . pectora mollescunt asperitasque -it. EPIST. Sapph. 109 -unt tua gaudia. GERM. 412 metus. SEN. Phaedr. 1173 quo tuus -it decor oculique, nostrum sidus. Thy. 921 *sq.* -iat maeror -iatque pavor, -iat . . . egestas. frg. 93 -entem memoriam reducamus. LVCAN. 4,284 paulatim -it (cadit *codd. dett.*) ira. VAL. FL. 3,180 vitaque -it decus omne soluta. STAT. silv. 1,2,166 -entibus utere donis. ANTH. 415,66 Spes semper constat nec -it atque redit. AVG. civ. 15,16 p. 93,17 D. quodammodo revocare -entem *propinquitatem*. *de morbis, malis*: HOR. carm. 2,2,15 nisi causa morbi -erit venis. LVCAN. 9,931 pestis (*i. morbus veneno infectus*) . . . excantata -it. PLIN. nat. 28,155 venenataque omnia . . . -ere. SER. SAMM. 227 hinc (*i. eo medicamine*) oscedo -it, linguae quoque vulnera cedunt. ZACCH. 1,13 p. 1080^{C} nec medicamine -it lepra, sed verbo. VVLG. prov. 6,11 egestas longe -et (ἀνομολήσει) a te (*cf. l. 66*). apoc. 9,6 -et (φεύγει) mors ab eis. *nota*: CHIRON 196 morbus interius magis -it (*i. inducitur*). *de fortuna, bonis*: OV. trist. 5,14,30 cum -it illa (*sc. Fortuna; cf.* APVL. met. 7,2). Pont. 1,5,84 famaque cum domino -it ab urbe suo. SEN. benef. 6,33,2 mobilia esse, quae dedit casus, et maiore cursu -ere quam veniunt. 7,15,2 -entes occasiones secutus est (*cf. p. 1476,75*) epist. 27,2 *voluptates* -unt.

B ***translate*** *(et metaphorice) de voluntate, consilio* (*cf.* fuga *II*

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

et p. 1483,74): **1** *de animantibus*: **a** *absolute: de neglegendo amico, deo i. q. curam dimittere*: Ov. trist. 5,6,8 ne -e neve tua sit minor arte fides. FIRM. err. 8,5 p. 25,14 -entes ad se revocet *Christus*, dubitantes confirmet. *nescio an huc pertineat*: VVLG. Ezech. 29,16 docentes iniquitatem, ut -iant (LXX *deest*) et sequantur eos (sive 'reducant eos in memoriam iniquitatis, ut sequantur illos' HIER. in Ezech. *ad l.*). **b** *additur unde: i. q. declinare, deflectere, discedere ab officio, iusto, proposito*: CATO or. frg. 12,1 a benefactis ...-it maxima fugella. CIC. epist. 16, 12, 4 cum a suis condicionibus ipse -erit (*syn.* stare noluerit). IVV. 6, 253 quae (*sc. mulier*) -it a sexu. COD. Iust. 9, 51, 13, 2[b] (*a. 321*) ab administratione. CIC. Att. 12, 21, 5 eo vocas, unde ... -bam. *i. q. abstinere ab iniuria*: VVLG. I Cor. 10, 14 -ite (φεύγετε) ab idolorum cultura! BARNAB. ed. Heer. 4, 1 -iamus (φεύγωμεν) ... ab omni opere iniquitatis. *se avertere, cavere, formidare a periculo, malo*: CIC. nat. deor. 3, 33 omne animal appetit quaedam et -it a quibusdam. SEN. epist. 82,18 ab re suspecta et periculosa. *i. q. mala evitare*: CIC. leg. agr. 3,6 quam procul a suspicione -it. TERT. adv. Marc. 5,2 p. 573,10 ut hinc -ias. *nota dat.*: VEN. FORT. carm. 9,2,30 morti ... nemo -it. *in quavis actione evitare indecora*: CIC. off. 1,128 ab omni, quod abhorret ab oculorum auriumque approbatione, -iamus. **c** *additur quo i. q. refugere*: PETRON. 132, 8 vs. 9 ad verba, magis quae poterant nocere, -i. TAC. ann. 6, 14 Parthorum ad misericordiam -ret. AVG. civ. 18, 18 p. 277, 27 D. de huius saeculi civitate ... in deum vivum proficiendo -iamus.

2 *de rebus* (*metaphorice*): CIC. de orat. 3,184 liberior est oratio et ... vere soluta, non ut -iat (*sc. quasi servus fugax*) tamen aut erret, sed ut sine vinculis sibi ipsa moderetur. PLIN. nat. 28, 87 ut festinet oratio ab homine -ere (*i. digredi*). CIC. Tim. 22 naturam ... coniunxit -entem et eius copulationis alienam (*δύσμικτον οὖσαν conferri potest p. 1493,83*).

II ***transitive*** (PRISC. gramm. III 276, 5 *verba*, quae cum nullum significent actum, sed magis sui passionem demonstrent, tamen, quia activam habent vocem, accusativo coniunguntur, ut ...-o. *cf.* 283, 5. 301, 18 *v. p. 1477,77*):

iuxta posita: cinis: LVCR. 1, 871. 891 HOR. epist. 1, 15, 39 PALLAD. 1, 27, 1 PASS. Matth. 15. favilla: TER. Ad. 846 AVG. civ. 21, 5 p. 496, 11 D. flamma: *v. p. 866, 23 sqq.* fuligo: VITR. 7, 3, 4. 7, 4, 4 COLVM. 1, 6, 18. 12, 52, 13 MARCELL. med. 8, 179. ignis: CAES. Gall. 2, 7, 4 FLOR. epit. 3, 4, 2 PALLAD. 4, 10, 33 AMM. 18, 6, 9 VVLG. iud. 9, 49 *al.* nebula (*nota p. 1544, 67*): LVCR. 3, 428. 436. 6, 104 VERG. georg. 2, 217 Aen. 8, 258 SEN. Phoen. 395 *v. p. 1542, 55* Thy. 773 Tro. 1053 SIL. 13, 653. 14, 313 PLIN. epist. 6, 20, 18 *al.* nidor (*nota p. 1544, 68*): CIC. Pis. 13 COLVM. 6, 18, 2 PLIN. nat. 12, 81. 13, 2 *v. p. 1541, 36*. 20, 158 APVL. met. 1, 21 *cf. p. 1540, 70*. odor: LVCR. 4, 90 VERG. Aen. 12, 592 SEN. benef. 4, 25, 1 CALP. ecl. 5, 90. pollen: TER. Ad. 846. pulvis: VERG. Aen. 2, 609 LIV. 4, 33, 8 CELS. 8, 9, 1 FLOR. epit. 1, 18, 24 FRONTO p. 211, 7 N. *al.* LACT. ira 24, 4 PALLAD. 1, 27, 1 AMM. 24, 8, 5 MACR. sat. 6, 7, 9. vapor (*nota p. 1544, 70*): LVCR. 3, 432. 4, 56. 90 LIV. 6, 2, 11. 10, 1, 6 VITR. 7, 8, 2 VAL. MAX. 9, 6 ext. 2. APVL. Plat. 1, 14 *loco mutilo*. IVST. 4, 1, 4 VVLG. Sirach 22, 30 (*ἁτμὶς καὶ καπνός*) AVG. epist. 56, 2. ventus: MACR. sat. 6, 7, 9 VAL. CEM. hom. 6, 7.

deriv.: fumarium, fumesco. fumeus. fumo. fumosus. *cf.* fumidus. *comp.*: fumifer. fumigo. *Rubenbauer.*

fūnālis, -e [*a* funis. *Th.*] *adi.* *equus παρήορος, qui non est iugarius, tenetur fune*: STAT. Theb. 6, 462 -emque (fumantemque *P*) Thoen. SVET. Tib. 6, 4 currum Augusti comitatus est *Tiberius* sinisteriore -i equo, cum Marcellus . . . dexteriore veheretur. HYG. fab. 183 p. 36, 2 *equi Solis* -es sunt mares, feminae iugariae. *perperam in parte edd.*: AMM. 28, 4, 30 (*trad.* nominabilis aequis). *incerta coniectura est* AMM. 15, 4, 4 *Rhenus* mediam *paludem Brigantinam* velut -i (fin- *cod.*) intersecat libramento. PRVD. psych. 293 dextera -i (fund- *multi codd.*) torsit stridore *fundae* lapillum *in Goliath.* PRVD. perist. 5, 469 -e textum conserit *i. saccum.* psych. 866 -is machina *ad elevanda saxa.* SERV. auct. Aen. 11, 143 funera . . . alii a -bus candelis, sebo vel cera circumdatis dicta *tradunt.* ISID. orig. 20, 10, 5 -ia candelabra *v. infra l. 64.*

subst. masc. **fūnālis**, -is: VAL. MAX. 3, 6, 4 C. . . . Duillius . . . ad -em cereum praeeunte tibicine et fidicine a cena domum reverti solitus est, *nisi* -e *legendum est; v. infra l. 80 sqq.* *neutr. subst.* **fūnāle**, -is: *de re v. Mau, PW. VII 290; Lafaye in Daremberg-Saglio II p. 1360; Blümner, Röm. Privataltert. p. 134, 7*: SERV. Aen. 1, 727 -ia sunt, quae intra ceram sunt, dicta a funibus, quos ante usum papyri cera circumdatos habuere maiores: unde et funera dicuntur, quod funes incensos mortuis praeferebant. *addunt Danielina*: alii -ia appellarunt quod in cicendula (in fune ut cicendela *Barth*) lucet, quos Graeci *πυρσοὺς* vocant: Varro de vita p. R. 'facibus aut candela simplici aut ex eo funiculo facto earum vestigia quod ubi ea figebant appellarunt -ia' (*haec corrupta necdum certo emendata*). *cf.* 11, 143 moris fuit ut noctis tempore efferrentur ad -ia unde etiam funus dictum est. *ex priore Servi loco sua sumpsit* ISID. orig. 20, 10, 5 *qui addit* -ia autem Graeci 'scolaces' (*an debuit σκόλοπες?*) dicunt, quod sint scoliae hoc est †mortis (hoc est intorti *recte* GLOSS. V 147, 33. 610, 67). hos Romani funes et -ia nominabant. -ia candelabra apud veteres extantes stimulos habuerunt obuncos, quibus funiculi cera vel huiuscemodi alimento luminis obliti figebantur. idem itaque et stimuli praeacuti -ia dicebantur. 19, 4, 1 *v. s. v.* funis *p. 1594, 31.* CLAVD. DON. Aen. 1, 727 -ia . . . debemus accipere faces ex funibus praeceratas. DON. Ter. Andr. 108 funus . . . a -bus. 115 funus . . . a -bus dictum est id est uncis et aculeis candelabrorum, quibus delibuti funes et [ingenium] cerei fomites infiguntur. SCHOL. Hor. carm. 3, 26, 7 -ia funes, quibus luminaria suspendi consueverant. vel -ia sunt proprie funes cereorum qui succendebantur in nuptiis. -ia dicuntur cerei quia ex funibus cera oblitis fiunt cerei qui succendi solent in nuptiis. GLOSS. II 74, 19 -e: *λαμπάδιον*. 295, 36 -ium (*nota improbum sing.*): *ἐλλύχνιον*. V 502, 2 (*cf.* 458, 12) -ia: stuppea candelabra. 203, 30 lignalia. 203, 31 in modum -ium candelae intortae. 203, 32 candelae in modum funium intortae. 619, 44 cerei. 634, 54 candelae vel uncini ad cereos. **I** *proprie*: CIC. Cato 44 C. Duellium . . . redeuntem a cena senem saepe videbam puer: delectabatur, credo (*sic trad.*, crebro *P*, cereo *Manutius*), -i et tibicine, quae sibi nullo exemplo privatus sumpserat. *cf.* ELOG. Duelli Corp. I 1² p. 193 n. XI (= VI 31611) huic per⟨mis⟩sum est ut ⟨ab e⟩pulis do⟨mum cum tibici⟩ne e⟨t f⟩unali rediret. VAL. MAX. 3, 6, 4 *v. p. 1545, 48.* LIV. perioch. 17 ut revertenti a cena tibicine canente -e (furi- *trad.*) praeferretur. SIL. 6, 667 cui, nocturnus honos, -ia clara sacerque post epulas tibicen adest. FLOR. epit. 2, 2, 10 praelucere -ia et praecinere sibi tibias iussit. VIR. ill. 38, 4 ut praelucente -i et praecinente tibicine a cena publice (-a *A C*) rediret. LEX Vrson. Corp. I² 594, 62 IIvir(is) aedilibusque . . . togas praetextas, -ia, cereos habere ius potestasque esto. VERG. Aen. 1, 727 dependent lychni laquearibus aureis incensi et noctem flammis -ia vincunt. HOR. carm. 3, 26, 7 hic ponite lucida -ia et vectes et arcus. OV. met. 12, 247 primus ab aede lampadibus (iam pedibus *M N*) densum rapuit -e coruscis. PANEG. 12 (2), 37, 4 accensis . . . -bus auctum diem. CLAVD. 10, 206 -bus ordine ductis plurima venturae suspendite lumina nocti. PAVL. NOL. carm. 23, 144 in vitreis exile vadis -e coruscat. 27, 557 tenebras -bus arcent. CAEL. AVR. acut. 1, 15, 118 nocturni luminis ac -ium flamma sub aetheria luce constituta visi potioris oppressione languescit. **II** *translate*: FVLG. Virg. cont. p. 103, 7 tuae . . . luculentae sapientiae -ia caligare.

fūnambulus, -ī *m.* [*a* funis *et* ambulare *ductum ad exemplum vocabuli gr. σχοινοβάτης. Th.*]. *v. Samuelsson, Glotta 6, 1915, 264 sq.* *scriptio* funiamb- *in codd. Carolinae aetatis* ARNOB. nat. 2, 38 AVG. epist. 9, 3. 120, 5 div. daem. 4, 8. GLOSS. III 240, 13 *potestque inducta esse ab ipso* AVG., *qui* in psalm. 39, 9 *dixit* attende Petrum nostrum non -um, sed, ut ita dicam, mariambulum. *at* funeamb- *legitur in codice Salmasiano et recc.* SYMPH. 286, 300 tit., *item in codd. humanistarum* FIRM. math. 8, 17, 4. *usu quasi adiectivo* SVET. *l. 41. de historia vocis non recte* PORPH. Hor. sat. 1, 10, 28 Pedius Publicola et Messala adeo curasse dicuntur ne Graeca Latinis immiscerent ut Messala primus '-us' dixerit ne *σχοινοβάτην* diceret (*similia* SCHOL. Hor. *ad l.*), *nisi vera* PORPH. *docuit et turbas fecere librarii.* SCHOL. Iuv. 3, 77 schoenobates: -us (*item* GLOSS. II 450, 17. 337, 39. III 240, 13. V 515, 3). 14, 266 -us. CASSIAN. conl. 23, 9, 1 schoenobatis, quos vulgo -os vocant. SCHOL. Ter. Hec. 4. GLOSS. II 432, 31 *σκαλοβάτης*. II 337, 39 *καλοβάτης* (74, 18). III 240, 13 *νευροβάτης*. *de arte et instrumentis optime enarrat Lafaye, Daremberg-Saglio II 1361 sqq. cf. et Blümner, Privataltert. p. 615; descripserunt res breviter vel fuse* HOR. epist. 2, 1, 210 MANIL. 5, 653 *sqq.* SEN. dial. 2, 12, 4 QVINT. inst. 2, 13, 16 IVV. 14, 266 *sqq.* CLAVD. DON. Aen. 5, 65 PRVD. ham. 367 AVG. in psalm. 39, 9 CASSIAN. conl. 23, 9, 1 ANTH. 112. 281 SYMPH. 286, 300 *sqq.*

I *proprie*: TER. Hec. prol. 4 populus studio stupidus in -o animum occuparat. 34 -i eodem accessit expectatio. MESSALA *v. supra l. 28.* SVET. Galba 6, 1 novum spectaculi genus, elephantos -os, edidit. CAPITOL. Aur. 12, 12 -is post puerum lapsum culcitas subici iussit. ARNOB. nat. 2, 38 desultores, g⟨r⟩allatores, -os, praestigiatores. AVG. epist. 9, 3 exercitationes agendis organis musicis seu in -o. 120, 5 in theatris homines -um mirantur . . . in illo stupetur difficultas. div. daem. 4, 8 quam multa -i ceterique theatrici artifices . . . miranda fecerunt. quant. anim. 18, 32 -um spectant (*ibid. bis* in fune ambulare). SCHOL. Iuv. 14, 272 -us ex hac arte victum sibi comparat. ANTH. 112 de -o (281). SYMPH. 286, 300 -us. FIRM. math. 8, 17, 4 -i, olibatae (*?*), neurobatae. **II** *translate*: TERT. pudic. 10 p. 240, 1 age tu, -e pudicitiae et castitatis . . ., qui tenuissimum fil[i]um disciplina⟨e⟩ eiusmodi veri avia pendente[m] vestigio ingrederis. *cf. et quae sequuntur.*

cf. et funerepus.

fūnārius, -a, -um *a* funis. ISID. orig. 18, 35, 2 *equos*, quos Graeci *σειραφόρους*, Latini -os vocant a genere vinculi. TAB. devot. Audollent 272 a 8 -us no(v)us cum Dario. *per iocum*: AVR. VICT. epit. 45, 2 Gratianus . . . -us appellatus est eo quod venalicium funem portanti quinque milites nequirent extorquere. AMM. 30, 7, 2.

? **functa** *κτέρεα* GLOSS. III 449, 46. functe *ισειρια* (= *κτέρεα*) 481, 44. funesta *καίρια Bücheler*, funale *κηρία Heraeus.*

fūnctio, -ōnis *f. a* fungi. **I** *generaliter: i. q. actio, passim c. gen. obi.*: CIC. Tusc. 2, 35 labor est -o quaedam vel animi vel corporis gravioris operis et muneris. FEST. p. 289 renovativum fulgur vocatur, cum ex aliquo fulgure -o fieri coepit, si factum est simile fulgur, quod idem significet. ARNOB. nat. 3, 9 in sui muneris -em comparatas esse has partes *genitales.* 7, 36 *huiusmodi motus* sunt ferocium generum . . . -es. COD. Iust. 11, 8, 9 (*a. 385*) naviculam -i muricis et legendis conchyliis deputatam. NOVELL. Valent. 36 pr. occidui corporis (*i. rei publicae*) -em . . . restituit. AMBR. exc. Sat. 1, 6 in isto . . . corpore *mortuo* . . . praestantior vitae meae -o. hex. 1, 10, 38 ad muneris . . . et operis -em. AVG. op. monach. 25, 33 opera in monasterio etiamsi a corporali -e liberiora. MACR. sat. 1, 24, 24 servari sibi antelogii -em. CASSIAN. inst. 2, 12, 3 orationum . . . -es . . . finitae. 3, 4, 1 matutinam canonicam -em. 5, 8 spiritales ac necessarias -es explere. FAVST. REI. epist. 6 p. 197, 3 diurnas et nocturnas exigas -es *orandi.* VEREC. in cant. 2, 9 haereticas . . . -es. ORIG. in Matth. 17, 2 p. 1479 principes . . . sancti, qui bene -em suam consummaverunt (*τὰ τῆς λειτουργίας διετέλεσαν*). *nota*: PAVL. dig. 12, 1, 2, 1 *res quae* in genere suo -em recipiunt per solutionem (*liberius* PAPIN. dig. 30, 51 permutationem recipiunt) *i. quae genere valent, non singulis exemplaribus.* PAVL. consult. 4, 3 (= sent. 1, 1, 6) -o dotis pacto mutari non potest. COD. Iust. 11, 48, 9 (*a. 383*) immunitates . . . in -em pristinam redeant. *v.* fungor *p. 1589, 26.*

[Vollmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

II *specialiter*:

1 *officii publici, muneris, magistratus* (GLOSS. -e: ministerio): CIC. Verr. 4,15 muneris illius -o. FRG. Vat. 248 (*a. 330*) qui sacris evoluti a -e obsequii recesserunt. COD. Theod. 13, 3, 3 (*a. 333*) ab omni -e et ab omnibus muneribus publicis vacare (13, 3, 16). 12, 1, 134 (*a. 393*) debitis ... -bus subrogandos (*ibid.* suscipiendis -bus. *ibid.* munus ... navicullariae -is). 12, 1, 137 -bus ... obnoxios (*syn.* munera). 12, 1, 140 qui -es publicas implere non possit (148 debitas *sacerdotum; syn.* munera). 8, 4, 23 ad propriam -em reduci (*syn.* 22 status sui ... obsequiis). 8, 4, 24. 12, 1, 76 ad subeundam publicorum munerum -em. 12, 1, 74, 5 nullis per provincias -bus obligatis. *ibid.* pr. curiae -bus. *ibid.* 1 -bus patriae. 12, 1, 29. EPIST. imp. Valent. Bruns fontes[7] 97[B], 11 cunctas primitus civitatis suae restituant -es (*τὰς λιτουργίας ... ἀποπληροῦν*). AVG. c. Cresc. 1, 1, 1 nulla -e clericatui adstrictus. SVLP. SEV. epist. app. 5 iniungatis ... patriae -es. MAXIMIN. c. Ambr. 116 ipsa aetas tam annosam eiusmodi testabatur -em *episcopatus*. HEGES. 4, 6, 5 ut ad imperitum tanti sacerdotii -o deduceretur. EPIST. pontif. 286 Migne 20, 478[A] curiales vel quibuslibet publicis -bus occupatos. MAX. TAVR. hom. 102 p. 489[B] -em hanc sacerdotalem. 105 p. 495[B] -o sacerdotalis ministerii -o quaedam est spiritalis mercimonii (*lusus verborum cf. p. 1548, 4 sqq.*). CASSIOD. var. 5, 39, 8 -bus publicis. ITALA (Mutian. Chrysost. hom. 16, 2) Hebr. 9, 21 vasa -is (*λειτουργίας*, VVLG. ministerii *divini*). CONC. Paris. a. 556 Mon. Germ. leg. III 1 p. 145, 13 de his sanctis -bus.

2 *actio solvendi nummos, impensas, inde i. q. collatio, liberalitas, impensae*: CAPITOL. Pius 8, 4 ut et magistratus adiuvaret et senatores ad -es suas. SYMM. epist. 7, 4 ludorum ... et muneris splendidissimae imminent -es, quibus ... impletis .... 7, 8 post magnificam ludorum consularium -em. HIER. vita Hilar. 20 *editionem ludorum* -em esse publicam. *i. q. publica collatio, pensio, tributum vectigal* (GLOSS. *συντέλεια, λειτουργία, τέλεσμα, εἰσφορά*): CORP. VIII 18909 (*saec. III*) proc(urator) Augg. nn. ad fu⟨nctionem fru⟩menti et res populi per tr⟨actum⟩ utriusque Numidiae (*v. Hirschfeld, Kaiserl. Verwaltungsbeamte[2] p. 142*). FRG. Vat. 288 (*a. 280*) ⟨functionum pen⟩siones. COD. Iust. 4, 49, 9 (*a. 293*) gravamen -is (*syn.* capitatio). 4, 49, 13 (*a. 294*) -um gravamen. COD. Theod. 10, 3, 7 in aliis ... -bus ... in pensione. 11, 1, 36 -es ... agnoscere. 11, 12, 3 vectigalium non parva -o est, quae debet ab omnibus ... aequa ratione dependi. 11, 28, 4 iugatione, quam munere annonariae -is absolvimus (*syn.* pensio). 11, 28, 12 praeter censuales -es Campania ... nonam partem praeteriti assis publicarum toleret -um. 11, 28, 14 modum debitae -is. *passim in capite* 13, 1 de lustrali collatione (*synonyma*: praestatio, pensitatio, collatio, oblatio, depensio, pensio, solutio) *ut* 13, 1, 11 ad -em aurariam devocari. 13, 1, 13 -e auraria non teneantur. 13, 1, 18 succumbant aurariae -i. 13, 1, 19. 17 alienae -is distributione. 13, 1, 20 -es, quas conferentium frequentia extenuata debilitat, ad stabilitatem revocandae sunt. 13, 1, 21 se -e ... subtrahendum. COD. Iust. 1, 45, 2 pro publicis -bus, quae flagitantur. 3, 1, 13, 1. 3, 12, 6, 6 compulsio ... annonariae -is. 3, 23, 2 -super ... publicis -bus et debitis. 3, 25, 1. 4, 30, 14, 1. 4, 66, 2 pr. publicarum -um apochas. 7, 39, 6 pr. 10, 22, 3 ad illationem -is tributariae. 10, 22, 5. 10, 36, 1, 2. 11, 3, 2, 1 ad -em navicullariam (*syn.* onus). 11, 48, 20 pr. publicarum -um praestatione. 11, 48, 20, 3 tributarias -es. 11, 48, 20, 3. 3[a]. 4. 5. 11, 48, 23, 5 -es sive terrenas sive animales. 11, 59, 15 praedia, quae navalem sustinent -em (*syn.* dispendia). 12, 2, 2 glebam vel follem sive septem solidorum -em sive quamlibet eiusmodi collationem ... aboleri. NOVELL. Valent. 13 (18) pr. argentariae -is. NOVELL. Iust. 75 publicas ... insulae -es (*seq.* tam exactio quam illatio earum). app. 1 pr. 7. 9. 10. 18 (*syn.* tributa) *et passim apud* ICTOS. AVR. VICT. Caes. 39, 31 cum omnis *Italia* eadem -e moderateque ageret (*syn.* pensionibus). SYMM. epist. 10, 28, 5 quis annuas -es aut indicta persolverit. ANON. de mach. bell. 5 totius tributariae -is laborat illatio. HEGES. 1, 19, 4 quo -o regionum non vacillaret. 2, 9, 1 -um munera. CASSIOD. Ios. antiq. 17, 2, 2, 27 immunis ab omnibus -bus (*ἀδεία τοῦ ἐπὶ πᾶσιν ἀτελοῦς*). *ibid.* modicas ... illis -es imposuit (*ὀλίγα ... αὐτοὺς ἐπράξατο*). 17, 2, 2, 28. 17, 8, 4, 204. 17, 11, 4, 319. 18, 4, 6, 108. 19, 1, 5, 28 (*graece φόροι vel εἰσφορά*). PS. AVG. serm. 82 ne ... publicam decipiant -em. SIDON. epist. 7, 9, 21 regum tributarias -es. ENNOD. epist. 1, 6, 5 p. 14, 22 ut -i publicae peraequatoris ... vota transcendens numerus non deesset. CASSIOD. var. 1, 26, 3 illius *dominii* subiaceat -i. 2, 17 nullum debere persolvere fiscalis calculi -em (12, 28, 6 dimidiam relaxare fiscalis calculi -em). 2, 24, 4 -em ... sustinere (*syn.* onera). 2, 24, 5 alienae -is pondere ... oppressum. 2, 25, 2 suas non implere ... -es. 2, 25, 3 gravatum ... in aliena calculi -e. 2, 26, 5. 3, 32, 1 *syn.* fiscalia tributa. 3, 40, 2 agnoscite tributariam -em (4, 36, 1 relinquere. 4, 50, 1. 5, 14, 1. 9, 11, 1. 12, 22, 1). 4, 14, 1 exsolvere debitas -es (12, 2, 5. 12, 8, 2 inferre. 12, 28, 10 reliquit *i. remisit.* 9, 21, 7 differendam). 5, 14, 1 -o publica (5, 39, 5 inferri. 5, 39, 13 revocare ... ad ... modum). 9, 10, 3 supra consuetudinariam -em. 11, 7, 3 suam compleat -em. GREG. TVR. Franc. 5, 26 exsolvere publicam -em. 5, 28 -es infligebantur. 9, 30 populis tributariam -em infligere. *nota prosopopoeiam*: CASSIOD. var. 7, 45, 1 ut universas tibi voraverit facultates hiatus ille vastissimus -is. *ipsa actio solvendi*: NOVELL. Valent. 13 (18), 5 (*a. 445*) Mauri ... v milia solidorum ... consueto tempore annua -e dependant (*syn.* pensio). DONATIO Tiburt. a. 471, 36 fiscalium -em. *cf.* GLOSS. exsolutio tributorum.

hoc symbolice vel spiritualiter: CASSIAN. conl. 5, 21, 3 interminabilem quandam solutionem iugi -e dependere atque inexplebile indictionibus eius inferre vectigal. 21, 29, 2 liberi sunt a decimarum legalium -e. inst. 3, 2 -es, quae canonica impulsione redduntur. MAX. TAVR. hom. 105 p. 495[B] *v. p. 1547, 20.* ALC. AVIT. hom. 6 p. 111, 6 dummodo psalmorum officia lacrimarum -bus annuis persolverentur. ENNOD. dict. 13, 7 p. 466, 11 hanc tributariam -em (21, 34 p. 492, 21).

3 *i. q. defunctio, mors*: ARNOB. nat. 2, 27 ad mortem ducens via et inevitabilem rebus afferens -em ⟨necessitas⟩. 2, 57 *animas* superesse mortalium ⟨corporum⟩ -i (pu- *trad.*). 2, 62 post hominis -em. INSCR. bull. de l'acad. des inscr. 1919 p. 249 ab ortu vitae in -is diem.

fūnctōrius, -a, -um *a* functor, fungi. VIRG. gramm. epit. p. 54, 8 in -o ... carmine *i. in epitaphio.* GLOSS. IV 519, 62 fructoria: transitoria. V 203, 37 functuria: transitoria (296, 30 frunctoria. 43 frinctoria). *cf.* defunctorie, perfunctorie *et* -um. *Vollmer.*

✖funda, -ae *f.* [*e gr. σφενδόνη deformatum esse videtur, quasi ductum sit a* fundere, *cf.* fundibulum. *Th.*]. fundia: GLOSS. V 297, 30. *forma graeca: p. 1549, 40 sqq. de etymol.* (*cf. p. 1549, 27*): ISID. orig. 18, 10, 1 -a dicta eo quod ex ea fundantur lapides id est emittantur. GLOSS. -a *σφενδόνη*. fundibalum. [*it.* fronda, *francog.* fronde. *M.-L.*]

I *i. q. genus armaturae, quo lapides vel glandes iaciuntur, σφενδόνη* (*cf. Daremberg-Saglio II 1363; Blümner, Röm. Privataltert. p. 524*): **1** *significatur in universum genus armaturae vel solum ea pars, qua mittuntur missilia*: PLAVT. Poen. 478 viscum legioni dedi -asque. 479. 481. TER. Eun. 786 -am tibi nunc nimis vellem dari (*cf.* DON. *ad l.* -a pugnant, qui comminus non possunt. *ibid.* non dixit 'hastam' aut 'lanceam', sed [sagittam] '-am', qua nimirum longe iactatur). VARRO frg. Non. p. 520 *accensos milites* quidam vocabant ferentarios, quia pugnabant -is et lapidibus, his armis quae ferrentur, non quae tenerentur (*cf.* PAVL. FEST. p. 14. 85. 369). CIC. carm. frg. 13 (Quint. inst. 8, 6, 73) fundum Vetto vocat, quem possit mittere -a; ni tamen exciderit, qua cava -a patet. CAES. Gall. 5, 43, 1 ferventes fusili⟨s⟩ ex argilla glandes -is (*om. β*) ... in casas ... iacere coeperunt. BELL. Afr. 83, 2 bestiae stridore -arum ... perterritae sese convertere. VERG. georg. 1, 309 figere dammas stuppea torquentem Balearis verbera -ae (*cf.* SERV. *ad l.* Hispanicae ab insulis Balearibus, ubi inventa est funda [auct.: -is nemo figit, sed intra insidias cogit *eqs.*]. LVCAN. 1, 229 it torto Balearis verbere -ae ocior *Caesar*. STAT. Theb. 10, 857 CLAVD. 7, 50 SIDON. carm. 23, 345. *cf.* LIV. 38, 29, 6 Baliarica. OV. met. 2, 728. 4, 710. PLIN. nat. 3, 77 Baliares -a bellicosas. SIL. 3, 365 -a bella gerens Baliaris. VEG. mil. 1, 16). Aen. 9, 586 stridentem -am ... Mezentius ... ter adducta circum caput egit habena (*cf.* CLAVD. DON. *ad l.* quanto enim contorta fuerit -a frequentius, tanto ictus profectus ex ipsa fortius currit *eqs.*). Aen. 11, 579 -am tereti circum caput egit habena. PROP. 4, 3, 65 plumbea cum tortae sparguntur pondera -ae (VAL. FL. 3, 96 tortae pondera -ae. STAT. Theb. 7, 338 torta zephyros incidere -a. CLAVD. DON. Aen. 9, 585 p. 263, 22 -*a* dum torquetur, ut impetum colligat). LIV. 1, 43, 7 -as lapidesque missiles. 28, 37, 6 -is ut nunc plurimum, ita tum solo eo telo utebantur. 35, 27, 5 expeditos milites ... cum -is et iaculis et alio levi genere armaturae. 36, 18, 5 qui ex loco superiore -is, velut nimbum, glandes et sagittas simul ac iacula ingerebant. 37, 41, 4 umor arcus -asque et iaculorum amenta emollierat. 38, 20, 1 modicorum, qui -a mitti possent, lapidum. 38, 29, 4 a pueris ii more quodam gentis saxis globosis ... -a mare apertum incessentes exercebantur. OV. met. 4, 518 bis terque per auras more rotat -ae *Learchum Athamas.* 14, 825 sic lata plumbea -a missa solet medio glans intabescere caelo. fast. 3, 584 quantum novies mittere -a potest. CVRT. 4, 14, 5 -ā saxa librare. 5, 3, 19 -is ... excussi lapides et sagittae undique ingerebantur. 5, 6, 19 -a vinciunt frontem *Mardi*. SEN. nat. 2, 57, 2 sic liquescit excussa glans -a. epist. 74, 5 aves ... inanis -ae sonus territat. LVCAN. 9, 826 quae -a rotat. PLIN. nat. 7, 201 Syrophoenicas ballistam et -am *tradunt invenisse.* 37, 111 -is e longinquo incessunt *gemmas.* VAL. FL. 6, 193 obscura spargentem vulnera -a. STAT. Theb. 4, 66 teretes pars vertere (-ice *P*) -as adsueti. 8, 416 stridentia -ā saxa pluunt. SIL. 8, 522 alto adsuetae volucrem caelo demittere -ae. FLOR. epit. 3, 8, 5 tribus quisque -is proeliantur. ORAT. imp. Hadr. ad exerc. (Corp. VIII 18042) addidistis ut et lapides -is mitteretis. ITALA (Tert. adv. Marc. 4, 39) *et* VVLG. Zacch. 9, 15 lapidabunt (subicient VVLG.) lapidibus -ae. PANEG. 9 (12), 5, 6 nec subitum (solum *cod.*) -is eminus telisque missilibus[que], sed hastis gladiis. HIER. epist. 18[A], 1, 3 *Goliath* -ae lapide ictus interiit (*cf.* SVLP. SEV. chron. 1, 34, 5 misso -ā lapide). in Ier. 2, 90, 3 *σφενδονίσω* ...: 'instar -ae cum omni impetu abiciam'. *ib. iterum.* VVLG. iud. 20, 16 I reg. 17, 40. 49. 50. 25, 29 impetu et circulo -ae. I par. 12, 2 utraque manu -is saxa iacientes. II par. 26, 14. Iob 41, 19 lapides -ae (Zach. 9, 15). Sirach 47, 5. VEG. mil. 1, 16 lapides ... vel manibus vel -is iaciendos. *ibid.* lapides de -a ... destinati. *ibid.* -am portare nullus est labor. 2, 15 funditores, qui ad -as vel fustibalos lapides iaciebant. 2, 23 usus *libralium saxorum* non desiderat -am.

[Robbert]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ibid. adsuescendum est etiam, ut semel tantum -a circa caput rotetur, cum ex ea emittitur saxum. *al.* AMM. 31, 6, 3 rotatis per -as lapidibus. 31,7,14 glande -is excussa. CLAVD. DON. Aen. 9,585 p. 263,28 species plumbi . . . emissa sinu -ae. HYG. fab. 273 p. 147, 23 *ludis Peliae* Cephalus Deionis filius -a *vicit.* *significatur pars fustibali et scorpionis*: VEG. mil. 3, 14 cui *fustibalo* per medium ligatur -a de corio. AMM. 19, 7, 7 per scorpionum ferreas -as rotundi lapides acti. 23, 4, 5 pendet stuppea vel ferrea -a. 23, 4, 6 lapide rotundo -ae imposito. 24, 4, 28 reverberato lapide, quem artifex titubanter aptaverat -ae. **2** *i. q. missile, quod funda mittitur* (*nonnulla possis referre ad 1*): CAES. Gall. 4, 25, 1 *a navibus* -is sagittis tormentis hostes propelli (*cf.* 7, 81, 2 -is sagittis lapidibus nostros de vallo proturbare. civ. 1, 26, 1 eminus -is sagittis reliquisque telis pugnabatur. LIV. 38, 46, 4 -is sagittisque [CVRT. 7, 6, 2. 8, 2, 22 SEN. epist. 82, 24 FLOR. epit. 2, 11, 5]). Gall. 5, 35, 8 in adversum os -a vulneratur. BELL. Alex. 20, 2 navigia hostium lapidibus ac -is a mole repellebant. PANEG. in Mess. 97 signata citā loca tangere -ā. LIV. 22, 49, 2 Paulus, . . . -a graviter ictus. CVRT. 3, 2, 16 equites . . . -is . . . et hastis igne duratis repellentur. SIL. 9, 337 saxis -aque alius iaculoque *ciet pugnam.* 10, 151 quem -a procul per inane voluta sopierat. EPIT. Alex. 14 *Besum* suspensum more Persarum -is necavit *Alexander.* AMM. 20, 11, 12 lapidum crebritas atque -arum. 20, 11, 17 -is telisque igniferis *incessebantur Persae.*

II *res fundae similes*: **1** *i. q. genus retis infundibuli formam habentis et glandibus plumbeis gravati* (*cf. Blümner, Röm. Privataltert. p. 531.* GLOSS. -a retia linea. V 209, 12 *al.* iaculum: genus retis piscatorii, qui et -a appellatur): *de etym.: a* fundere *derivat* SERV. georg. 1, 141 *v. l. 30. a* fundus: ISID. orig. 19, 5, 2 -a genus est piscatoriae retis, dicta ab eo quod in fundum mittatur. VERG. georg. 1, 141 alius latum -a iam verberat amnem (*cf.* SERV. *ad l.* genus retis, dictum a fundendo, id est retiaculum qui dicitur *βόλος*). AVSON. 393, 56 et iacula et -as. **2** *t. t., circulus auri vel alterius metalli, quo gemma includitur* (*Blümner, Röm. Privataltert. p. 260 adn. 4*): PLIN. nat. 37, 116 praestantiores *gemmae* -a cluduntur (*cf.* 37, 126 hae -a includuntur perspicuae). **3** *i. q. pera, sacculus, in quo pecunia et alia geruntur* (*Graecis litteris et terminatione v. l. 40*): PAPYR. Hamburg. I 10, 34 *καὶ φούνδανα* (*cf.* 10, 38). MACR. sat. 2, 4, 31 demissa in -am pauperem manu paucos denarios protulit. INSCR. Revue archéol. 9 (1907) p. 354 n. 29 *ἐάν τις ἔχων χαλκὸν μὴ παραδείξῃ ἤτε ἐν φούνδῃ ἤτε ἐν καμπίστρῳ αὐτὸν αἰτιάσεται.* **4** *i. q. fascia ventralis: de formis: plerumque graecis litteris scriptum. φεῦνδα v. l. 44.* EXC. Bob. gramm. I 554, 33 ventrale *φοῦνδα.* GLOSS. II 206, 3 ventrales (-e *g*) *κοιλιόδεσμος φοῦνδα.* III 21, 36 *φοῦνδα* ventrales. 92, 70 -a ventrales. 323, 31 *φεῦνδα* ventralis. II 548, 65 ventrale. *φοῦνδα.*

fundābilis, -e [*a* fundare, fundus. *Th.*]. *i. q. firmus, fundatus, stabilis*: MAX. TAVR. serm. 29 p. 907[B] fide -is *Stephanus.*

***?* fundālis,** -e *v.* funalis *p. 1545, 43* PRVD. psych. 293.

fundāmen, -inis *n.* [*cf. c.* fundamentum. *Th.*]. *cf.* DIOM. gramm. I 407, 18 a -e funditus. GLOSS. basis: -n. -n: fundamentum. *legitur apud* VERG. OV. MANIL. -a *et* -e, *tum denuo invenitur inde ab* ARNOBIO. [*dubia*: COMM. apol. 265 lapis immissus ipse est in -a (fundamenta *cod.*) Sion. 1027 terra tremens laxat fu⟨ndamina tota⟩.]

I *proprie de rebus corporeis*: **A** *de rebus exstructis, aedificatis*: **1** *favorum: i. q. πρόπολις*: VERG. georg. 4, 161 prima favis ponunt -a *apes* (*cf.* SERV. *ad l.* id est propolin collocant, duriorem ceram *eqs.* AMBR. hex. 5, 21, 69 de floribus, de herbis dulcibus -a castrorum prima ponuntur. SALV. gub. 4, 9, 43 apes, cum -a [*BTtv*, fundamenta *A*] favis ponunt). *cf.* VEN. FORT. vita Pat. 10, 32 spelunca . . . tantum coepit nobilis floris odore fraglare, ut velut de patris -e matrisque alveario . . . monachorum plurima funderentur examina. **2** *aedificiorum, murorum sim.: i. q. ima atque eadem firmissima pars*: OV. fast. 4, 835 iaciunt -a *muri* cives (PRVD. psych. 825 *trop.* metatura novum iacto -e templum *Concordia.* CORP. VIII 12285 porticu iactis fundaminibu(s) renovata). HIL. in psalm. 128, 10 *trop. aedificia* harenoso aedificata -e . . . efficiunt ingentem ruinam. IVVENC. 1, 716 viro solidis -a saxis ponenti. 1, 720 haerent immotae . . . -a petrae. ARNOB. nat. 6, 7 ex -um *Capitolii* sedibus caput hominis evolutum. AVSON. 300, 19 constructa moles saxeo -e *theatri.* VINC. VICT. ap. AVG. anim. 2, 4, 8 *habitationem* tecto tremere aut nutare pariete aut labare -e. AVG. civ. 18, 26 p. 290, 21 D. prima coepta -a *templi.* CYPR. GALL. Ios. 168 pignore multandus primo -a propter. ALC. AVIT. hom. 21 p. 137, 15 (*trop.*) firmissimo aliarum aedium -e cacumina nostra tutiora sunt. FVLG. aet. mund. p. 138, 16 turrem . . . famoso ambitu -e destinatam. p. 139, 18. 168, 3. INSCR. christ. Rossi II p. 151, 26, 4 hanc aulam domini formans -e claro. **3** *turbinis ima pars*: EVSTATH. Bas. hex. 5, 10 p. 920[C] sicut turbo pineus, acuto . . . -e semel defixus semet ipse circumfert (*πήξαντες τὸ κέντρον*).

B *de rebus naturalibus*: **1** *de caelo terra eiusque partibus*: OV. met. 5, 361 ambibat Siculae . . . -a terrae *Pluto.* MANIL. 1, 728 an . . . in cuneos alti cogat -a caeli. CLAVD. 26, 347 mons . . . tepidis -a subruit astris pendenti male fida solo. rapt. Pros. 2, 164 effossi subter -a campi transilit *miles muros.* AVG. civ. 22, 11 p. 587, 8 D. ut . . . haec (*sc. terra*) . . . imi velut -is mundi locum obtineat. serm. ed. Mai 28, 4 molis suae nutante -e fluctuabunda commotione iactatur *terra.* EVSTATH. Bas. hex. 1, 8 p. 876[B] sive . . . aerem dixeris eius (*terrae*) subesse -i (*πλάτει*). **2** *de pedibus*: EVSTATH. Bas. hex. 9, 5 p. 962[C] -a gressuum *elephantorum i. pedes* (*τὰ κάτω*). **3** *de radicibus arborum*: EVSTATH. Bas. hex. 5, 7 p. 917[A] *radices* velut -a (*θεμελίους*) quaedam natura subiecit.

II ***translate,*** *de rebus incorporeis*: **1** OV. met. 14, 808 -e magno res Romana valet. 15, 433 *Dardania Roma* mole sub ingenti rerum -a ponit. EDICT. imp. Constant. Hil. coll. antiar. A VIII p. 94, 1 salus omnium . . . populorum hoc -e roboretur. ZACCH. 3, 1 verae salutis certa -a. OROS. hist. 2, 17, 14 haec prima -a recuperatae libertatis instaurant. CASSIAN. conl. 16, 6, 1 prima . . . verae amicitiae . . . -a. AVELL. p. 100, 23 tam caduco ac nullo -e criminationis. p. 622, 17 -a principatus. FVLG. aet. mund. 156, 2 cuncta bonorum operum . . . didicit exstirpare -a *inoboedientia.* **2** AVG. c. Iul. op. imp. 6, 35 ex hoc . . . quasi -e tota ratiocinationis tuae structura consurgit. CASSIAN. conl. 9, 3, 2 iacienda primum profundae humilitatis (inst. 12, 32, 1 GREG. M. moral. 34, 51) inconcussa -a. 10, 8, 3 non dubito quaedam institutionis inesse -a. SACR. Leon. p. 331 in veritatis tuae -e. **3** *apud* ECCL. *de ecclesia i. q. basis, 'Grundlage'*: ARNOB. nat. 3, 1 veritatis propriae -bus nititur *religio Christiana.* HIL. syn. 2 o firmam fidelis petrae -e domum! trin. 5, 35 hinc euangelicae domus sunt ponenda -a. AMBR. (in psalm. 118 serm. 19, 44 nos . . . opus nostrum aedificemus supra fundamentum testimoniorum caelestium, . . . ut aeterno maneat nixum -e) epist. 2, 1 inconcusso adversum impetus saevientis sali perseverat -e *ecclesia.* HIER. in Gal. 4, 1—2 p. 446 in apostolorum -e constiterunt *patriarchae.* 4, 15—16 p. 461 nequaquam iacta -a. LEO M. epist. 103 p. 992 *Petrus* Ecclesiae -n et petra fidei nuncupatur (*cf.* CORP. XI 260, 12 -n Petrus, Petrus fundator et aula⟨e⟩). GREG. TVR. vit. patr. 3 prol. ISID. in exod. 56, 10 et bases, id est prophetae, suo -e structuram gestantes Ecclesiae.

fundāmentālis, -e. *ad fundamentum pertinens*: HIER. in Iob 38 p. 747[B] ipse *lapis* (*sc. Christus*) est . . . non solum -is, sed et angularis (AVG. serm. 337, 4 lapis ille -is). *adv.* **fundāmentāliter:** *i. q. funditus, prorsus*: SIDON. epist. 3, 8, 2 natione . . . Romanas vires . . . -r eruente.

***fundāmentum,** -ī *n.* [*ab* 1. fundare. *Th.*]. *de etymologia*: ISID. orig. 15, 8, 1 -um dictum quod fundus sit domui (*cf.* 19, 10, 2 -um dictum, quod fundus sit aedificii. *cf.* VARRO ling. 5, 37 *p. 1552, 27.* GREG. M. moral. 26, 68). *de formis: legitur abl. in* -ibus: INSCR. christ. Rossi suppl. 1704 (*a. 394*) p. 101 locum a -ibus marmore . . . adornavit. *de notione*: GLOSS. *θεμέλιος. θεμέλιον.* -a *θεμέλιοι. θεμέλια.* V 611, 49 sugrudia: -a. *legitur inde a* PLAVTO *apud scriptores totius fere latinitatis. nota pluralem persaepe inde a* CATONE *usurpatum pro singulari.*

I *proprie de rebus corporeis:* **A** *de rebus aedificatis, exstructis*: **1** *aedificiorum, murorum sim., item totarum urbium vel terrarum: i. q. ima atque firmissima pars, qua cetera nituntur, κρηπίς, κρηπιδῶν, κρηπίδωμα* (*cf. Blümner, Technol. 3, 133; Röm. Privataltert. p. 9*): PLAVT. Most. 148 (*trop.*) non videor mihi sarcire posse aedes meas, quin . . . cum -o perierint. CATO agr. 14, 4 -a *villae* supra terram pede. 14, 15 sesquipedalem parietem -a faciat (18, 3 -a bona facito alta p. v. 18, 5. 6. 7. LEX vici Furf. Corp. I[2] 756, 4 utei extrema ⟨f⟩unda⟨menta sunt⟩ *templi* [*corrupta em. Mommsen*]. CORP. I[2] 1522 ce(n)s(ores) -a murosque ab solo faciunda coeravere . . . in terram -um est pedes altum XXXIII. 1523. 1524. 1525. 2271 pilas III et ⟨. . . a⟩ -t(o) ex caement(is) faciunda coeravere. *formula* a -o *vel* -is: *v. l. 79. p. 1551, 44 sq.* VITR. 1, 5, 1 LIV. 1, 53, 5). RHET. Her. 4, 15, 22 *Fregellarum* nunc vix -orum reliquiae maneant. 4, 50, 63 insanire et in isdem -is aedificare. Q. CIC. epist. 16, 27 tabernarum Cossutianarum -a. CAES. civ. 2, 11, 3 milites vectibus infima saxa turris hostium, quibus -a continebantur, convellunt (COLVM. 1, 4, 10 torrens). VARRO ling. 5, 41 cum -a foderentur aedis Iovis. VERG. Aen. 1, 428 alta theatri -a locant alii (4, 266 PLIN. nat. 36, 95 MARCELL. chron. II p. 100, 518, 3. *cf.* col-: TERT. resurr. 42 p. 87, 24). 2, 611 Neptunus muros magnoque emota tridenti -a quatit (RVFIN. Greg. Naz. orat. 4, 3, 4 p. 145, 12). VITR. 1, 3, 2 cum fuerit -orum ad solidum depressio. 1, 5, 6 -um muri deprimendum est intra alveum fossae. 1, 5, 7 cum . . . -a ita distantia inter se fuerint constituta, tunc inter ea alia transversa, coniuncta exteriori et interiori -o, . . . collocentur. 2, 7, 5 a tempestatibus tacta laesa *saxa* . . . in -a coiciantur. 2, 9, 10 in palustribus locis infra -a aedificiorum palationibus crebre fixa *alnus* . . . permanet. *al.* LIV. 1, 12, 4 in Palatio prima urbi -a ieci (CVRT. 5, 1, 29 SEN. dial. 12, 7, 5 epist. 89, 21. 122, 8 COLVM. 1, 5, 10 TAC. hist. 3, 72 SVET. Cal. 22, 4 *passim*). 1, 38, 7 aream ad aedem in Capitolio Iovis . . . occupat -is. 1, 55, 5 aperientibus -a templi. 1, 55, 7 *opp.* culmen. 1, 55, 8. 24, 34, 14 saxum, cui imposita muri -a sunt. 42, 15, 5 semitam paulum extantem a -o. frg. 22 oppidi turris . . . subrutis -is dehiscere ingentibus rimis. VAL. MAX. 2, 4, 5 qui -orum constituendorum gratia terram ad solidum foderent. CVRT. 4, 3, 10 totum opus *aggeris* quod stipitibus fuerat innixum, -o lapso sequebatur. 5, 1, 31 XXX pedes in terram t⟨ur⟩rium -a demissa sunt (*cf.* SEN. epist. 52, 5 in mollem et fluvidam humum missa. SI-

[Robbert]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

DON. epist. 2, 11, 1 *p. 1552, 61 et* LACT. mort. pers. 2, 4 *p. 1554, 32*). 7, 5, 33 ut deicerent, -a murorum ab imo moliuntur. SEN. benef. 3, 29, 5 innituntur -is suis templa. 7, 31, 5 -a tepente adhuc area ponimus (SIL. 13, 321 VLP. dig. 43, 24, 11, 5 PALLAD. 1, 8, 2 VVLG. I Esdr. 5, 16. 6, 3. *cf.* AVG. civ. 20, 1 p. 405, 16 D.). SEN. nat. 2, 9, 2 sparsio ... ex -is mediae harenae crescens. 3, 27, 6 in imum usque receptis aquis -a desidunt. epist. 91, 10 in Achaia clarissimarum urbium iam -a consumpt . COLVM. 1, 5, 9 cum ex depressiore loco fuerint orsa -a. 1, 6, 5 ut nec -a parietum corrumpantur (TAC. hist. 1, 86). PLIN. nat. 28, 15 in Tarpeio fodientes delubro -a. 35, 159 coctilibus laterculis -isque. 36, 73 in terram ... acta -a *obelisci*. STAT. silv. 3, 1, 120 immergere ... -a solo. SIL. 1, 447 -a deum (*sc. urbis a deo Hercule conditae*) ... cernis. 15, 418 primum orsi Carthaginis altae -a. QVINT. inst. 1 praef. 4 (*trop.*) operum fastigia spectantur, latent -a. TAC. hist. 4, 53 iniectae -is *Capitolii* argenti ... stipes. ann. 4, 55 vivoque in saxo -a templi *esse*. 4, 62 -a *amphitheatri* per solidum subdidit. 13, 31. APVL. met. 1, 10 cum tota domo, id est parietibus et ipso solo et omni -o. 2, 12 qui -a moenium perpetuet. ITALA (Tert. adv. Marc. 5, 6 p. 591, 10 Firm. err. 20, 21) *et* VVLG. Is. 28, 16 immitto (inicio Tert.) in (*om.* Tert., in -is VVLG.) -a Sion lapidem pretiosum (in -o fundatum *add.* VVLG.). IVST. 18, 5, 15. 28, 2, 10 PANEG. 4 (9), 18, 4. CARM. epigr. 893, 4 (*ca. a. 354*) moenibus ipse *Constantius* locum dixit duxitque recenti -a solo. PALLAD. 1, 8, 2 *ter*. 1, 39, 5. 12, 15, 2 si umidus locus, ad accipienda -a palandus est. CORP. III 10596 (*a. 365/7*) muros cum tur⟨r⟩ibus ... a rudimentis -orum consurgere imperarunt. AMBR. hex. 1, 4, 12 in aedificanda domo initium -um est. PAVL. MED. bened. 2, 3 per cuniculos -a murorum destruere (VVLG. Ezech. 30, 4 *Aegypti*). VVLG. lev. 5, 9 ad -um eius *altaris*. 8, 15. III reg. 5, 17 templi. 7, 9 psalm. 136, 7. prov. 10, 25 iustus ... quasi -um sempiternum. Sirach 3, 11 maledictio ... matris eradicat -a. Ier. 51, 26 non tollent de te lapidem in angulum et lapidem in -a. thren. 4, 11 devoravit -a eius *Sion dominus*. Hab. 3, 13 denudasti -um eius *domus impii* usque ad collum. Luc. 6, 49 aedificanti domum suam super terram sine -o. act. 16, 26 ut moverentur -a carceris (SERV. Aen. 2, 610 ipsi *Neptuno* ... -a *murorum* sunt consecrata, cuius et moventur arbitrio). Rom. 15, 20 ne super alienum -um aedificarem. VEG. mil. 2, 11 muris ... intra -a perfossis. 4, 15 ad subruenda murorum ... -a. AMM. 20, 6, 3 ad -a parietum ... subvertenda. 24, 4, 21 ima penetrasse -orum *cuniculis*. 28, 2, 6 fodere ... -a *munimenti*. RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 73 p. 57, 5 domus, cuius -a non usque ad soliditatem petrae deducta sunt. 7, 18, 6 p. 229, 13 Hierosolymorum ad -a usque destructio. SVLP. SEV. Mart. 14, 6 dum profanam aedem usque ad -a dirueret. SIDON. epist. 1, 5, 3 a -is *pontium* ad usque aggerem. ALC. AVIT. hom. 18 p. 126, 24 sine -o. CORP. VIII 23849 (*saec. IV*) a -is coeptum *aedificium* ex⟨truxit⟩. 24047 aram cum ⟨fu⟩ndamentis. 24106[a]. X 3750 diaeta ... cum suis parietibus et -is huic monumento cedet. XIV 2542 sub fund⟨amentis⟩.

2 *favorum*: PLIN. nat. 11, 16 prima -a commosin vocant periti *eqs.* PS. QVINT. decl. 13, 18 primum tenacibus vinculis -a suspendunt *apes* (*cf. p. 1549, 56*).

B *de rebus naturalibus*: **1** *de primordiis rerum*: LVCR. 1, 573 funditus omnis principio -i natura carebit. 2, 863 immortalia si volumus subiungere rebus -a. CHALC. comm. 292 nec ullam ... qualitatem propriam fore censet -i rerum omnium silvae *Zeno*. **2** *de corpore animantium eiusque partibus: i. q. pars firmissima, principalis, quae cetera continet*: LVCR. 3, 586 penitus quia mota loco sunt -a (*cf. Epicuri frg. 61 Us.* ἐξ ἕδρας τὰ σώματα μεθιστάναι). MANIL. 5, 133 *Amalthea* Tonanti -a dedit *nutriendo*. TERT. anim. 15 p. 321, 5 nec circa cerebri -um *cubare principale illud* (*cf. Aet. plac. p. 391 Diels:* βάσις). *aliter* SOL. 52, 43 quodam quasi -o (praesidio *SAP*[2]) utitur *psittacus rostro* extraordinariae firmitatis. **3** *de terra, caelo, mari, montibus sim.* (*modo praevalet ea significatio, quae est 'ima pars', modo ea, qua est 'firmissima pars'*): AETNA 172 hinc saevo quassat hiatu -a soli *venti rabies* (PROB. Verg. georg. 2, 478 ventis inclusis exitum quaerentibus terrae -a quassantur). 201 volvuntur ab imo -a *Aetnae*. MANIL. 3, 507 stent -a (*i.* ὑπόγειον) sub imo (*v. Housman ad l.*). 3, 597 [pr]imaque tricenos bis -a per annos censentur. SEN. nat. 3, 27, 9 magnarum promontoria regionum, quae -is lab[or]antibus a continenti recesserunt. 6, 1, 10 quis enim illis promittit melioribus -is hoc aut illud solum stare? 6, 14, 4 in ipsam ... cavernam -o spoliata considit *terra*. COLVM. 2, 4, 6. VAL. FL. 2, 31 trux ille *Typhoeus* eiectat adesi -a iugi *Aetnae*. ITALA Is. 14, 15 (Cypr. epist. 59, 3) tu vero ad inferos descendes in -a terrae (θεμέλια. psalm. 139, 9 [Clem. ad Cor. 28] si ibo in -a terrae. COMM. instr. 2, 29, 18 FIRM. err. 27, 3 VVLG. Iob 38, 4 psalm. 81, 5 prov. 8, 29 Mich. 6, 2). SOL. 53, 5 mare depressum adeo, ut nullae ... ancorae ad profundi illius -a potuerint pervenire. FIRM. math. 5 praef. 3 terrae soliditatem immoto -orum robore (labore *O*) roborasti *o deus*. err. 24, 2 terra ... -orum suorum stabilitate concussa. HIL. in psalm. 64, 10 maris (GAVDENT. serm. 21 p. 913) -a turbantur. AMBR. hex. 1, 4, 12. ITALA (Lugd. *al.*) *et* VVLG. deut. 32, 22 montium -a (VVLG. II reg. 22, 8 psalm. 17, 8). VVLG. Iob 36, 16 salvabit te de ore angusto et non habente -um subter se (*cf.* GREG. M. moral. 26, 68). Is. 14, 19 descenderunt ad -a laci. DRAC. laud. dei 1, 155 *aridam materiem* portant ceu -a liquores. **4** *de toto mundo eiusque partibus i. q. firmissimum quoddam, quo res nituntur, fulciuntur*: SEN. nat. 1, 1, 10 sine -o et sede certa sunt *stellae*. 6, 1, 5 si hoc, quod -um quidam orbis esse dixerunt (*sc. terra*), discedit ac titubat (VVLG. II reg. 22, 16. *cf.* psalm. 17, 16). frg. 16 *deus* cum prima -a molis pulcherrimae (*sc. mundi*) iaceret (CHALC. transl. 31 ignem terramque corporis mundani -a iecit deus). CHALC. comm. 123. FAV. EVL. p. 14, 27 terra ... velut -i vice defixa libratur. CLAVD. 5, 526 Chaos, qua noctis ... -a latent. EVSTATH. Bas. hex. 1, 8 p. 876[B] si quidem ipsius etiam aquae -a (ἕδρα) quaerenda sunt. **5** *de arboribus et herbis*: **a** *de radicibus arborum*: COLVM. 3, 10, 11 *vitis* primum radices velut quaedam -a iecit. 4, 1, 5 altiore -o stabilienda sit *vitis*. 4, 2, 2 ut quaeque vitis suis radicibus tamquam propriis -is innitatur. 4, 3, 5. 4, 24, 4. **b** *de spica i. q. fultura*: TERT. resurr. 52 p. 108, 2 granum ... sine -o spicae. **c** *de semine i. q. origo*: CHALC. comm. 23 ut ... illis, quae lege naturae procreantur, -a sunt semina. **6** *i. q. fundus, praedium*: FIRM. math. 2, 19, 5 hic locus ostendit nobis parentes, patrimonium, substantiam, -a mobilia (*cf. p. 1553, 24*). 2, 20, 13 domicilium, -a. 3, 10, 2 -orum multorum ... dominos. 4, 3, 1. 4, 12, 5 multorum -orum dominia (5, 3, 12. 55. 5, 4, 11). 6, 33, 6 de domorum aut -orum proprietatibus.

II *translate de* ***rebus incorporeis*** (*propria significatio hic illic sublucet*): **A** *spectat ad hominem*: **1** *de vita privata et publica eiusque condicionibus: i. q. firmissima pars, fultura,* βάσις, θεμέλιον: PLAVT. Most. 121 *parentes* -um substruunt liberorum (*comparatur vita hominis cum domo*). VARRO ling 5, 37 ager, quod videbatur pecudum ac pecuniae esse -um, fundus dictus. rust. 2, 1, 11 nam omnis pecuniae pecus -um. PS. VARRO sent. 25 precarium habet -um, qui ex alienis pendet. LVCR. 5, 1121 ut -o stabili fortuna maneret. CIC. Cluent. 146 *lex* -um libertatis (Balb. 31 haec sunt enim -a firmissima nostrae libertatis, sui quemque iuris et retinendi et dimittendi esse dominum. AMM. 14, 6, 5). leg. agr. 2, 29 ita ... ab his initiis (Sest. 5 SEN. epist. 124, 6) -isque nascuntur *xviri*, ut *eqs.* 2, 80 -um vectigalium *agrum*. Catil. 4, 13 ad evertenda rei publicae -a (Phil. 5, 30 ieci sententia mea ... -a rei publicae [6, 1 epist. 12, 25, 2]. PANEG. 6 [7], 2, 4 leges ... dicuntur -a rei publicae). Sull. 30 his -is ... adulescentiae iactis (*v. l. 79. p. 1550, 75*. Marcell. 25 tantum abes a perfectione maximorum operum, ut -a nondum ... ieceris. Phil. 1, 1 nat. deor. 3, 5 epist. 10, 29 IVST. 9, 8, 21. 15, 4, 20). Sest. 98 huius ... otiosae dignitatis haec -a sunt. Pis. 9 his -is positis consulatus tui (SEN. epist. 13, 16 vitae). leg. 1, 43 natura propensi sumus ad diligendos homines, quod -um iuris est. Cato 62 senectutem ..., quae -is adulescentiae constituta sit. off. 2, 71 -um ... est perpetuae commendationis et famae iustitia. ad Q. fr. 1, 1, 18 sint haec -a dignitatis tuae. MANIL. 2, 823 -a tenet rerum *proximus caeli locus* (*v. Housman ad l.*). 3, 98 -a domus *i. opes*. VAL. MAX. 1, 6, 4 quae victoria futurae eius amplissimae potentiae gradus et -um extitit. SEN. epist. 87, 41 paupertatem, -um et causam imperii *Romani*. PLIN. nat. 15, 78 sidentia imperii -a ... Curtius ... expleverat. GELL. 12, 5, 7 -um ... conservandae hominum perpetuitatis. APVL. met. 1, 2 originis maternae nostrae -a a Plutarcho ... prodita gloria⟨m⟩ nobis faciunt. Plat. 2, 26 originis *civitatis* principia et -a disponit *Plato*. TERT. nat. 1, 7 p. 68, 14 habet ... grande -um de vitio ingenii humani *fama*. IVST. 7, 1, 12 primus *Caranus* ... crescenti ... regno valida incrementorum -a constituit. PANEG. 10 (4), 10, 2 *concordiam* esse -um ac radicem otii. HIER. epist. 49, 7, 2 si -um matrimonium et aedificium vel culmen perpetuam castitatem *diximus*. VVLG. Is. 58, 12 -a generationis et generationis suscitabis. VEG. mil. 1, 7 vires regni et Romani nominis -um. VAL. CEM. hom. 6, 1 amicitiarum -a destruere. *cf.* SIDON. epist. 2, 11, 1 missa -a certantis amicitiae. *nota imprimis in re iudiciaria: i. q. ea pars, quibus cetera innituntur*: CIC. Cluent. 30 hoc uti initio ac -o defensionis, Oppianicum, hominem sceleratissimum et nocentissimum, esse damnatum (Cael. 5 videor mihi iecisse -a defensionis meae, quae firmissima sunt, si nituntur iudicio suorum. Mur. 14. 58 quod est -um [firmamentum *codd. dett.*] ac robur totius accusationis. Scaur. 21 PLIN. epist. 4, 9, 4). Flacc. 4 cui causae -a iaciantur ... non videtis (Phil. 4, 1 actionum. *cf. l. 38. p. 1550, 75*). Cael. 30 nullum est ... -um horum criminum, nulla sedes. QVINT. decl. 343 p. 354, 10 hactenus causa -a cepi[sse]t. 355 p. 387, 13 depositas, quae nullis -is niterentur, actiones. APVL. apol. 68 ipsum fontem et -um iudicii huiusce diligentissime cognoscatis. *apud iuris peritos i. q. gravissimum*: GAIVS inst. 2, 229 velut caput et -um intellegitur totius testamenti heredis institutio. *i. q. origo*: COD. Iust. 8, 53, 34, 4 (*a. 529*) an ex totius stipulationis -o et fonte eius ... unam esse eam dotationem putandam. *de genitura*: CENS. 11, 4 nec immerito senarius -um gignendi est. 11, 5 lacteum illud conceptionis -um. *ibid.* initium formati hominis et velut alterum maturescendi -um. FIRM. math. 3, 1, 18 quia ex hoc loco totius geniturae -a colligimus. *i. q. initium, fundatio*: SEN. contr. 2, 1, 17 a -is urbis.

2 *de ingenio et mente humana i. q. id, quo cetera innituntur, 'Grundlage'*: SEN. contr. 1 praef. 21 in illo *Latrone* cum omnes oratoriae virtutes essent, hoc -um superstructis tot et tantis molibus

[Robbert]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

obruebatur. SEN. dial. 3, 20, 2 in ruinam prona sunt, quae sine -is crevere. 6, 2, 3 (*anteced. imag.*) nulli cessura ponderi -a. 8, 5, 5 acies nostra ...-a vero (*dat.*) iacit. epist. 10, 3 habent hae voces -um. 23, 1 *bonae mentis* -um quod sit quaeris. *ibid.* -um hoc esse dixi: culmen est. 23, 5 quodcumque invecticium (invent- *codd.*) gaudium est, -o caret. 52, 6 (*anteced. imag.*) quaedam ingenia ... in -is suis occupata. PS. APVL. Ascl. 16 -um est ... disciplinae in summa bonitate consistens. TERT. pudic. 18 p. 260, 27 hoc ... -um opinionis vestrae usquequaque pulsandum est. FIRM. math. 6, 11, 3 integra mentis et consiliorum -a. CHALC. comm. 160 tunc demum ... firmis erit -is locata Platonis sententia. VVLG. Tob. 4, 2 ea *verba* in corde tuo quasi -um construe. COD. Iust. 1, 17, 2, 11 (*a. 533*) totius eruditionis prima -a atque elementa ponere. GREG. TVR. vit. patr. 17 prol. credulitatis. GREG. M. moral. 5, 85 -um mentis lividae profundius suffoditur. *spectat imprimis ad virtutes ac vitia: i. q. origo, fons, ex quo cetera nascuntur, ἀρχή*: CIC. Planc. 29 pietas -um est omnium virtutum (PANEG. 4 [9], 8, 2 litteras. AVG. serm. ed. Mai 161, 4 *sicut* albedo -um colorum, sic et fides virtutum). rep. 4, 4 ita sunt alte repetita quasi -a quaedam verecundiae. fin. 2, 72 *virtutum* -a vos in voluptate tamquam in aqua (*v. vol. I p. 362, 14*) ponitis. off. 1, 23 -um ... est iustitiae fides. 1, 31 (1, 42 POMER. 3, 21). ad Brut. 1, 17, 2 *novi* mali auctor ... -um et radices habituri altiores. SEN. contr. exc. 2, 7 muliebrium vitiorum -um avaritia est. SEN. dial. 7, 15, 4 non das virtuti -um grave, immobile. QVINT. inst. 12, 6, 2 -a iaciuntur impudentiae (TERT. pudic. 20 paenitentiae. PASS. Petr. 4 castimoniae. HIER. epist. 130, 11, 1 sanctae conversationis). TERT. pudic. 1 p. 219, 4 pudicitia ... -um sanctitatis. 17 p. 258, 17 -a *moechiae* ab apostolo effossa (effusa *cod.*). RVFIN. hist. 2, 17, 16 continentiam ... velut -um (*θεμέλιον*) quoddam primo in anima collocant *eqs.* MART. BRAC. superb. 1 vana gloria, ex cuius -o ruinosa illa superbiae celsitudo producitur.

B *spectat ad artes et litteras, librorum compositionem*: **1** *generatim: i. q. initium, principium, βάσις*: CIC. leg. 1, 26 intellegentias †enudavit *natura* quasi -a quaedam scientiae (FIRM. math. 6, 32, 1 BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 22 p. 66, 22). nat. deor. 1, 44 quod ... -um huius quaestionis est, id praeclare iactum videtis (SEN. dial. 12, 17, 4 disciplinarum omnium. LACT. inst. 4, 5, 10. 7, 1, 1 FIRM. math. 1, 7, 1. 5 praef. 1 DON. Ter. Andr. 28 HIER. in Ezech. 5, 16 p. 175 lib. 7, 24 p. 279). div. 2, 2 cum ... -um esset philosophiae positum in finibus bonorum et malorum (SEN. nat. 3 praef. 1 magnarum rerum. SEDVL. op. pasch. 1, 1 p. 177, 14). MANIL. 3, 207 -a ruunt artis *astrologicae*. SEN. epist. 31, 1. 88, 27 non est ... ars sui iuris, cui precarium -um est. GELL. 14, 1, 20 si *astrologia* ... -o aliquo veritatis nixa est. CHALC. comm. 355. HIER. tract. in psalm. I p. 222, 29 quasi -um est et *ὑποστήριγμα* ascendentibus ad maiora. in Is. 6 praef. p. 233 ut super -a historiae ... spirituale extruerem aedificium (in Ion. prol. p. 389/90). epist. 58, 9, 2. 64, 19, 1 (*in interpret. allegor.*) quaedam futurae domus stravimus -a. RVFIN. Orig. princ. 1 praef. 10 velut elementis ac -is huiusmodi uti (*cf.* apol. Orig. 58). hist. mon. 1 p. 391[A]. AVG. serm. ed. Mai 7, 2 subtracto -o in aere velle aedificare. CASSIOD. gramm. VII 213, 11 origo et -um liberalium litterarum *ars grammatica*.

2 *speciatim*: **a** *in grammatica et rhetorica: i. q. initium, principium*: VARRO ling. 9, 63 analogiae -um esse obliviscuntur naturam et usum (10, 72 omnis analogiae -um similitudo quaedam). 10, 3 *similitudo et dissimilitudo* est -um omnium declinationum ac continet rationem verborum. 10, 51 analogia -a habet aut a voluntate hominum aut a natura verborum aut re utraque. 10, 60. CIC. inv. 2, 19 hic locus *causae* sicut aliquod -um est huius constitutionis (*cf. p. 1552, 62 sqq.*). de orat. 2, 63 haec ... -a (*sc. historiae scribendae*) nota sunt omnibus. ipsa autem exaedificatio posita est *eqs.* 3, 151 hoc quasi solum quoddam atque -um est: verborum usus et copia bonorum. sed quid ipse aedificet orator (*cf.* Brut. 258 solum ... et quasi -um oratoris vides, locutionem emendatam et Latinam). orat. 70. part. 31 narratio est ... quaedam quasi sedes et -um constituendae fidei. opt. gen. 5 earum omnium rerum ut aedificiorum memoria est quasi -um. COLVM. 3, 3, 1 velut quoddam -um iacere disputationi futurae. QVINT. inst. 12, 8, 1 orationis. *add.*: TERT. orat. 10 p. 187, 13 praemissa legitima et ordinaria oratione quasi -o. *de verbi stirpe, quae vocatur*: VLT. SYLL. gramm. IV 239, 35 primae verborum syllabae in -o, non in declinationis flexibilitate consistunt. **b** *in philosophia (v. etiam p. 1552, 53): i. q. initium, origo, βάσις*: LVCR. 4, 506 -a, quibus nixatur vita salusque *sensus*. CIC. fin. 4, 42 rerum illarum pulchrarum ... -a subducere *sensus*. ac. 2, 37 paulo ante iacta sunt -a, *sc. quaestionis* (*cf.* CHALC. comm. 217 dogmatis). ac. 2, 40 rationis. 2, 95 dialecticae. SEN. epist. 58, 6 *οὐσία*, res necessaria, natura continens -um omnium. TERT. anim. 18 p. 329, 26 videtur intellectus duce uti sensu et auctore et principali -o. CHALC. comm. 23 ut ... illis, quae lege naturae procreantur, -a sunt semina (*v. p. 1552, 17*), ita eorum, quae deus instituit, -a sunt causae. 290. 291 essentiam ... operis esse -um. 292 rerum omnium silvae. transl. 46[D] licet ... corporea sint -a omnium sensuum. BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 2 p. 6, 7 accidens ... sine aliquo substantiae -o esse non potest (*cf.* 1, 6 p. 16, 1). 2, 28 p. 128, 5 accidentis. *huc fortasse referendum*: CIC. off. 3, 101 pervertunt homines ea, quae sunt -a naturae, cum utilitatem ab honestate seiungunt. **c** *in mathematicis, item in harmonia: α usurpatur in imagine*: CHALC. comm. 32 geometrica vicem obtinet -orum, cetera (*arithmetica et harmonica*) vero substructionis. *β i. q. primus numerus*: FAV. EVL. p. 7, 11 ut monas in primo versu, sic in secundo decas obtinet -um. BOETH. arithm. 1, 10 p. 23, 20. 2, 15 p. 99, 8 *coniunct.* radices (2, 16 p. 99, 22). *in harmonia, de sonis, quibus nititur cantus*: CHALC. comm. 44 hi ... soni prima sunt -a cantus (*cf.* FAV. EVL. p. 15, 9).

C *spectat ad actiones*: COLVM. 3, 5, 4 quasi -um est *vineta faciendi* probatissimum genus stirpis deponere. FRONTIN. aq. 2 neque ... ullum omnis actus certius -um, *quam nosse quod susceperis*. *c. gerund.* (*cf. p. 1552, 51*): CIC. epist. 1, 9, 12 -a iacta ... confirmandi senatus. VARRO ling. 5, 95 standi -um pes.

D *apud scriptores ecclesiasticos: de fide, ecclesia, Christo sim.: id, quo omnia innituntur, firmissimum* (*sublucet permultis locis propria significatio*): ITALA Eph. 2, 20 (Tert. adv. Marc. 5, 17 p. 637, 22) domestici dei superaedificati super -um apostolorum (*item* VVLG.; *cf.* TERT. adv. Marc. 4, 39 p. 553, 27. 28 PACIAN. epist. 3, 26). TERT. anim. 26 p. 343, 23 de tuo ... -o fidem aedifica. adv. Marc. 3, 2 p. 378, 24 paraturam desiderabat *Christus* ... substructam -is dispositionis et praedicationis. 3, 8 p. 389, 25 *mortem Christi* -um euangelii ... et salutis nostrae et praedicationis suae. 5, 6 p. 591, 8 positurus unicum -um, quod est Christus (*cf.* p. 591, 15. 18. VVLG. I Cor. 3, 11 *sq.* -um enim aliud nemo potest ponere praeter id, quod positum est, quod est Iesus Christus. AVG. civ. 15, 19 p. 98, 18 D. 21, 21 p. 526, 14. *ibid.* p. 526, 16. 21, 26 p. 539, 20 *al.* gest. Pelag. 3, 9 PASS. Andr. brev. 2). adv. Marc. 5, 17 p. 637, 25 ne et super veterum prophetarum -um (-a *al.*) aedificatio nostra constaret in Christo. COMM. instr. 1, 25, 10 *vetus testamentum* -um posterae legis. LACT. inst. 4, 21, 2 discipuli ... per provincias dispersi -a ecclesiae ubique posuerunt (*cf.* LACT. mort. pers. 2, 4. HIL. in Matth. 16, 7 o -um! trin. 6, 37 RVFIN. hist. 2, 18, 9 [*θεμελίους*]. 3, 37, 1. 5, 8, 2 AVG. serm. ed. Mai 52, 1 SACR. Leon. p. 331 OP. imperf. in Matth. 7 p. 676). FIRM. err. 20, 6 lapis ... hic sanctus, id est Christus ... fidei -a sustentat. 21, 4. HIL. dedic. eccl. p. 880[D] *trop.* haec -a sapientis architecti. myst. 1, 10, 4 p. 11, 30 Vind. Petrus, super quem ecclesiam tamquam vivo -o aedificabat *dominus*. p. 12, 10 fidei (AMBR. epist. 15, 12 AVG. civ. 21, 21 tit.). *et passim*. *nota versionem ex hebr.*: VVLG. II par. 23, 5 portam, quae appellatur Fundamenti (יְסוֹד, LXX *τῇ μέσῃ*). *de principiis Manichaeorum*: AVG. c. epist. fund. 5 p. 197, 7 librum, quem Fundamenti epistulam dicitis, ubi totum paene, quod creditis, continetur (*cf.* nat. bon. 42 p. 877, 17. 46 p. 884, 26).

E *spectat ad universitatem rerum: i. q. βάσις, qua cetera continentur*: TERT. adv. Val. 9 p. 187, 21 *Horos* est -um universitatis. ARNOB. nat. 1, 31 *deus* -um cunctorum quaecumque sunt. HIER. in Eph. 1, 4 p. 548 Paulus, ... *καταβολήν*, id est initium -i ad *deum* rettulit.

adverbialiter **a fundamento**: *i. q. ab ima parte, a primordiis*: PLAVT. Rud. 539 a -o mi usque movisti mare. *cum verbis extruendi, aedificandi*: CORP. I[2] 2271 pilas II et ⟨... a⟩ -(o) caement(icia) faci(unda) coeravere. III 7450 (*a. 258*) portam praetoriam cum turre a -o ... fabricavit. VIII 21 a -o erexit *monumentum*. X 846 aedem Isidis terrae motu conlapsam a -o ... restituit. *adv.* cum -o: *i. q. prorsus*: PLAVT. Most. 148 *v. p. 1550, 51*. **a fundamentis** (a -a *l. 74*). **1** *cum verbis delendi, destruendi*: **a** *de aedificiis, urbibus sim.*: NEP. Hann. 7, 7 domum a -is disiecerunt (Timol. 3, 3). LIV. 26, 13, 16 Albam ... a -is proruerunt. 42, 63, 11 urbs diruta a -is (42, 67, 9). PALLAD. hist. mon. I 23 p. 304[D] a -is parietem deiecit. CORP. VIII 14436 (*a. 326/33*) ⟨cu⟩riam a -is conla(psam). *nota*: VAL. MAX. 6, 3, 1 c penates ab imis -is eruti sunt. **b** *de montibus*: VVLG. Iudith 16, 18 montes a -is movebuntur. CARM. adv. Marc. 5, 175 a -is montes agitantur in orbem. **c** *de hominibus*: VVLG. sap. 4, 19 commovebit illos *impios* a -is (*θεμελίων*) *deus*. **2** *cum verbis aedificandi, extruendi*: CORP. XIII 3653 fanum et simulacrum a -is ... restituerunt (VII 715. VIII 12314. 20836). SVET. Iul. 46 villam in Nemorensi a -is incohatam ... totam diruisse Caesarem. CORP. III 14149 (*a. 292/305*) perfici. VIII 20834 (*a. 167?*) murum a fu⟨ndamentis⟩ ... exstruxerunt (IX 5649. X 6811). X 13734 Tropeensium civitas ... a -is ... constructa est (PS. AVR. VICT. epit. 11, 3 CORP. XIV 1937). INSCR. christ. Rossi suppl. 1704 (*a. 394*) p. 101 *v. p. 1550, 42*. CORP. III 6730 a -i⟨s⟩ fabrica⟨vi⟩t. VI 34090 Ti. Claudius Aprilis ... macerias a -is cum aediculis et ollaris ... circumclusit. VIII 9010 (*a. 328*) centenarium a -a (*sic*) ... fecit (X 7954 lacum a -is pecunia sua fecit). XIII 3255 thermas ... a -is coeptas ac peractas. *nota*: III 10596 (*a. 365/7*) a rudimentis -orum. **3** *verbum non extat*: CORP. II 3427 ⟨tur⟩ris XI, portam ⟨...; ... a fundame⟩nteis .... XIII 4134 ⟨a fund⟩amentis ⟨sua⟩ impensa. 8236.

iuncturae notabiliores: 1 -um (-a) *obi. verborum*: **a** *aedificandi extruendi sim.*: agere: PLIN. nat. 36, 73. collocare: TERT. resurr. 42 p. 87, 24 RVFIN. hist. 2, 17, 16. 3, 37, 3 PASS. Thom. p. 134, 22. constituere: VITR. 1, 5, 7 VAL. MAX. 2, 4, 5 TERT. adv. Marc. 3, 8 p. 389, 25 IVST. 7, 1, 12 PRISCILL. tract. 7, 112 AVG. quaest. hept. 2, 11. construere: VVLG. Tob. 4, 2. deducere: RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 73

[Robbert]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 57,5. demittere: CVRT. 4,3,10. ducere: CARM. epigr. 893,4 *saec. IV* (ducere ab alqa re *transl.* SEN. epist. 124,6). facere: *v. p. 1550,53 sqq.* iacere: *v. p. 1550,75 sq. 1552,38 sqq. 68 sq. 1553,24. 35. 74 sq. 1554,13. cf. etiam* CIC. Cael. 5 Phil. 5,30. 6,1 epist. 1,9,12 SEN. dial. 8,5,5 *al.* iactare: FIRM. math. 5 praef. 1 OPTAT. 5,1 p. 119,8. locare: *v. p. 1550,65 sq. cf.* CHALC. comm. 160. mittere: SEN. epist. 52,5 LACT. mort. pers. 2,4 SIDON. epist. 2,11,1. ponere: *v. p. 1551,3 sqq. 1554,23 sqq. 31. cf. etiam* CIC. Pis. 9 TERT. adv. Marc. 5,6 p. 591,8 LACT. inst. 4,21,2 *al.* sternere: HIER. epist. 64,19,1. substruere: PLAVT. Most. 121. **b** *delendi, destruendi*: concutere: VVLG. II reg. 22,8 AVG. serm. ed. Mai 97,2 NICET. vigil. 7 p. 63,15. convellere: COLVM. 1,4,10. corrumpere: COLVM. 1,6,5 TAC. hist. 1,86. destruere: PAVL. MED. bened. 2,3 VVLG. Ezech. 30,4 VAL. CEM. hom. 6,1. eradicare: VVLG. Sirach 3,11 (*cf.* funditus *p. 1558,16*). evellere: GREG. TVR. vit. patr. 17 prol. evertere: CIC. Catil. 4,13 AVG. epist. 178,2. labefactare: CIC. off. 2,78. movere: LVCR. 3,586 VVLG. psalm. 81,5 act. 16,26 SERV. Aen. 2,610. obruere: SEN. contr. 1 praef. 21. quassare: AETNA 172 PROB. Verg. georg. 2,478. quatere: VERG. Aen. 2,611 RVFIN. Greg. Naz. orat. 4,3,4 p. 145,12. subruere: VEG. mil. 4,15. subvertere: AMM. 20,6,3 AVG. nupt. et concup. 3,9. volvere: AETNA 201.

2 *coniuncta*: caput: GAIVS inst. 2,229. causa: SEN. epist. 87,41. crepido: RVFIN. Adamant. 1,1. elementum: RVFIN. Orig. princ. 1 praef. 10 apol. Orig. 1 p. 552[A] COD. Iust. 1,17,2,11 *a. 533*. fons: APVL. apol. 68 COD. Iust. 8,53,34,4 *a. 529. cf.* CIC. Cluent. 146. gradus: VAL. MAX. 1,6,4. initium: CIC. Cluent. 30 leg. agr. 2,29 Sest. 5 SEN. epist. 124,6 CHALC. comm. 217. *cf.* CENS. 11,5. origo: CASSIOD. gramm. VII 213,11. principium: APVL. met. 2, 26. radix: CIC. ad Brut. 1,17,2 PANEG. 10 (4),10,2 FIRM. err. 20,6 BOETH. arithm. 2,15 p. 99,8. 2,16 p. 99,22. sedes: CIC. Cael. 30 part. 31 SEN. nat. 1,1,10. solum: CIC. de orat. 3,151 Brut. 258.

fundānus, -a, -um *adi.* **1** *a* fundus (*II B*) *derivatum esse censuerunt Savigny, Mommsen, al.; cf. Marquardt, Staatsverw. I² p. 52 not. 3; Mommsen, Ges. Schr. 1, 302; Nissen, Rhein. Mus. 45 (1890) 105; Dessau 6085 not. 132; Schulten ap. Ruggiero, Diz: epigr. p. 348; a* Fundi *O. Gradenwitz, S.-B. d. Heidelb. Ak. d. W., phil.-hist. Kl. 1916, 14. Abhdl., p. 30 sqq.* **a** *de municipii genere*: LEX Iul. munic. (Corp. I² 593) 159 qui lege pl(ebei)ve sc(ito) permissus est fuit, utei leges in municipio -o municipibusve eius municipi daret. **b** *de municipibus*: LEX Iul. munic. (Corp. I² 593) 161 *id* municipieis (*i. municipes*) -os item teneto. 163 ea . . . quo . . . minus municipis -os tenea(n)t. **2** *a* fundus (*II A*): GLOSS. -us rusticus qui fundos (fundum) colit. -us (-as *trad. erasa* -s) qui pensiones colit. *coni. Goetz* GLOSS. V 548,10, *ubi* fundus possessionis administratur *traditur*. Fundanus *v. Onomast.*

fundātio, -ōnis *f. a* fundare. **1** *i. q. fundamentum*: VITR. 3,4,1 -es eorum operum fodiantur. 5,3,3 aedium sacrarum. 5,12,6 theatrorum et muri. 6,8,1 -es *hypogeorum concamerationumque* . . . fieri debent crassiores. ITALA Hab. 2,9 (Lucif. Athan. 1,36 p. 130,3) qui fundat -em (πλεονεκτῶν πλεονεξίαν) malam domui suae. **2** *i. q. actio fundandi, creandi, creatio: maris, urbium, aedificiorum sim.*: ITALA prov. 8,25 (Chalc. comm. 276) ante . . . profundi -em. FVLG. aet. mund. p. 138,14 Babyloniae. CASSIOD. Ios. c. Ap. 2,18 Carchedonis. hist. 4,9 p. 960[D] Constantius decimo anno eam *ecclesiam* a tempore -is expleverat. *tropice*: HIL. trin. 12,36 anterior . . . creatione -o *sapientiae* (*cf. ibid.* ante saecula fundari. 12,37). **3** *i. q. firmitas, status rei fundatae, stabilitae*: ORIG. in Matth. 18,111 -em quandam et firmitatem regalem significat sessio *Christi ad dexteram patris*. EVSTATH. Bas. hex. 1,5 stabilitas et -o *naturae gignentium* (*gr.* ἱδρυμένον καὶ στάσιμον).

1. fundātor, -ōris *m.* [*a* fundare. *Th.*] GLOSS. θεμελιώτης. *legitur apud* VERG. APVL. *et posteriores. i. q. qui instituit, condit, incipit rem, iacit fundamentum*: **1** *urbium, aedificiorum*: VERG. Aen. 7,678 nec Praenestinae -r defuit urbis. CORP. III 12351 (*a. 249 p. Chr.*) -i sacr(ae) urbis. CLAVD. 26,600 quantum Gradivus . . . suae dederit, -r originis, urbi. EPIST. pontif. Thiel Gelas. 35 nihil . . . -r ex hac basilica sibi noverit vindicandum. LEO M. serm. 48,1 p. 298[B] (*trop.*) *templo dei* fundamentum est ipse -r (*deest in nonn. codd.*). CASSIOD. var. 4,51,1 -r egregius fabricarum. GREG. M. epist. 6,43 -bus *basilicae sancti Stephani*. **2** *institutionum, legum, rei publicae sim.*: APVL. Plat. 1,1 *Solon* legum Atticarum -r fuit. 2,24 -bus rerum publicarum. CORP. VIII 21613 (*a. 198*) ⟨Getae⟩ . . . -is imperi Romani. III 5810 (= INSCR. Bavar. ed. Vollmer 121 *a. 290*) -i pacis aeternae Diocletiano (INSCR. numm. Cohen IV² p. 25 nr. 202 *sqq.* -r pacis. CORP. XI 6632). X 7284 (*a. 314*) -i publi⟨cae se⟩curitati(s). VI 1139 Constantino Maximo . . . -i quietis (*cf.* EPHEM. epigr. IX 137). HIER. vita Hilar. 14 -r et eruditor huius conversationis, *sc. vitae monachorum*. GENNAD. vir. ill. 7 Pachomius . . . -r Aegypti coenobiorum. GAVDENT. serm. 20 med. *Petrus et Paulus* ecclesiae -es (CLAVD. MAM. anim. 1,2 p. 25,20 -es ecclesiae atque eruditores. POMER. 2,2,1). PS. AVG. serm. 203,1 Christiani nominis -es. ZACCH. 2,12 -r salutis *Christus*. GREG. M. epist. 8,30 -um *monasterii*. **3** *mundi, summae rerum*: ARNOB. nat. 2,2 -r et conditor rerum *deus*. LACT. inst. 2,1,5 -r ipsius terrae *deus* (PETR. CHRYS. serm. 69 p. 397[C]). PRVD. cath. 11,27 -r ipse et artifex *rerum status*. ORIG. in Matth. 18,76 totius mundi. **4** *opinionum sim., item artium*: LVCIF. non conv. 9 p. 19,29 per te, Arrii blasphemiae -em. Athan. 1,31 p. 119,21 Arrianae haeresis -r. 2,16 p. 176,8 idololatriae Arrianae. CASSIAN. conl. 18,4,1 auctorum ac -orum eius *artis*. 18,4,3 harum trium professionum . . . -es.

syn. conditor, auctor.

fem. **fundātrīx**, -īcis. CORP. X 4514 (*a. 569*) -x sancti loci huius *Iustina abbatissa*.

2. fundātor, -ōris *m.* [*a* funda, *cf.* funditor. *Th.*]. GLOSS. σφενδονήτης. *nota*: SCHOL. Bern. Verg. georg. 1,141 funda genus retis fundendo dicti, unde -es dicuntur, quia lapidem stuppeis vinculis iaciunt.

fundātrīx *v. supra l. 8.*

fundibalārius (**-bulārius**), -ī *m. a* fundibalus (fundibulum). -bal-: VVLG. IV reg. 3,25 *Amiat.* Iudith 6,8 *Amiat. Sangerm. 15* I Macc. 9,11 *Amiat.; v. etiam Thielmann, Archiv 3 (1886) p. 541.* -bul-: VVLG. *locis modo allatis*. PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 3,10 p. 719,42 ed. Bas. a. 1524. *ibid.* p. 721,23. 4,1 p. 736,5. *i. q.* σφενδονήτης: VVLG. IV reg. 3,25 a -iis. Iudith 6,8 -ii *nom. pl.* I Macc. 9,11 -ii et sagittarii. PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 3,10 p. 719,42 sagittarios . . . -os quoque (*Ios. 3,7, 256*). *ibid.* p. 721,23 -orum (*Ios. 285*). 4,1 p. 736,5 -orum (*Ios. 4,1, 14*).

fundibalātor *v.* fundibul-.

fundibalo, -āre [*a* fundibalus, -um. *Th.*]. *i. q. fundas, fundibalum iacere*: ITALA I reg. 25,29 (Legion. marg.) anima inimicorum tuorum -bit in medio fundibalo, *ubi gr.* τὴν ψυχὴν (ἡ ψυχή *al.*) . . . σφενδονήσεις, VVLG. anima rotabitur quasi in impetu et circulo fundae.

fundibalus, -ī *m.* (-um *n.: l. 33. 34. 41*). [*fortasse mutatum pro* fustibalus (*q. v.*) *ad exemplum vocabuli* funda. *v. M. Leumann, Glotta 11 (1921), 188 sqq. Th.*] ISID. orig. 14,6,44 unde (*a* βάλλειν) et . . . -um (-ulum *vel* -olum *v. l.*). 18,10,2 inde et -us (-ulus *v. l.*), quasi fundens et emittens. NOT. Tir. 37,84 -um *neutri generis* (-ulum *v. l.*). GLOSS. -us quasi funda emittens. -i λιθοβόλοι. **1** *i. q. machina, qua missilia iactantur*: ITALA iud. 20,16 (Lugd.) -is iactantes lapides (σφενδονῆται ἐν λίθοις, VVLG. fundis). Iudith 9,9 (cod. Regius 6546, Sang. 4, Sang. 15, Pechian., Lucif. non parc. 10 p. 231,4) speraverunt . . . in . . . -is (fundebălis *Lucif. cod. Vat., gr.* σφενδόνῃ, VVLG. lanceis). ITALA I Macc. 6,51 (Sangerm. 15, Amiat., Complut. 1, Lugd. 356) statuit illic ballistas . . . et -a (fundibula VVLG.). ITALA prov. 26,8 (Ambr. epist. 37,40) qui deligat lapidem in -o (σφενδόνῃ, *aliter* VVLG.). VEG. mil. 3,14 funditores cum -is (δ, fustibalis *cett.*). *translate*: PS. AVG. serm. cod. Guelf. ed. Morin app. 9 p. 213,460 in -o carnis collocatus. **2** *i. q. telum missum*: HEGES. 5,44,1 l. 63 -o ictus (*AC*, fundibulo *vulg.; cf. Ios. 6,5,309* λίθος ἐκ τοῦ πετροβόλου σχασθεὶς . . . πλήξας αὐτόν).

fundibulāris, -is *m. a* fundibulum. *i. q. fundibalarius*: PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 3,9 p. 718,3 ed. Bas. a. 1524 sagittarii aut -es (*Ios. 3,7,219* σφενδονῆται).

fundibulātor (-bal- *l. 54*), -ōris *m.* [*cf.* fundibulum. *Th.*]. VEG. mil. 3,14 p. 98,19 in quinta acie ponebantur . . . -es funditores. -es (fustibalitores *A*[2]) sunt qui fustibalis lapides iaciunt. ITALA I Macc. 9,11 (Complut. 1, Lugd. 356) -balatores et sagittarii (fundibularii VVLG.). PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 3,7 p. 714,22 ed. Bas. a. 1524 sagittarios et -es (*Ios. 3,7,151* σφενδονήτας). *ibid.* p. 715,20 (*Ios. 168*) iaculatores itemque -es.

fundibulum, -ī *n.* [*pro* fundibalus *mutatum esse videtur ad exemplum vocabuli* infundibulum. *Th.*] GLOSS. σφενδόνη. funda, retia, linea. traiectorium. **1** *i. q. machina, quae mittit tela, funda*: ITALA Iudith 9,9 (Lucif. non parc. 10 p. 231,4) *cod. Vat. suprascr., v. supra l. 39.* prov. 26,8 (Ambr. epist. 37,40) qui deligat lapidem in -o (σφενδόνῃ, VVLG. *aliter*). I reg. 17,49 (cod. Legion. marg.) misit lapidem in -um . . . . *ibid.* qui praecedat lapidem -i huius. VVLG. I Macc. 6,51 statuit illic . . . -a (*cf. l. 40 sq.*). RVFIN. Greg. Naz. orat. p. 66,12 *David* in -o (-balo *O V*) pugnans. PS. FVLG. RVSP. serm. 74 p. 945[C] iste torquet manum rotantem -um. **2** *i. q.* infundibulum (*unde ductum esse videtur*): GLOSS. II 530,13 -um χώνη. [*prov.* fonilh, *hisp.* fonil. *M.-L.*]

[*comp.*: infundibulum.]

fundiculum, -ī *n. v.* funiculum.

[**funditātus** *editum* AVG. doctr. christ. 2,41,62 (Migne 34,64) in caritate radicati et -i (*Eph. 3,17*). *corrigendum in* fundati (*cf. p. 1562,38*).]

fundito, (-āvī), -ātum, -āre. [*duobus ex fontibus fluxisse videtur, partim ex substantivo* funda, *partim e verbo* fundere; *cf. Stowasser, Dunkle Wörter 22 sq. Th.*] **a** *tela*: PLAVT. Poen. 482 eo illos (*globos visci in fundas inditos*) volantis iussi -arier. AMM. 24,4,16 ballistae creberrima spicula -antes. **b** *verba abunde proferre*: PLAVT. Amph. 1033 verba -as (Poen. 273 tanta verba -at). Asin. 902 ne illa ecastor faenerato -at (*v. p. 1566,47*). **c** *ignem, flammas*: FLOR. epit. 4,12,16 *Cornidius* flammam velut ardenti capite -bat. **d** *hominis potentiam, auctoritatem: i. q. dilatare, extendere*: AMM. 28,1,8 principium . . . unde latius se -bat.

[Robbert]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1. funditor, -ōris *m.* [*a* funda. *cf.* funditare. *Th.*]. *de prosodia*: MAR. VICTOR gramm. VI 208, 20 *epitriti exemplum dat* -es (AVDAX gramm. VII 336, 5). LYD. mag. i, 46 p. 48, 18 φουνδίτορες (-αι- *cod.*) σφενδονῆται. NON. p. 553 -es sunt qui fundis magis dimicant. VEG. mil. 2, 15 -es, qui ad fundas vel fustibalos lapides iaciebant. 3, 14 p. 99, 1 -es sunt qui fundis dirigunt saxa. GLOSS. σφενδονιστής. -es: σφενδονῆται. -orum funda pugnantium.

i. q. qui funda vel fustibalo (v. l. 5. 20) telum mittit, plerumque plur. i. q. copiae levis armaturae (*cf. Daremberg-Saglio s. v.* funda *passim; Liebenam, PW. VII 294 sqq.*): QVADRIG. hist. 85 a pinnis hostis defendebant facillime -e. CAES. Gall. 2, 24, 4 cum ... calones, equites, -es, Numidas diversos ... fugere vidissent. civ. 3, 46, 2 idoneis locis -es instruxit. BELL. Afr. 27, 1 duas instruxit acies, unam -um contra elephantos. NEP. Dat. 8, 2 tria milia -um. LIV. 37, 41, 11 expediti -es. 38, 29, 3 centum -es ab Aegio et Patris et Dymis acciti. 42, 65, 10. VAL. MAX. 2, 7, 9 turmas ... equitum ... in -um alas transcripsit (*cf.* 2, 7, 15). CVRT. 3, 9, 11 -um ... aspectu territi *barbari*. VEG. mil. 1, 16 in omnibus ... veterum proeliis -es militasse nullus ignorat. 3, 14 p. 98, 20 in quinta acie ponebantur ... -es. 3, 24 p. 118, 1 -es cum fustibalis et fundis. 4, 21. AMM. 31, 15, 13 -is amento excusso. PROB. Verg. georg. 1, 309 Baleares insulae ... ubi optimi -es. NOT. dign. or. 7, 16 -es. 7, 52 *legiones* pseudocomitatenses: ...-es. GLOSS. V 585, 1 hippotoxoti -es sunt *eqs.* *accedunt: alia militum genera*: ballistarii: VEG. mil. 2, 2 p. 36, 9. ferentarii: VEG. mil. 1, 20 p. 23, 20. 2, 2 p. 36, 9. equites: CAES. Gall. 2, 19, 4. 2, 24, 4 civ. 3, 4, 3 BELL. Afr. 77, 3 VEG. mil. 2, 17. hippotoxoti: BELL. Afr. 19, 6. iaculatores: LIV. 36, 18, 3. 37, 41, 9. 42, 58, 10. 42, 59, 1 CVRT. 3, 9, 5. libritores: TAC. ann. 2, 20. 13, 39. sagittarii: QVADRIG. hist. 85 sagittarius cum -e. SISENNA hist. 19 CAES. Gall. 2, 7, 1. 2, 10, 1. 2, 19, 4 civ. 1, 27, 5. 1, 83, 2. 3, 4, 3. 3, 44, 6. 3, 45, 3. 3, 88, 5. 3, 93, 7. 3, 94, 4 HIRT. Gall. 8, 40, 5 BELL. Afr. 19, 6. 34, 4. 78, 3. 81, 1. 83, 2 BELL. Alex. 30, 6 SALL. Iug. 46, 7. 49, 6. 94, 3. 100, 2 LIV. 22, 37, 8. 12. 24, 34, 5. 27, 38, 12. 36, 18, 3. 38, 21, 2 CVRT. 3, 9, 1. 9. 5, 8, 4. 8, 12, 2 VEG. mil. 2, 2 p. 36, 9. 2, 17 *bis*. 2, 23 AMM. 19, 5, 1. 24, 4, 16. velites: LIV. 24, 34, 5 FRONTO p. 207, 1 N. *adi. originem indicantia*: CAES. Gall. 2, 7, 1 Baleares (LIV. 21, 21, 12. 27, 2, 6. 38, 29, 5 SALL. Iug. 105, 2). LIV. 37, 40, 9 Cyrtii. LIV. 37, 41, 9 Cretenses ...-es (38, 21, 2).

? **2. funditor** possessor GLOSS. V 548, 7 (*'an* fundator*?'* *Goetz*).

funditus *adv.* [*a* fundus. *Th.*]. PRISC. gramm. III 78, 2 -s (-is *R*) a fundo (AVG. gramm. V 517, 14). *de* ϒ *cf.* PRISC. gramm. III 528, 30. *inter alia adverbia in* -itus: PAVL. FEST. p. 179 'oculitus' quoque dicitur, ut '-s penitus'. ROMAN. Char. gramm. I 219, 26 EXPLAN. in Don. gramm. IV 560, 3. *de notione*: GLOSS. ἐκ βάθρων. θεμελιόθεν. ἄρδην ὅ ἐστιν ἀπὸ θεμελίων. a fundamento. a fundamentis. ad stirpem radicitus. IV 520, 19 -s penitus [occisus]. ab imo de[ti]osu⟨m⟩ vel -s. GLOSS. Verg. ed. Hagen A 29 p. 453 a cardine: -s. E 148 p. 515 evertere: -s delere. *legitur apud* PLAVT. ENN. TER. RHET. Her. CIC. CATVLL. LVCR. VERG. PHAEDR. SEN. CVRT. COLVM. STAT. TAC. *et scriptores posterioris aetatis, deest apud* CATONEM LVCIL. VARRONEM CAES. SALL. TIB. PROP. OV. MANIL. *al.*

I *i. q.* ***a fundamentis, prorsus, omnino, radicitus, plerumque sensu translato***: **A** *coniungitur cum* ***verbis***: **1** *delendi, conturbandi, pellendi, vincendi, intereundi*: **a** *spectat ad hominem aliaque animalia*: *α de singulis hominibus*: PLAVT. Bacch. 560 perdidisti me sodalem -s (Most. 684. *cf.* TER. Andr. 244 quod si fit, pereo -s [CIC. Att. 3, 27 ad Q. fr. 1, 1, 32 APVL. met. 4, 25 AMM. 29, 5, 46]). ACC. trag. 22 cuiatis stirpem -s fligi studet. CIC. S. Rosc. 115 T. Roscius ... hunc -s evertit bonis. Verr. 3, 52 qui se istius opera -s extinctos esse arbitrentur (har. resp. 3 -s ... oppressum extinctumque). 4, 47 proximus *annus* ... -s everterat *aratores* (4, 48. 77 CAEL. Cic. Att. 10, 9 a, 5). leg. agr. 2, 84 quod genus hominum ... ab hoc plebicola tribuno plebis -s eicitur. har. resp. 6 ad illam pestem (*Clodium*) comprimendam, extinguendam, -s delendam (BELL. Afr. 52, 4 -s ad internecionem. BELL. Alex. 27, 6. LACT. inst. 7, 12, 16 perimit ac delet. Ps. RVFIN. in Am. 5, 1—2). Tusc. 1, 27 neque excessu vitae sic deleri hominem, ut -s interiret. VERG. Aen. 11, 413 -s occidimus. LIV. 35, 13, 8 -s sublatum iri *Antiochum*. LACT. inst. 5, 9, 7 testes extirpare -s ... et tollere. CLAVD. 28, 283 non -s armis concideram.

β de toto mortalium genere, gentibus, civitatibus sim., item de tota hominum vita privata ac publica: RHET. Her. 4, 28, 38 rem p. radicitus evertisti, civitatem -s deiecisti. 4, 39, 51 rem publicam -s labefactans *reus absolutus*. CIC. inv. 1, 55 Epaminondas ... Lacedaemonios -s vicit (IVST. 25, 3, 8). Quinct. 53 hominis propinqui fortunas -s evertere (epist. 5, 21, 4. *cf.* div. in Caec. 7 -s eversae provinciae. Verr. 5, 76 dom. 35 Phil. 2, 52 fin. 2, 80 ac. 2, 31 Tusc. 3, 4 Lael. 23 LIV. 36, 34, 4. 40, 8, 9 VELL. 2, 115, 4 VAL. MAX. 7, 2 ext. 1 CVRT. 8, 8, 10. SEN. dial. 11, 17, 3 adustum atque eversum. Ag. 912 TAC. ann. 14, 20 FIRM. math. 3, 3, 19 EPIST. syn. Sardic. or. Hil. coll. antiar. A IV p. 64, 27 AMM. 29, 1, 19. *cf.* TAC. ann. 3, 36 abolitas leges et -s versas). CIC. leg. agr. 2, 24 libertatem vestram hac lege -s tolli (Sest. 42 Vatin. 35 Phil. 1, 3. 4. 32 Lael. 48 SEN. dial. 3, 19, 2 FLOR. epit. 3, 11, 3. *cf. p. 1558, 23*). p. red. ad Quir. 17 rem publicam -s interituram fuisse (Phil. 3, 5 epist. 6, 2, 2 LACT. opif. 2, 5. VIR. ill. 34, 2 periit. *cf. supra p. 1557, 57 et infra l. 56*). Phil. 2, 52 deleri et everti rem publicam -s (13, 23 ut senatum [VAL. MAX. 3, 8, 1] -s deleas. off. 1, 57 Att. 9, 19, 2. FLOR. epit. 1, 12, 4 direpti -s deletique. ARNOB. nat. 1, 5 LACT. inst. 6, 18, 28 PANEG. 10 [4], 17, 1 ANON. Vales. 10, 48 RVFIN. hist. 4, 2, 5). CIC. div. 1, 121 quo ostento regnum patris et domum -s concidisse. Att. 6, 1, 5 civitatem ... -s perdidissem. ad Q. fr. 1, 2, 15 rem publicam -s amisimus (TAC. ann. 3, 6 nobiles familias). HIRT. Cic. Att. 15, 6, 3 quae -s ... rapinis incendiis caedibus pervertuntur. SEN. clem. 1, 1, 2 quas nationes -s excidi. TAC. ann. 3, 54 haec *cura* omissa -s rem publicam trahet (CARM. epigr. 1057, 10 -s ut traherent ... ⟨fata l⟩arem. *aliter infra l. 68*). PANEG. 2 (10), 8, 2 ita demum hostes -s posse subverti. 6 (7), 10, 2 ibi paene -s corruit *res publica*. LACT. inst. 7, 16, 5 eruentur (evertuntur *H*) -s civitates. CLAVD. 3, 233 excindere cives -s. AVG. civ. 17, 18 p. 244, 8 D. Iudaeos ... de sedibus suis ... -s eradicatos. 18, 46 p. 328, 25 (*cf. p. 1555, 14*). VINCENT. LER. 4, 6 universum ... Romanum imperium -s concussum et emotum est. GLOSS. V 662, 1 -s eversis bonis *spectant fortasse ad* 661, 32/33 dissupatis (disputatis *cod.*) bonis.

γ spectat ad mentem, ingenium, sententias, opiniones, litteras sim., item ad virtutes et vitia: PLAVT. Trin. 165 illius sapientiam et meam fidelitatem ... paene ... -s pessum dedit. CIC. Quinct. 70 cuius ... rei memoriam omnem tolli -s ac deleri arbitror oportere (dom. 114 orat. 209 Tusc. 3, 75 nat. deor. 1, 115. 118 div. 1, 5. 8. 2, 148 fat. 11 off. 3, 28 APVL. apol. 101 LACT. inst. 2, 17, 4. 3, 15, 3). Tusc. 1, 42 illam vero -s eiciamus individuorum corporum ... concursionem fortuitam (5, 93). Att. 11, 7, 3 bonorum iudic⟨i⟩um non -s perdidisse (epist. 1, 9, 10 stomachum). PLIN. epist. 2, 14, 12 nunc ... prope -s extinctum et eversum est *artificium dicendi* (LACT. inst. 1, 17, 4 religiones. 5, 13, 6 EPIST. syn. Sardic. or. Hil. coll. antiar. A IV p. 52, 25 SCHOL. Cic. Bob. p. 152, 17 St.). FRONTO p. 59, 14 N. si unum illud vitium -s extirpandum eruendumque curaveris (*cf.* APVL. apol. 93 LACT. inst. 3, 22, 1). APVL. met. 3, 8 ut tam dirae factionis -s formido perematur. LACT. ira 8, 6 Epicurus religionem (*cf. supra l. 30*) -s delet. MAR. VICTORIN. adv. Arrium 4, 25 mors si sola composita solvit, -s interit (EVSTATH. Bas. hex. 2, 4 p. 844[A] παντελῶς). AVG. civ. 5, 14 p. 218, 23 D. quae *immunditia* in hac vita etsi non -s eradicatur ex corde (POMER. 3, 3, 2). *de rebus christianis*: TERT. adv. Marc. 1, 22 p. 318, 19 quomodo -s evertetur antichristus. 4, 3 p. 428, 14 at si tam -s deletum est *euangelium*. LACT. mort. pers. 46, 2 Christianorum nomen extingueret -sque deleret. FIRM. err. 20, 5 pestiferum hoc malum -s amputetur (*sc. idololatria*). 20, 7 -s prostratus diabolus. *δ de corpore humano* (*sensu proprio*): PHAEDR. 2, 2, 9 -s canos puella ... evellerat *capillos*. SEN. Oed. 966 radice ab ima -s vulsos simul evolvit orbes *Oedipus*. APVL. met. 11, 10 capillum derasi -s. CLAVD. 20, 16 ad vivum penetrant flammae, quo -s umor defluat.

b *spectat ad res* (*sensu proprio*): *α de rebus extructis, aedificatis*: CIC. Verr. 5, 79 id *monumentum* -s delevit ac sustulit *Verres* (BELL. Afr. 22, 2. CIC. leg. agr. 2, 87 *Carthaginem* ... -s ... sustulerunt *maiores nostri*. off. 1, 35. 2, 76 LIV. 32, 33, 16. 45, 24, 9 VELL. 1, 12, 5 SEN. dial. 3, 19, 2). dom. 62 cum ipsa villa ... -s everteretur (BELL. Afr. 26, 3 Africam provinciam. LIV. 32, 33, 16 VAL. MAX. 7, 3 ext. 9 SIL. 17, 375 CORP. III 324 [*act. Diocl.*] AMM. 17, 7, 3. 23, 5, 20). CVLEX 336 flamma Doris Ericthonias prostravit -s arces. CIRIS 53 excisa ... -s urbe. HOR. carm. 1, 16, 20 cur perirent -s *urbes*. VELL. 1, 13, 1 L. Mummius Corinthum ... -s eruit (SEN. Tro. 663 busta. *cf. supra l. 14. 32*). SVET. Vesp. 9, 1 prope -s destructum *templum*. PAPIN. dig. 41, 3, 45 pr. aedificio -s diruto. APVL. met. 1, 11 evolsis -s cardinibus *ianuarum*. VVLG. Ios. 6, 5 muri -s corruent civitatis (MARCELL. chron. II p. 100, 518, 1 metropolis). iud. 7, 13 terrae -s coaequavit *tabernaculum*. CASSIOD. in psalm. 124, 1 Ierusalem a diversis gentibus -s fuisse subversam. *β de rebus naturalibus: de summa rerum*: LVCR. 1, 755 -s utqui debeat ad nilum iam rerum summa (6, 607) reverti. *de aquis, saxis, terra sim.*: LVCR. 5, 1435 (*in imagine*) *id* belli magnos commovit -s aestus. SEN. suas. 1, 4 convulsi -s maris (PANEG. 9 [12], 9, 5 saxa). SEN. nat. 6, 1, 4 si ab imo metus nascitur et -s (*sc. ab ima terra*) trahitur. VAL. FL. 4, 195 spumantem -s amnem. STAT. Theb. 1, 360 stagno ... refusa est -s *Lerna* (ARNOB. nat. 1, 53). TERT. adv. Marc. 4, 20 p. 484, 6 -s proscissum *mare*. *de seminibus, primordiis rerum*: CIC. div. 2, 94 seminum vim ... -s tolli. *de vineis*: COLVM. 4, 22, 8 altera *vinea* -s extirpanda et reserenda.

2 *transfertur ad alia verba, quae deminutionem vel repudium sim. notant*: ENN. ann. 128 (*ambiguum, cf. Vahlen ad l.*) simul effugit speres ita -s nostras. CIC. orat. 25 quod *genus dicendi* ... Athenienses ... -s repudiaverunt (*cf.* 216 ne spondius quidem ... -s est repudiandus). nat. deor. 1, 89 *dialectica* -s gens vestra non novit. Ps. RVFIN. in Os. 5, 6—7 ab eis -s videretur ablatus *deus*. CASSIOD. inst. div. 16 p. 1132[B] quod vitae genus ... gentilitas -s ignorabat. CARM. epigr. 709, 8 (*saec. VI*) facinus -s parcens. GREG. M. in Ezech. 1, 1, 18 delinquentem populum a se -s non repellit *dominus*. moral. pr. 8 desperare eum de semet ipso -s. ISID. sent. 3, 17, 1 sancti viri -s saeculo renuntiantes.

3 *efficiendi, construendi sim.*: CIC. rep. 3 frg. 5 nisi si quis

[Robbert]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Athonem pro monumento vult -s efficere. CARM. epigr. 1805,1 (*saec. V*) -s hanc (*portam?*) statuit Marcianus. *v. etiam p. 1562, 1.*

4 *liberius apud poetas et posteriores i. q. prorsus*: ENN. ann. 620 Lares tectum nostrum qui -s curant. PORPH. Hor. carm. 1, 21, 3—4 -s et 'penitus' dilectam pro familiariter dilectam intellege. ISID. sent. 3, 23, 11 cupiunt -s suam mutabilitatem corrigere. *sensu proprio*: LVCR. 6, 884 de terra . . . -s ipsa ignis corpora per totum consurgere fontem. PANEG. 8 (5), 1, 1 si Flavia Aeduorum . . . commovere se -s atque huc venire potuisset.

B *coniungitur cum adiectivis* (*nonnulla possis referre potius ad A*): **a** *accedit saepe ad* omnis, totus *sim.* (*ubi in sententia adest verbum delendi, haud raro artius* -s *cohaeret cum adiectivo*): LVCR. 1,478 perspicere ut possis res gestas -s omnis. 1,572 -s omnis principio fundamenti natura carebit. 1,620 -s omnis summa sit infinita. 1,668 occidet ad nilum ... -s ardor omnis. 1,673 ne tibi res redeant ad nilum -s omnes (2, 756. 864. *cf.* 1,791 redigantur [2, 752]). 1, 854 ubi ex aequo res -s omnis tam mortalis erit. 1, 956 utrum finitum -s omne constet. 5, 1450 delicias ... vitae ... -s omnis ... usus . . . docuit. CIC. Quinct. 70 *v. p. 1558, 22.* dom. 114 *v. p. 1558, 23 sq.* ac. 2, 31 totam vitam evertunt -s. VERG. Aen. 6, 736 nec -s omnes corporeae excedunt pestes. 12, 594 quae *fortuna* totam luctu concussit -s urbem. SEN. nat. 3, 29, 5 cum partes *terrae* interire debuerint abolerive -s totae. Tro. 685 -s cuncta eruam. STAT. Theb. 3, 14 Thespiadae totos raperent mihi -s Argos. FLOR. epit. 4, 1, 2 totam . . . rem publicam -s tollere. FRONTO p. 228, 22 N. ne . . . motus venti cuncta -s percellerent. LACT. inst. 1, 17, 4 FIRM. math. 3, 3, 19 MART. CAP. 5, 427. **b** *ad alia*: CIC. de orat. 3, 195 nec earum rerum quemquam -s natura esse voluit expertem. PANEG. 10 (4), 16, 2 mens tua . . . pura omnis, -s sincera. BOETH. in Porph. comm. pr. 2, 1 p. 86, 22 rationale disgregavit omnino speciem *hominis et beluae* et -s alteram fecit. CASSIOD. in psalm. praef. 13 aliena. **c** *additur* ab imo (*cf. l. 37 sq.*): LVCR. 3, 38 metus . . . -s humanam qui vitam turbat ab imo. SEN. Oed. 966 *v. p. 1558, 44.*

II *i. q. in fundamentis*: **a** *de hominibus i. q. in intima parte, penitus*: CATVLL. 64, 93 cuncto concepit corpore flammam -s atque imis exarsit tota medullis *Ariadna.* **b** *i. q. in infima parte: de mundo*: LVCR. 1, 993 quia nil est -s imum, quo quasi confluere et sedes ubi ponere possi⟨n⟩t. 5, 497 quasi limus in imum confluxit gravis et subsedit -s ut faex. *de muris*: SPART. Hadr. 12, 6 stipitibus magnis in modum muralis saepis -s iactis.

III *i. q. in imam partem, in fundamentum, desuper*: GREG. M. moral. 5, 19 *ne* cor -s a summis cadat.

1. fundo, -āvī, -ātum, -āre [*a* fundus. *Th.*]. *de etymol.*: EVTYCH. gramm. V 473, 23 a nomine quod est fundus . . . derivatur. *perfecti formae contractae*: -asti: STAT. silv. 4, 7, 30 VVLG. psalm. 8, 4. 88, 12. 103, 5. 8 Hab. 1, 12. -arunt: SIL. 13, 534 ARNOB. nat. 7, 49. -arit: LVCR. 5, 68. 417 SIL. 1, 44. -arat: SIL. 2, 65. -aro: OCTAVIA 532. -asset: PHAEDR. 3, 9, 2. -asse: VERG. Aen. 7, 410 STAT. Theb. 12, 498. *contra* fundaverant: CVRT. 10, 10, 6, -verat: SIL. 9, 74 PLIN. paneg. 70, 1. -verint: FRONTIN. grom. p. 42, 14 *alia.* *nota*: fondabet *i. q.* fundavit: CORP. XII 936 (*a. 530*). *part. perf. pass.* funditus: ITALA Hebr. 12, 23 (cod. d) *v. p. 1563, 13.* [*de forma* fundatid *v. sub* 2. fundo *p. 1563, 27 sqq.*] *pass. saepe a* PLAVTO; *vi mediali, ut videtur, v.* ACT. Petr. *p. 1562, 53.* EVTYCH. gramm. V 473, 23 id est fundamenta pono. GLOSS. -o θεμελιῶ. -at sternit munit aedificat. -bat statuebat. -are fundamenta ponere. -atur extruitur. *distinguuntur formae verborum* -andi *et* fundendi: PRISC. gramm. II 403, 8. 443, 13 EVTYCH. gramm. V 473, 20. 486, 13 PHOC. gramm. V 437, 22. *legitur inde a* PLAVTO, *deest apud* ENN. CATONEM TER. CATVLL. CAES. VARRONEM SALL. TIB. PROP. *al.*. [*it.* fondare, *francog.* fonder. *M.-L.*] [*corruptum*: OV. hal. 108 -ata *pro* functa.]

I *i. q. fundamentum iacere, fundamento instruere, imam eandemque firmissimam partem aedificare, instituere, constituere, condere, creare*:

A *propr. de rebus*: **1** *corporeis*: **a** *de rebus aedificatis*: *α de navibus, aedificiis sim.* (*posteriore aetate fere i. q. aedificare*): PLAVT. Mil. 917 facile esse navem facere, ubi -ata, constitutast. 918 nunc haec carina satis probe -ata, bene statutast. VERG. Aen. 5, 760 Erycino in vertice sedes -atur Veneri Idaliae. OV. Pont. 4, 3, 5 *trop.* mea puppis erat validā -ata carinā. PHAEDR. 3, 9, 2 cum parvas aedes sibi -asset Socrates. VOPISC. Aurelian. 25, 6 templa (SPART. Carac. 11, 7. 35, 3 HEGES. 1, 35, 6 VVLG. I Esdr. 3, 6. 10. 11. 12 Is. 44, 28 Ier. 30, 18. *cf.* Sirach 50, 2 templi . . . altitudo). VOPISC. Aurelian. 45, 2 forum nominis sui. LAMPR. Alex. 24, 5 thermas. CARM. epigr. 669, 10 (*a. 382*) -vit . . . locum coniunx. AVSON. Mos. 322 haec *villa* procurrentis -ata crepidine ripae. VVLG. III reg. 6, 37 anno quarto -ata est domus Domini (II par. 8, 16 Zach. 4, 9. *cf.* Matth. 7, 28 -ata . . . erat super petram. Luc. 6, 48 PAVL. PELL. 593 INSCR. christ. Rossi II 114, 80 *trop.* -bo super te *Petrum* . . . domum). cant. 5, 15 crura illius columnae marmoreae quae -atae sunt super bases aureas. Ezech. 41, 8 -ata latera ad mensuram calami. AMM. 28, 2, 2 munimentum quod ipse a primis -arat auspiciis. 28, 3, 2 civitates et castra ad quietem temporis longi -ata. PAVL. NOL. carm. 28, 209 coeunt *tecta* olim -ata novellis. CASSIAN. inst. praef. 8 a sanctis . . . patribus -ata monasteria. DONATIO Tiburt. a. 471 p. CXLVI[b] 5 *ecclesiae Cornutanensis* a me ipso . . . constitutae atque -atae. EVGIPP. Sev. 15, 1 castellum in planum -atum. 19, 1 *cellulam* paucis monachis -verat *Severinus.* CORP. V 5418 (*a. 556*) hunc castrum -bit (*perf.*) *Marcellianus.* XI 4342 †Mallius Tigrinus . . . domum aeternalem vivus -vit. XII 936 (*a. 530*) qui fondabet hanc basilica(m). CARM. epigr. Engstr. 96, 2 (Corp. VIII 23673) sedilia . . . Florenti -ata labore[s] (106, 2). *nota*: OV. epist. 15, 111 -ura citas flectuntur robora naves (*sc. quae fundamento erunt navibus*). ITALA Hab. 2, 9 (Lucif. Athan. 1, 36 p. 130, 3) qui -at fundationem (πλεονεκτῶν πλεονεξίαν) malam domui suae. VVLG. Is. 28, 16 (*trop.*) in fundamento -atum *lapidem mittam.* *β de urbibus sim.*: VERG. Aen. 4, 260 Aenean -antem arces. 7, 410 urbem *Ardeam* Acrisioneis . . . -asse colonis. 8, 478 saxo . . . -ata vetusto urbis Agyllinae sedes. LIV. 40, 57, 5 sed⟨es⟩ -are Bastarnis. LVCAN. 4, 12 super hunc *collem* -ata vetusta surgit Ilerda manu. 7, 437 laevo -ata volatu . . . moenia *Romae* (SIL. 2, 507). STAT. Theb. 12, 498 Herculeos sedem -asse nepotes. SIL. 3, 368 Teucro -ata vetusto *Carthagena* (15, 192). 6, 632 inter desertos -ata Palatia dumos. 9, 74 claram muris -verat urbem *Solimus* (13, 51. 534. 14, 51 ITALA Ios. 6, 26 [Lugd., Aug. quaest. hept. 6, 19]. IVL. VAL. 2, 14 VEG. mil. 4, 1 CLAVD. 15, 520 INSCR. christ. Rossi II 24, 27). PANEG. 10 (4), 6, 6 constituta . . . et in perpetuum Roma -ata est. VVLG. III reg. 16, 34 in Abiram primitivo suo -vit eam *Iericho.* psalm. 47, 3 *trop.* -atur exultatione universae terrae mons Sion (*cf.* 86, 5 Is. 14, 32. 54, 11. 14 ITIN. Theod. 7). Is. 13, 20. Os. 9, 13 Tyrus erat -ata in pulchritudine. VEG. mil. 4 praef. p. 128, 13 -are novas civitates. SCHOL. Verg. Veron Aen. 7, 681 *Caecutus* ⟨urbem Praene⟩ste -vit. MART. CAP. 6, 627 Poeni -vere Carthaginem. GREG. TVR. Franc. 10, 31. *γ in re militari*: VEG. mil. 2, 6 p. 40, 12 his decem cohortibus legio plena -atur.

b *de rebus natura (a deo) creatis*: *α de mundo, terra sim.*: LVCR. 5, 68 quibus ille modis congressus materiai -arit terram caelum mare sidera solem (5, 417). SEN. nat. 7, 30, 3 qui totum hoc -vit (firmavit *δ*, formavit *T*). IVL. VAL. 1, 31 vs. -ata . . . sit tellus hisce legibus (LACT. inst. 1, 11, 52 terram. 2, 8, 62. 2, 9, 2 HIL. trin. 3, 7 VVLG. psalm. 77, 69. 92, 1. 101, 26. 118, 90 *al.* AVG. civ. 7, 30 p. 313, 14 D. qui terram -at atque fecundat). VVLG. exod. 9, 18 a die qua -ata est *Aegyptus* (ἔκτισται, ITALA [Monac.] creata est). psalm. 8, 4 lunam et stellas quae tu -asti (IV Esdr. 16, 57). 88, 12 orbem terrae et plenitudinem eius. 103, 8. PSALT. Rom. 94, 5 aridam -verunt (ἔπλασαν, VVLG. formaverunt) manus eius. AVG. serm. ed. Mai 1, 1 cum deus . . . huius mundi fabricam totam uno artifice -ret (*cf.* 72, 1 refunderet) verbo. MACR. sat. 1, 8, 8 cum . . . elementa universa . . . ex illis seminibus -rentur. PASS. Thom. p. 136, 7 ipse fecit caelum et terram et -vit maria. *nota*: PALLAD. 11, 12, 1 sub ea *planta* pinguis terra -atur (*firmatur; est fundamento*). *β de corpore humano*: ARNOB. nat. 2, 16 ex ossibus illis *animantibus* -ata sunt corpora . . . et nobis comparili ratione ex ossibus -ata sunt corpora.

2 *de rebus incorporeis*: **a** *de re publica, regnis, institutis sim. hominum condicionibus*: CIC. rep. 5, 1 neque viri . . . neque mores . . . aut -are aut tam diu tenere potuissent . . . rem publicam (VOPISC. Carac. 2, 2 *Romulus* -vit constituit roboravitque rem publicam). SIL. 1, 44 sceptraque -arit victor *Aeneas* Lavinia Teucris. PLIN. paneg. 8, 1 qua *adoptione* non servitus nostra, sed libertas . . . -batur. 70, 1 civita⟨ti⟩s amplissima⟨e⟩ reditus egregia constitutione -verat. APVL. apol. 18 paupertas . . . imperium a primordio -vit. IREN. 3, 1, 1 cum Petrus et Paulus . . . -rent ecclesiam (θεμελιούντων. 3, 3, 3. 4 LVCIF. Athan. 1, 30 p. 119, 13 HIER. vir. ill. praef. *et* 9 hom. in eu. Matth. ed. Morin. p. 374, 6 RVFIN. hist. 3, 4, 3 [*gr.* ἱδρυθείσας]. 3, 23, 4 τεθεμελιωμένη. 5, 6, 1. 6, 25, 8 οἰκοδομεῖται. Orig. in Rom. 10, 12 epist. Clement. 1 AVG. epist. ad cath. 12, 31. 17, 45 EPIST. pontif. Thiel Gelas. 42, 1 PETR. CHRYS. serm. 154 p. 608 GREG. M. moral. 9, 16). IVST. 3, 4, 17 possessio Tarentina Partheniis in aeternum -ata. 43, 5, 8 securitate -ata (AMM. 14, 11, 23. 17, 13, 28). EDICT. imp. Diocl. I 4 in aeternum -atam quietem. SPART. Sept. Sev. 22, 4 in aeternum pace -ata (AMM. 16, 10, 21. 25, 7, 5 INSCR. numm. Cohen V p. 104 n. 101. p. 105 n. 113). VVLG. psalm. 47, 9 deus -vit eam *civitatem* in aeternum. 86, 5. PACIAN. epist. 3, 11 p. 68 ut unitatem -ret ex uno *Petro Christus.* AMM. 17, 9, 1 utilitatem -are provinciarum. HESYCH. in lev. 26, 27—45 p. 1153[B] qui vitae *Iudaeorum* illic -vit exordia. *de matrimonio*: SIL. 2, 65 is *Nasamon* -arat thalamos Tritonide nympha. **b** *de artibus, litteris, opinionibus, sententiis, affectu sim.*: CIC. fin. 4, 1 tam . . . diligenter . . . non modo -atam, verum etiam extructam disciplinam non est facile perdiscere (APVL. Plat. 2, 6 *disciplina* quam dux rerum ratio -verit). POMPON. dig. 1, 2, 2, 39 qui -verunt ius civile. 1, 2, 2, 44 qui *libri* omnem partem operis -rent. ITALA prov. 8, 23 (Tert. adv. Hermog. 18 p. 145, 22 Cypr. testim. 2, 1) ante saecula -vit me *Sapientiam* (ἐθεμελίωσε, VVLG. ordinata sum). LACT. inst. 4, 21, 2 quo posset novae adnuntiationis ratio -ari et confirmari. LVCIF. Athan. 1, 36 p. 130, 8 ut toto in regno tuo posset -ari haeresis tua (*opp.* destrui). VVLG. psalm. 118, 152 in aeternum -asti ea *testimonia.* SOL. 1, 47 ex qua disciplina . . . temporum -ata ratio est. SPART. Sept. Sev. 17, 1 Palaestinis plurima iura. PELAG. in I Cor. 3 p. 725[B] fidem quam ego -vi. PACIAN. epist. 1, 6 p. 21 superaedificamus quod apostolorum

[Robbert]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

doctrina -vit. AMM. 26,1,14 rationem bissexti Roma -vit. ZACCH. 2,9 ut . . . dei primum credulitas -retur. SIDON. epist. 5, 3, 4 cuius *amoris* studuimus -are principium. BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 10 p. 23, 19 si ea nobis a primordio -ret Porphyrius.

B *de hominibus: de educatione mentis*: LACT. inst. 6, 21, 4 homines . . . ab aliquo imperito doctore . . . -ati *i. elementis litterarum instituti.*

C *apud* ECCL. *de Christo i. q. creare, gignere*: CANDID. epist. 1 antequam genitus esset aut creatus vel definitus aut -atus *Christus.* 2 *syn.* conditum. HIL. trin. 4,13 filius . . . sine tempore editus a patre et ante saecula creatus et -atus (FVLG. RVSP. c. Arrian. 3). MAXIMIN. c. Ambr. 43 unigenitum deum creavit et genuit, fecit et -vit. PHOEBAD. c. Arrian. 8. 15 SERM. Arrian. frg. I 17 p. 623[B] filium. *de creatione corporis hominum*: BACCH. fid. 4 carnem, quae nobis in Adam -ata est.

II *i. q. in fundamento ponere, constituere aliquid, stabilire, firmare, passiva forma hic illic fere i. q. niti* (*multa ex his possunt etiam revocari ad I*):

A *de rebus*: **1** *incorporeis*: **a** *de mente, opinionibus, sententiis, doctrinis, praeceptis sim.*: LVCR. 1,423 *communi sensui* prima fides -ata valebit (LIV. 2, 7, 10 adeone est -ata leviter fides. INSCR. christ. Rossi II p. 127, 7 v. 9 pura fides hominis votis -ata benignis). CIC. Flacc. 26 nihil veritate -atum *reperietur*. Q. CIC. pet. 25 partis ac -atis amicitiis. MANIL. 2,762 *priora* nisi constiterint primis -ata elementis. MIN. FEL. 16, 2 ut propositionis incerto certior responsionis nostrae intentio -retur. COD. Iust. 2, 1, 8 (*a. 225*) originem petitionis ex instrumentis eius qui convenitur -ari. LACT. inst. 3, 5, 5 non recte -vit suam *disciplinam.* 5, 1, 9 solidis radicibus (*cf.* OPTAT. *p. 1562, 13*) -ata et fixa sententia. PS. LACT. opif. interpol. 19, 8 § 3 nisi . . . *virtus* se ad salutem suam dimicandi tenore -verit. ITALA Am. 9, 6 (Hier. *in l.* p. 349 *sq.*) (re)promissionem (*ἐπαγγελίαν*, VVLG. fasciculum) suam super terram -vit. HIER. epist. 18[B], 4 (20), 3 quando supra petram -ata est *anima* (CLAVD. 8, 235 *animam* alta capitis -vit in arce *Prometheus*). AVG. epist. 44, 3 p. 111, 27 in apostolicis auctoritatibus . . . fuisse -atas *litteras.* c. Parm. 1, 4, 6 totum orbem terrarum in Christi unitate -atum. COD. Theod. 9, 7, 7 (= COD. Iust. 9, 9, 32 *a. 392*) accusatione -ata, hoc est cum, quo iure quove tempore actio fuerit intromissa, constiterit. POMER. 3, 14, 4 -ata animi tranquillitate. VEN. FORT. virt. Hil. 4,11 spem suae salutis in sancti intercessione -antes. **b** *de republica, civitatibus, opibus publicis et privatis sim.*: CIC. Catil. 4,19 quantis laboribus -atum imperium (Balb. 31. MIN. FEL. 25 dedit auxit -vit). parad. 10 hanc rem publicam tam praeclare -atam nobis reliquerunt (APVL. Plat. 2, 24 ratione. NOVELL. Maior. 6,1 armis et religione). VERG. Aen. 6,811 primam qui legibus urbem -bit (*Numa, quasi denuo condet.* SEN. apocol. 10 legibus urbem -vi. QVINT. inst. 1 praef. 10 -are legibus urbes. *cf.* PLIN. paneg. 34, 2 ne -ata legibus civitas eversa legibus videretur. POMPON. dig. 1, 2, 2, 4. APVL. Plat. 2, 25 institutis ac moribus. *cf. p. 1562, 32*). LIV. 3, 56, 1 -ata . . . et potestate tribunicia et plebis libertate. 3, 60, 1 plebis statu (SEN. benef. 3, 3, 2 -atum ab illo statum nostrum. AMM. 25, 8, 11). 45, 19, 10 regnum . . . nullis vetustis -atum opibus. OV. met. 14, 583 bene -atis opibus crescentis Iuli (CVRT. 10, 10, 6. CORP. V 1874, 17 rei p.). SEN. epist. 90, 6 Solon qui Athenas aequo iure -vit. Herc. f. 346 nostras . . . vires Megara. dial. 6, 22, 1 cuius res tam bene positae -ataeque ⟨sint⟩. TAC. hist. 2,76 Claudi vel Neronis -atam longo imperio domum. FRONTO p. 201, 15 N. *coloniam* iuniorum praesidiis esse -atam. APVL. Plat. 1,12 -atis . . . legibus. IVL. VAL. 2,8 cum . . . omne factum -ari stabilirique videatur utilitate consilii. ARNOB. nat. 7, 49 multae . . . res . . . ineluctabili firmitate gentis *Romanae* nomen maiestatemque -arunt. EPIST. pontif. 232 (Damas.) Migne 13 p. 347 sanctitatem *episcoporum* apostolorum instructione -atam. HIER. epist. 41, 2 Petrus, super quem dominus -vit ecclesiam (65, 15, 3. EVSTATH. Bas. hex. 4, 7 p. 910[A] firmiter in pacis statione -ata *ecclesia. paulo aliter v. p. 1560, 57*). hom. in Matth. ed. Morin p. 374, 6 in apostolis -ata est ecclesia. AMM. 15, 5, 25 multitudine trepide coepta -ante. MACR. sat. 1, 18, 19 huius versus auctoritas -atur oraculo. APRING. in apoc. 5, 2 quae secreta . . . ordinatione -vit *deus*. ACT. Petr. 2 p. 47, 30 verbum domini bene -ari. *nota*: S. C. de sumpt. lud. glad. (Corp. II 6278) 12 altius -ari remedia quae etiam malis consulunt.

2 *corporeis*: **a** *de corpore humano et eius partibus*: LVCR. 4, 828 fastigia . . . surarum ac feminum pedibus -ata. 5, 928 maioribus et solidis magis ossibus intus -atum *genus humanum*. MIN. FEL. 17, 10 alias *animantes* . . . -atas ungulis. VVLG. cant. 5, 15 *v. p. 1559, 80*. **b** *de summa rerum terra mundo sim.*: LVCR. 5, 161 gentibus humanis -atum perpetuo aevo *opus divom*. SEN. nat. 5, 14, 1 non tota solido contextu terra in imum usque -atur (*sc. est sine foraminibus firma*). MIN. FEL. 5, 7 licet terram suo -verit pondere (EVSTATH. Bas. hex. 4, 1 p. 903[A] terram . . . pondere in semetipsam constare -atam *ἑδραζομένην*). ITALA (Tert. adv. Hermog. 29 p. 157, 6) *et* VVLG. psalm. 23, 2 *deus* super maria -vit *orbem terrarum* (PSALT. Rom. 135, 6 super aquas [HERM. Pal. vis. 1, 3, 4 *θεμελιώσας*. FILASTR. 95, 2. 96, 2]. *cf.* VVLG. psalm. 103, 5 super stabilitatem). ANTH. 786[a], 3 optima quae vivo -ata est insula saxo. **c** *de navibus, aedificiis sim.*: VERG. Aen. 6, 4 dente tenaci ancora -bat navis (*cf.* GLOSS. IV 443, 29 funditus tenebat. CLAVD. 17, 113 puppim). VITR. 7, 3, 7 liaculorum subactionibus -ata soliditate (7, 3, 9 -ata harenationis et marmoris soliditate *tectoria*). SVET. Claud. 20, 3 *molem* quo stabilius -ret. HIL. trin. 4, 30 scalam -atam in terra (*cf.* ITALA gen. 28, 12 [Lugd.] confirmata, VVLG. stantem). EVSTATH. Bas. hex. 7, 6 p. 944[A] velut quibusdam -atae radicibus *naves* (*καταρριζωθεῖσαν*). **d** *de pecunia: i. q. tuto collocare*: HOR. epist. 1, 15, 46 nitidis -ata pecunia villis. **e** *in re militari*: FRONTIN. strat. 2, 3, 4 ut media acies fortissimis -retur. AMM. 16, 12, 20 antepilanis . . . velut insolubili muro -atis. **f** *apud gromaticos: i. q. certos fines agrorum constituere*: FRONTIN. grom. p. 42, 12 (= p. 32, 9 Thul.) nisi ita -verint (fid- *cod.*) agros *agricolae*. HYG. lim. grom. p. 206, 5 (= p. 169, 6 Thul.) singula terminis -ari. **g** *de arboribus sim.*: OPTAT. 2, 9 p. 45, 6 arbor -ata . . . radicibus (6, 8 p. 156, 13). PALLAD. 3, 10, 3 vitem altius -are (fundere *Qi*) radices. 3, 11 vitis . . . velut arbuscula . . . brevi crure -ata. EVSTATH. Bas. hex. 5, 3 p. 912[B] -atum . . . firmiter *semen* (*ῥιζοῦσθαι*). *hic addam*: VVLG. Is. 30, 32 erit transitus virgae -atus (LXX *aliter. cf.* HIER. in Is. 31, 30 sqq. p. 420 quasi -atam et alta radice defixam in poenis eius faciet permanere). **h** *in geometria*: BOETH. arithm. 2, 22 p. 106, 6 super quam *basim* ipsa figura -ata est.

2 *i. q. cantabrum, reicula, excrementum frumentorum molitorum sive pinsitorum*: **a** *generatim*: VARRO rust. 3, 9, 12 *ova* condunt in -es aut acus (*an trahendum ad 1? cf.* COLVM. 8, 6, 1 *bis.* PLIN. nat. 10, 167). CELS. 2, 4, 8 *in urina* tamquam ex -bus factas nubeculas (*cf.* PLIN. nat. 28, 68 ORIBAS. syn. 6, 4. HIPPOCR. progn. 12 *urinae*, quae ⟨fur⟩furis simile sedimen habent). PAVL. FEST. p. 46 canicae (*q. v.*) -es de farre. PLIN. nat. 19, 44 admixto -e. CORP. IV 4000 -e(s) a(sses) VI. ZENO 2, 44, 1 omni -e abiecto. HIER. in Mich. 2, 7 p. 512 non inveniens panem ... quisquilias et -es requisivi. PETR. CHRYS. serm. 27 p. 278 *lapis molaris* a polline -em dum secernit. SIDON. epist. 2, 2, 7 sparsum mihi saxa -em mentiuntur *propter candorem.* VICT. VIT. 1, 20 discussa spurcitia -is. ORIBAS. syn. 1, 19 -um ... decoctio nutriunt ... corpus. 4, 8 ex -bus panes factus vel de spelta (4, 13. 28 *cf. l. 50. 71*). *in imagine*: PS. ORIG. tract. 2 p. 20, 25 peccatorum -es excussi, ut credentium ... vota velut simila purgarentur. GREG. M. epist. 10, 16 (*a. 600*) ad comparationem siliginis illius nostrum -em non quaeratis. *pecudibus pabulum praebetur* (GLOSS. cod. Vatic. 5141 -r crusca vel simila [*Loewe gloss. nom. p. 148*; remula *cod.*], unde versus: fur simplex latro, fur duplex fit cibus apro): PLAVT. Capt. 807 alunt -bus (*Luchs*, -e *cod.*) sues. 810 ex ipsis dominis meis pugnis exculcabo -es. VARRO rust. 2, 2, 19 *ovibus* -es obiciuntur modice. 2, 7, 11 farinam hordeaciam molitam cum -bus. 2, 7, 12 dandum hordeum et -es. 3, 14, 3 aspergant -es non multos. PHAEDR. 4, 18, 4 -bus sibi (*i. canibus*) conspersum quod panem darent. COLVM. 6, 30, 1 immistis hordeo -bus. 7, 3, 19 *agni* pascendi sunt ... -bus (SER. SAMM. 530 PALLAD. 12, 13, 2). 8, 4, 1 -es modice a farina excreti; qui si nihil habent farris, non sunt idonei. PLIN. nat. 11, 78 *bombycas* -um esca nutriri. APVL. met. 7, 15 *asino* -es apponebat incretos ac sordidos. PALLAD. 1, 30, 4 -is quattuor *partes* aqua calida temperant. PELAGON. 442 -bus sane solis et paleis sustentabitur. VEG. mulom. 1, 22, 11 mollibus cibariis utantur et -e. 2, 6, 10 cum paleis et -e. CHIRON 250. 269. EVG. TOLET. carm. 89, 1 (*in proverbio*) esca fies canibus, fueris si -e mixtus. *adhibetur in medicina*: CELS. 2, 33, 2 -es in salsa aqua vel aceto ... decoctae (*cf.* 4, 7, 3 CHIRON 636 MARCELL. med. 14, 28 SORAN. p. 101, 2). 4, 16, 4 corticem eius *capparis* cum -bus ... contritum imponere (*cf.* 5, 27, 5B. 9 PELAGON. 255 VEG. mulom. 1, 38, 9 CHIRON 159. 636 MARCELL. med. 1, 21 ORIBAS. syn. 2 add. p. 846). 5, 22, 9 cremor vel ptisanae vel -um (6, 10, 4 *bis*). PLIN. nat. 28, 188 mixtis calidis -bus (SER. SAMM. 37 -busve novis durum miscebis acetum. *cf.* 68 VEG. mulom. 2, 112, 6 PLAC. med. 16, 7). SER. SAMM. 263 additur excussus nivea similagine -r. 464 -r ... fuerit cum fervidus unda. PLIN. med. 1, 2 -es ex aceto. PELAGON. 237 -bus calidis ungulam foveto. CHIRON 218 saciliones ex -e calido. 238 MARCELL. med. 4, 3. 27, 23. 95. 104 cum polenta e -bus facta. ORIBAS. syn. 2 add. p. 841 clystere in febribus de -bus. 8, 32. **b** *additur nomen frumenti: conficitur ex tritico* (GLOSS. III 581, 3 cantabrae sunt -es tritici. *cf.* 544, 28): VARRO rust. 2, 5, 17 semestribus vitulis obiciunt -es triticios (PELAGON. 363 CHIRON 411. 774 ORIBAS. syn. 2 add. p. 841). PLIN. nat. 18, 70 *triticum Thracium* -bus carere. 18, 89. 90. 102 e tritici ipsius -bus minutis et optimis. 22, 120 farina tritici ... -es. VEG. mulom. 1, 15, 3. PELAGON. 363 -bus de tritico. *siligine*: SCRIB. LARG. 66 aqua mulsa crebrius -bus siligineis decocta. PLIN. nat. 17, 87 *e modio siliginis redire* -is sextarios IV *eqs.* MARCELL. med. 10, 17 aquam, in qua -es siliginis deferbuerint. *frumentis aliis*: VARRO rust. 2, 6, 4 *asini* commode pascuntur farre et -bus hordeaceis (COLVM. 12, 44, 3 -es hordeaceos adiciunt ... tum generis eiusdem -es infundunt. PLIN. nat. 18, 74 cum polline ac -bus suis). COLVM. 2, 9, 19

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

panicum pinsitum et evolutum -e. ANON. med. ed. Piechotta 127 frumenti -e⟨s⟩ cum aceto ⟨c⟩ommaceret.

3 *i. q.* πιτυρίασις (GLOSS. III 598, 34 cantabriem -as): PLIN. nat. 20, 101 *scilla* discutit . . . -es capitis (20, 224. *cf.* 24, 187 porrigines capitis -esque. GARG. MART. med. 10 MARCELL. med. 4, 16. 33). 21, 127 *lilii radices* medentur . . . -es in facie (22, 64. 24, 58. 185. *cf.* 23, 144). 22, 125 corporis (35, 190). 23, 55 *acetum* medetur . . . lepris, -bus. 23, 64. 71 sanat lichenas, -es. 23, 85 ulcera manantia et -es . . . expurgat. 23, 87 -es, rhagadas. 23, 128. 154. 161. 24, 31 cutis (26, 2 foedo cutis -e. 26, 48). 24, 86. 28, 163. 186. PELAGON. 204 -em ex auribus reddit *equus*. PLAC. med. 16, 6 ad -es et scabiem in capite. ORIBAS. syn. 8, 32.

syn. et iuxta posita: acus, canicae, cantabrum, palea. *opp.*: cibarium, far, flos, pollen, simila.

deriv.: furfuraceus, furfurarius, furfureus, furfuriculae, furfurio, furfurosus.

furfurāceus, -a, -um *a* furfur. *i. q. ex furfuribus confectus*: GLOSS. Plac. V 7, 39 (= 44, 4) acerata offula: -o pane. *i. q. furfuribus similis* (*an quasi furfuraculo confectus?*): FVLG. myth. 2, 16 p. 58, 3 (= SCHOL. Germ. Strozz. p. 201, 3) crementis lunae abscisa ligna -is tinearum terebraminibus fistulescunt.

furfurāculum, -i *n.* [*deformatum esse videtur pro* perforaculum. *Th.*]. GLOSS. -um tenebra (*i. terebra*) tenebrae. *cf.* V 599, 19 furabula tenebrae. 202, 11 forfuraculum tenebrae. II 579, 53 fervoraculum (*i. perforaculum?*) ferculum, feretrum (*i. teretrum*). III 204, 24 τέρετρον. II 453, 27 perforaculum. *i. q. terebra*: ARNOB. nat. 6, 14 *simulacra* serris, -is (*Salmas.*; furfur * aculeis *P*), asciis secta dolata.

furfurārius, -a, -um *a* furfur. CORP. VI 222 ex pecunia -a . . . fecit (*collectam ex venditis furfuribus frumenti publici esse docet Henzenius*).

furfureus, -a, -um *a* furfur. *i. q. ex furfuribus confectus*: GELL. 11, 7, 3 -um panem esitare.

furfuriculae, -ārum *f.* [*a* furfur *deminutive. Th.*]. forforicl-: ORIBAS. *l. 39.* -a *vel sing. vel neutr. pl.*: ORIBAS. *l. 39 sq.* *i. q. furfures minuti*: MARCELL. med. 5, 17 praeterea addes -as in linteo ligatas ad hoc, ut amaritudinem herbae deleniant et sic -ae ipsae in saccello combulliant. *i. q.* πιτυρίασις: ORIBAS. syn. 8, 26 (32) tit. p. 244 ad forforicla capiti (*syn.* forfores). *ibid.* ut consumi ipsa fŏrĭcla possit medicaminibus. *ibid.* aliud ad forforiclas.

furfurio, -ōnis *m. a* furfur. *nomen avis*: ISID. orig. 12, 7, 72 -o vocatus, quod prius farre in farinam redacto pasceretur.

furfurōsus, -a, -um *a* furfur. *i. q. furfurum similitudinem habens*: PLIN. nat. 12, 125 colos *styracis* in quacumque natione praefertur rufus et pinguiter lentus, deterior -us et cano situ obductus.

furia (**Furia**), -ae *f.* [*cf. c.* furere *Th.*]. PAVL. FEST. p. 84 furvum . . . hinc dicta . . . -ae. ISID. orig. 8, 11, 95 -ae appellantur, quod stimulis suis mentem feriant. *legitur inde ab* ENN. VARRONE CIC. [*dub. vel corrupt.*: LVCIL. 155 quam gladium in stomacho suria (*cod.*, -ae *Bentl.*, -a *Marx*, furi *Tischer*, sura *Barth*) ac pulmonibu' sisto. CIC. Phil. 14, 15 ad illam curiam (furiam *alii*) -is (*Madvig*, viribus *vel* iuris *vel* viris *codd.*) . . . infelicem. STAT. Theb. 12, 194 aegrescit -is (*P*, curis *B M*). VAL. FL. 2, 294 *v. p. 1648, 73.* 8, 390 *v. p. 1645, 26.* PANEG. 9 (12), 16, 5 -is (*W*², omnis *M*, ominibus *Acidalius*, somniis *Aem. Baehrens*) terribilibus agitatus. ANTH. 21, 205 *loco mutilo.*] [*it.* foia. *M.-L.*] *cf. Onomasticon.*

I ***personate*** (*nonnulla hic allata aequo iure ad II referri possunt et vice versa*): **A** ***proprie: plerumque i. q. Eumenides, deae ultrices et vindices*** (*cf. Waser, PW. VII 308 sqq; Roscher, Myth. Lex. I 1559 sqq.; Daremberg-Saglio s. v.*): CIC. nat. deor. 3, 46 ***Eumenides*** si deae sunt, quarum et Athenis fanum est et apud nos, ut ego interpretor, lucus Furinae, -ae deae sunt, speculatrices, credo, et vindices facinorum et sceleris. AMM. 22, 8, 33 a contrario . . . Graeci dicimus . . . -as Eumenidas (*cf.* SCHOL. Verg. Bern. app. p. 986 HIER. epist. 40, 2, 3. GLOSS. -ae *Εὐμενίδες*). PROB. Verg. ecl. 2, 48 Erinyas id est -as (HIER. in Is. 34, 8 sqq. p. 445 lamia, quam quidam Hebraeorum ἐριννήν id est -am suspicantur. GLOSS. II 314, 19 -ae *Ἐρινύες*). SERV. Aen. 4, 609 -as vocat, sed usurpative modo Diras (*q. v.*) dixit, nam Dirae in caelo ⟨sunt⟩ . . .-ae in terris, Eumenides apud inferos; unde et tres esse dicuntur. sed haec nomina confundunt poetae (*sim.*: 3, 209 p. 380, 4 apud inferos -ae dicuntur et canes, apud superos Dirae et aves . . . in medio vero Harpyiae. COMMENT. Lucan. 6, 733 MYTHOGR. 1, 27. 2, 13). *sic* ***harpyiae -ae vocantur***: VERG. Aen. 3, 252 (*vide* SERV. *ad l. et cf. ad* 3, 209 p. 379, 22 *harpyiae* -ae esse dicuntur: unde etiam epulas perhibentur abripere, quod est -arum . . . unde et avari finguntur -as pati, quia abstinent partis). *de* ***origine***: SERV. Aen. 7, 327 -ae Acherontis et Noctis filiae sunt. auct. Aen. 3, 212 cum -arum mater secundum Hesiodum Terra, secundum Aeschylum Nox sit (*cf. p. 1615, 22*). *de -arum* ***numero***: SERV. auct. ecl. 8, 75 omnia ternario numero continentur, ut Parcae -ae (*cf. supra l. 70*). FVLG. myth. 1, 7 p. 20, 20 *Plutoni* tres -as deservire dicunt . . . Allecto . . . Tisiphone . . . Megaera (HYG. fab. geneal. p. 10, 5 MYTHOGR. 1, 109. 2, 12 GLOSS. V 105, 13), *at*: SERV. auct. Aen. 4, 469 plures -ae putantur. CLAVD. DON. Aen. 6, 572 -a . . . vocans . . . sororum innumerabilem modum. *apud scriptores praeter locos p. 1613, 80 allatos tres -ae non commemorantur nisi* VARRO Men. 117 *v. l. 53* ANTH. 504 LACT. inst. 6, 19, 4 *v. p. 1615, 34* CLAVD. MAM. epist. p. 204, 28. *passim inde a* VARRONE Men. 146 *depinguntur* -arum vulgus, agmen, coetus *sim.* *nota sing. collectivum (nisi sit cogitandum de dea ultrice) infra l. 38. 50. 76.* *appellatur* -a: Allecto (SERV. Aen. 1, 695 SCHOL. Stat. Theb. 7, 477 CLAVD. DON. Aen. 7, 346 PAVL. NOL. epist. 22, 3 p. 156, 20 AVG. civ. 3, 13 p. 111, 21 D. *al. cf. l. 41. p. 1613, 82*), Tisiphone (SCHOL. Verg. Bern. georg. 3, 552). -ae ***virgines***: SERV. Aen. 6, 280 -ae numquam nupserunt. georg. 1, 277 omnia sterilia quinta luna nata esse dicuntur ut Orcus, -ae. SCHOL. Verg. Veron. Aen. 7, 331 virgines -as ideo putant physici videri, quia nullam voluptatem capiant. *canes*: SERV. Aen. 6, 257 canes . . . -as dicit Lucanus (*6, 733*) . . . 'ululare' autem et canum et -arum est. SCHOL. Hor. sat. 1, 8, 35 infernas canes: aut Cerberum dicit aut -as. COMMENT. Lucan. 6, 733 *cf. p. 1613, 72.* *de cultu -arum*: OBSEQ. 56 lucum -arum . . . cum . . . virginem -is immolaret. SCHOL. Stat. Theb. 12, 510 *ἐπὶ Κολωνόν* in quo locus erat -is consecratus. ***-is consociantur Poenae***: CIC. Verr. 6, 113 innocentium Poenas sceleratorumque (*pars codd.*, scelerum *edd.*) -as (*cf.* Pis. 91 SIL. 13, 604). *alia* ***monstra fabulosa***: QVEROL. p. 29, 22 mysteria sunt in aditu . . . Harpyiae, cynocephali, -ae, ululae, nocturnae striges. ***afferuntur in deis inferis*** (SERV. Aen. 1, 11 apud inferos . . . ubi sunt -ae *v. ann. crit.* GLOSS. V 105, 12 -as deas infernales. *cf.* ***etiam p. 1613, 69 sqq.***): LVCR. 3, 1011 Cerberus et -ae (ARNOB. nat. 5, 28 Stygem, Cerberum, -as. *cf.* STAT. silv. 3, 3, 26 longe -arum sibila, longe tergeminus custos). VERG. georg. 3, 37 -as amnemque severum Cocyti metuet (*cf.* SCHOL. Stat. Theb. 4, 52 in isto *Cocyto* dicuntur -ae fessas siti animare serpentes). Aen. 6, 605 -arum maxima (*cf. l. 41. p. 1615, 61*) iuxta accubat (SERV. *ad l. Famem intellegit*). 8, 669 -arumque ora trementem *Catilinam*. PROP. 3, 5, 41 sub terris . . . Alcmaeoniae -ae. SEN. Herc. f. 1221 dira -arum loca et inferorum carcer *eqs.* VAL. FL. 3, 520 mox et -as Ditemque movebo (STAT. Theb. 8, 248. *cf.* MART. 12, 32, 6 -as putavi nocte Ditis emersas. *inde nominantur* SEN. Herc. f. 100 famulae Ditis). SIL. 13, 604 circumerrant -ae Poenarumque omnis imago. STAT. Theb. 8, 24 stant -ae circum variaeque . . . Mortes. silv. 5, 1, 192 nec -as nec deteriora videbo Tartara. MART. 10, 5, 18 cum fateri -a iusserit verum. IVV. 13, 51 nec rota nec -ae nec saxum. PRVD. c. Symm. 1, 368 *Proserpina* imperitat -is et dictat iura Megaerae. CLAVD. rapt. Pros. 1, 39. 2, 219 tristes -ae. MACR. sat. 5, 17, 3 maxima -arum (*i. Allecto; cf. supra l. 30*) de Tartaro asciscitur. *de* ***attributis -arum***: taedae: CIC. S. Rosc. 67 *cf.* leg. 1, 40. SVET. Nero 34, 4 *v. infra l. 71.* faces: CIC. Pis. frg. 3. *cf.* CIC. Mil. 91 dom. 102 har. resp. 4 (*v. p. 1615, 40*) VERG. Aen 6, 605 OV. Ib. 161 LIV. 21, 10, 11 (*v. p. 1615, 54*) TAC. ann. 14, 30 *v. p. 1615, 55.* SCHOL. Stat. Theb. 4, 485 *de taxo* faces -ae dicuntur habere. 5, 66. 8, 9. 11, 94. *cf. etiam p. 401, 70 sqq.* lampades: STAT. Theb. 4, 133 SCHOL. Stat. Theb. 8, 10. flagellum: OV. Ib. 183 *v. l. 63* VAL. FL. 8, 20 FRONTO p. 157, 6 N. APVL. met. 9, 36 (*in proverbio*) oleum flammae . . . sulpur incendio . . . flagellum -ae *nutrimento est. cf.* verbera: *l. 70. p 1615, 12.* CLAVD. DON. Aen. 6, 572. vincla: CLAVD. 17, 170. *de* ***munere -arum: homines scelestos cruciant, agitant, stimulant***: VARRO Men. 117 populum -is instinctum tribus diversum ferri. 146 vulgus confluit non -arum, sed puerorum. CIC. carm. frg. 32, 9 castrum hoc -arum incolo (*sc. Prometheus Caucasum*). S. Rosc. 66 ut eos agitent -ae (*cf.* OV. Ib. 161 his vivus -is agitabere, mortuus isdem. LIV. 29, 18, 15 QVINT. decl. 314 p. 235, 15 SCHOL Verg. Bern. georg. 3, 38. CORIPP. Ioh. 4, 212 -is socius Catilina cruentis exagitatus. *cf. l. 70*). Tusc. 3, 25 *perturbationes* in vitam hominum stultitia quasi quasdam -as immittit atque incitat. HOR. sat. 2, 3, 141 *Orestes furens Electram* -am *vocat.* PROP. 3, 5, 41 *v. supra l. 32.* OV. trist. 1, 5, 22 -ae, tristis Oresta, tuae (*cf.* 4, 4, 70. CLAVD. carm. min. 22, 14 ultrices -as. MYTHOGR. 1, 147). Ib. 183 tibi de -is scindet latus una flagello. GRATT. 374 Proserpina . . . -is (*Johnson*, furtis *cod.*) commissam ulciscitur iram. SEN. Med. 958 quonam ista tendit turba -arum impotens? Thy. 78 dira -arum agmina. VAL. FL. 1, 817 -arum maxima (*cf. supra l. 30. 41*). SIL. 9, 265 cum -ae expeterent poenas. STAT. Theb. 4, 633 deos -arumque atra fatigat concilia. 12, 510 Oedipodae -as. *al.* QVINT. decl. 324 p. 277, 15 insecutae sunt illae protinus -ae. SVET. Nero 34, 4 exagitari se . . . verberibus . . . -arum ac taedis ardentibus (*cf.* CLAVD. carm. min. 23, 5). APVL. met. 1, 19 mihi nocturnas etiam -as illas imaginanti. SCHOL. Hor. sat. 1, 1, 68 *Tantalus* a -is . . . prohibetur *uti praesentibus.* CLAVD. 20, 39 -is concedimus urbem. DRAC. Romul. 10, 435. 457 si -as saevire precor nec sponte nocetis, non estis -ae. *al.* CARM. epigr. 1186, 15 abest . . . -ae metus. *praesertim -ae occisorum ultionem flagitant*: LIV. 1, 48, 7 amens agitantibus -is sororis ac viri Tullia. 1, 59, 13 invocantibusque parentum -as viris. VAL. FL. 6, 293 -is ardens . . . paternis (*nisi mavis ad II trahere. cf.* SIL. 1, 444. 2, 296 exagitant manes iuvenem -aeque paternae). *accedit genet. hominum vel criminum ulciscendorum*: CIC. Phil. 11, 14 quem ultae videntur -ae debitorum. VERG. Aen. 3, 331 scelerum -is agitatus Orestes (*cf. l. 21*). *hominum mentes* ***occaecant eosque ad crimina, scelera, insaniam instigant***: CIC. Sull. 76 *Catilinam eiusque socios* non

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ad perficiendum scelus, sed ad luendas rei p. poenas -ae quaedam incitaverunt. Pis. frg 3. parad. 27 reliquiae coniurationis a Catilinae -is ad tuum scelus furoremque conversae. VERG. Aen. 1, 41 unius ob noxam et -as Aiacis. HOR. sat. 2, 3, 135 an tu reris eum *Orestem* occisa insanisse parente ac non ante malis dementem actum -is quam in matris iugulo ferrum tepefecit (*cf.* OV. trist. 4, 4, 70 CVRT. 6, 10, 14). PROP. 4, 4, 68 nescia se -is (*Livineius*, nefariis *codd.*) accubuisse novis. SEN. Med. 966 pectus en -is patet. Thy. 250 dira -arum cohors discorsque Erinys veniat. VAL. FL. 4, 13 -as Veneremque move (*cf.* 7, 170. SCHOL. Stat. Theb. 5, 66 sunt qui dicerent Venerem se cum -is vidisse). 5, 42 sontibus impulsus -is. STAT. Theb. 2, 10 primas -arum pertulit iras. 3, 630 quo vos -arum verbera caecos exagitant? *al.* silv. 3, 3, 70 *Gaius* -is agitatus. AMM. 28, 2, 11 tamquam horum similia cientibus -is. 29, 1, 33 caedes incendiaque flatantes -as. CLAVD. 3, 359. 17, 170. *sim. de -is mortuorum*: CIC. Mil. 91 frangetis impetum vivi, cuius vix sustinetis -as insepulti? *praesertim bella cient* (SERV. Aen. 7, 331 praestatur hoc ipsum -ae, ut bellum commoveat): HOR. carm. 1, 28, 17 dant alios -ae torvo spectacula Marti. SEN. contr. 2, 1, 10 quaeve -ae in mutuum sanguinem egere? (SIL. 9, 563 quaenam -ae quisve egit in hostem?). STAT. Theb. 8, 382 -ae rapuerunt licia Parcis. 11, 403 in pulvereum -is hortantibus aequor prosiliunt. ANTH. 597, 3 Nocte satam (*cf.* VERG. Aen. 7, 331) Iuno -am evocat: illa ... bellum serit. *inde affertur una cum Bellona*: ARNOB. nat. 3, 26 Bellonas, Discordias, -as (VINCENT. LER. 4, 6. *cf.* AMM. 31, 1, 1 Fortunae ... rota ... Bellonam -is in societatem ascitis armabat). *interpretationes allegoricae*: CIC. S. Rosc. 67 hae (*sc. scelera malaque conscientia*) sunt impiis assiduae domesticaeque -ae, quae ... parentium poenas a conscelleratissimis filiis repetant (Pis. 46. *sim.* leg. 1, 40). parad. 18 ut -ae sic tuae tibi occurrunt iniuriae. LVCR. 3, 1011 Cerberus et -ae ... qui neque sunt usquam nec possunt esse profecto. QVINT. decl. 314 p. 236, 11 non extrinsecus has -as venire ...: conscientiam esse, quae torqueat. PS. ALEX. c. Dind. coll. p. 181, 25 hae sunt illae -ae, scelerum vindices (*v. totum locum*). LACT. inst. 6, 19, 4 tres sunt affectus ... ira, cupiditas, libido. propterea poetae tres -as esse dixerunt, quae mentes hominum exagitent (epit. 56, 1).

B *per* ***comparationem*** *de hominibus scelestis, bellorum cupidis sim.* (*accedit genet. infra l. 40 sq. 50. 55. 57*): ENN. scaen. 71 Lacedaemonia mulier, -arum una. CIC. dom. 99 dirumpatur licet ista -a. 102 ista ... fax ac -a patriae (har. resp. 4 cum his -is et facibus. *cf. infra l. 55*). Sest. 33 ab illa -a ac peste patriae (*cf.* Vatin. 33 LIV. 30, 13, 12. 13. APVL. met. 5, 12 pestes illae taeterrimaeque -ae). 39 illa -a clamabat. 109 utra ... causa popularis debet videri, in qua omnes honestates civitatis ... *consentiunt*, an in qua -ae concitatae tamquam ad funus rei publicae convolant? 112 Gellium, Firmidium, Titium, eiusdemmodi -as. Vatin. 31 cum ... tuis -is. 40 ab eadem illa taeterrima -a productus. har. resp. 11 huic -ae. Pis. 8 aude nunc, o -a, de tuo *consulatu* dicere! 26 -is Clodianis. 91 o Poena et -a sociorum! epist. 1, 9, 15 illa -a (*Bandinelli*, furta *codd.*) muliebrium religionum. ad Q. fr. 3, 1, 11. Att. 10, 18, 2 eodem (*sc. Formias*) nos fortasse -ae persequentur. HOR. sat. 1, 8, 45 voces -arum et facta duarum (*sc. Canidiae et Saganae*). OV. carm. frg. 6 cur ego non dicam, Furia, te -am? (*quem lusum verborum vituperat* QVINT. inst. 9, 3, 70). LIV. 21, 10, 11 *Hannibalem* tamquam -am facemque huius belli odi. TAC. ann. 14, 30 *feminae* in modum -arum veste ferali ... faces praeferebant. DECL. in Catil. 90 Lentulus ... atque Cethegus ... -aeque certissimae populi Romani. 101. AVSON. 325, 83 *Venus* stimulis ... accendit amaris ancipites -as (*an spectat ad l. 9?*). AMM. 29, 2, 21 coetus -arum horrificus. CLAVD. 1, 138 -aeque rebelles edomitae. *de Vitiis personatis*: PRVD. psych. 46. 96 -arum maxima (*sc. Libido cf. p. 1614, 67*). 158 -as ... extinguere. *huc fortasse spectat* GLOSS. III 237, 38 -ae *Ὀργαί nisi ad II A pertinet.*

II ***metonymice*** *de iis rebus, quarum -ae auctores esse creduntur* (*v. quae notavi ad I*): **A** ***pluraliter:*** **1** *de affectibus, quos* -ae *excitant i. q. nimietas affectuum, sive libidinis seu irae seu ardoris seu doloris, quae animantia quasi ad insaniam perducunt* (SERV. Aen. 1, 41 -as: amorem. GLOSS. IV 520, 37 indignationibus. *nota*: SERV. auct. Aen. 4, 474 quidam furorem pro bono et innocenti motu accipiunt, -as sempe pro malo [*at cf. p. 1616, 4. 16*]): **a** *proprie animantium*: VERG. georg. 3, 244 genus ... hominumque ferarumque ... in -as ignemque ruunt: amor omnibus idem. OV. ars 2, 487 in -as agitantur equae. GRATT. 392 in -as vertere canes (*cf.* VAL. FL. 7, 161 conversaque in iram et -as). VAL. FL. 5, 219 ventum ad -as. STAT. Theb. 5, 91 tollitur in -as. 7, 580 *tigres* Eumenis in -as animumque redire priorem impulit. TERT. spect. 16 p. 18, 5 itur in -as et animos et discordias (SIDON. epist. 1, 11, 4 inque convicia). ANTH. 240, 8 in -as ignesque trahor. ARNOB. nat. 5, 29 quem non ad huiusmodi -as deorum documenta proritent. SIDON. epist. 3, 13, 4 fertur ... in -as. VERG. georg. 3, 511 -isque refecti ardebant *equi*. Aen. 4, 376 -is incensa feror. 4, 474 ubi concepit -as (SERV. auct. *ad l.* furore completa est. *cf.* HIL. Macc. 221). 7, 392 -isque accensas pectore matres (12, 946 -is accensus et ira [VAL. FL. 1, 722 -is iraque ... terribilis. PHYSIOGN. 41 p. 59, 11]. VAL. FL. 3, 590 ora. HOMER. 854). 8, 205 -is Caci mens effera. 8, 219 Alcidae -is exarserat atro felle dolor (*cf.* VAL. FL. 6, 1 SIL. 17, 236 ARNOB. nat. 5, 20 ardescit -is atque indignationibus mater). 8, 494 omnis -is surrexit Etruria iustis (*cf. l. 16*). 10, 68 Cassandrae impulsus -is *Aeneas* (*cf.* VAL. FL. 4, 32). 12, 101 his agitur -is (SEN. Thy. 24 penates impios -is age). 12, 668 -is agitatus amor (SIL. 1, 146 viros -is agitabat iniquis. APVL. met. 5, 21 infestis -is agitata. IVST. 24, 4, 8). LIV. 1, 47, 7 his muliebribus instinctus -is. 10, 29, 4 -arumque ac formidinis plena omnia ad hostes esse. 40, 10, 1 -as fraternas concita. VAL. FL. 2, 80 nec te -is et crimine matrum (*sc. Lemniadum*) terra fugat. 2, 163 implet Olenii ... domum -is. 3, 692 -as miratur ovantum. 4, 235 rotat -is ardentibus orbes (*i. oculos*). 5, 520 -is ignescit opertis. 8, 2 *Medeam* omnes pariter -aeque minaeque patris habent. STAT. Theb. 1, 35 nec -is post fata modum. 4, 346. 6, 152 Lemni gentilibus unam immunem -is *Hypsipylen*. 7, 562 arma iterum -aeque placent. *al.* silv. 4, 6, 84 populis -as immisit honestas (*cf. l. 4*). 5, 3, 198 Senonum -as Latiae sumpsere cohortes. MART. 2, 43, 6 quae passa est -as et cornua tauri. TERT. spect. 23 p. 23, 14 auriga ... tot -arum minister. NEMES. cyn. 222 ut ... possis -asque repellere tristes atque iterum blandas canibus componere mentes. ANTH. 504 inicio -as (*in tabula lusoria*). ARNOB. nat. 1, 6 bella ... -arum (*edd.*, futuriarum *cod.*) compressionibus imminuta. 4, 37. 5, 13 -as Agdestis insaniamque subiecit (*cf.* 5, 7 furorem). 7, 36 irrogent amores ... -as. *al.* AVSON. 118, 7 -as fugiens *Dido* ... procacis Iarbae. SCHOL. Stat. Theb. 5, 66 -as amori esse coniunctas. PRVD. psych. 10 -is inter praecordia mixtis. CLAVD. 18, 154 Abundanti -is (*i. rebellione*). 22, 212 aequor ... in se vertunt -is. 26, 50 internis -is exercita plebis ... Roma. 28, 187 Giganteis ... -is. *al. accedit genet. explicativus affectuum, actionum violentarum, vitiorum*: OV. met. 6, 595 terribilis Progne -is ... agitata doloris, Bacche, tuas simulat. SEN. dial. 4, 10, 7 multi -is ambitionis agitati. COLVM. 6, 27, 3 armentum ... libidinis extimulatur -is (TERT. pudic. 4 libidinum -as impias. ARNOB. nat. 3, 10 *deos* in libidinum -as gestire). LVCAN. 5, 246 clausus ... et frigidus ensis expulerat belli -as. VAL. FL. 2, 509 pugnae. SIL. 2, 500 auri. STAT. Theb. 11, 1 -as virtutis iniquae consumpsit Capaneus. Ach. 1, 398 dulcibus armorum -is. PS. QVINT. decl. 19, 15 -is monstrosae feritatis accinctus. AVG. c. Cresc. 3, 58, 64 repressis animositatis -is. VINCENT. LER. 24, 34 vitiorum. **b** *metaphorice rerum*: VERG. Aen. 10, 693 ventorum -is. STAT. Theb. 9, 533 Boreae. CLAVD. 7, 46 transnare sonoras torrentum -as.

2 *de actionibus scelestis, quas -ae cient i. q.* ***crimina, scelera***: STAT. Theb. 1, 68 si dulces -as et lamentabile matris conubium gavisus ini. 1, 163 -isque immanibus emptum Oedipodae sedisse loco. 1, 269 terrarum -as (SCHOL. *ad l.* pro criminibus posuit et peccatis) abolere. 1, 684. 4, 643 -ae geminumque nefas. 11, 638 (*significatione ambigua inter I et II*) *Iocaste* multa ... cum superis et diro questa cubili et nati -is (SCHOL. *ad l.* filii nuptiis).

3 *de mentis caecitate, qua homines perturbare solent* -ae, *i. q. insania, deliratio, dementia*: **a** *generatim*: OV. met. 15, 327 Proetidas ... eripuit -is. Ib. 343 mens ... sic -is vecors agitetur ut *Aiacis, Herculis*. fast. 3, 722 inque tuum -is acte, Lycurge, genu. 6, 489 agitur -is Athamas. 6, 526 -is in scelus isse. PETRON. 1, 1 num alio genere -arum declamatores inquietantur? TERT. nat. 2, 14 -as eius (*sc. Herculis*). anim. 17 p. 324, 33 oculisne hoc mendacium exprobraris an -is. PHYSIOGN. 33 p. 50, 6 stultitia ac -is attinentur (*sc. ἀνόητοι καὶ μάργοι*). **b** *speciatim in cultu Cybeles, Bacchi sim.*: OV. epist. 4, 47 Bacchi -is Eleleides actae (*cf.* met. 6, 595 *l. 28*). COMM. instr. 1, 17, 7 dum -as fingere quaerunt *Bellonarii*. TERT. apol. 6 licet Baccho Italico -as vestras immoletis. 37 ipsis Bacchanalium -is. ARNOB. nat. 5, 7 -arum et ipse iam plenus. PRVD. c. Symm. 2, 864 diris incensus -is. *haereticorum*: AVG. c. Parm. 2, 3, 7 circumcellionum (c. Emer. 12 serm. 47, 17). VINCENT. LER. 4, 5 in erroris sui -as. 18, 24 novellas Montani -as et insana ... novicii dogmatis somnia.

4 *de tormentis, quibus -ae nefarios persequuntur, i. q.* ***poena, cruciatus***: COMM. instr. 1, 30, 10 mox -is ageris, cum pereas ipse, Charybdis. HEGES. 2, 5, 2 praecipitibus -is actum *Pilatum*. RVFIN. hist. 8, 13, 11 *imperator* scelerum suorum -is agitatus.

5 *dubium, quo pertineat*: LAEV. carm. frg. 30 †exuviae, rabies, -arum examina mille (*affert* CHALC. comm. 76. 'ut est in vetere versu Naevii [Laevii *Osann*]'. *Theo Smyrnaeus [p. 149, 6 Hiller] in loco ex eodem fonte deprompto hunc habet versum Empedoclis [frg. 121 Diels]* ἔνθα Κότος τε Φόνος τε καὶ ἄλλων ἔθνεα Κηρῶν).

B ***singulariter:*** **1** *i. q. nimietas affectuum sc. ira, rabies, libido, furor sim.* (GLOSS. II 580, 57 incontinentia ex lascivia. IV 240, 35 ira magna. V 297, 24 ira sine modo. IV 249, 21 *al.* in -a: in furore): APVL. met. 6, 12 cum primum mitigata -a laxaverint oves animum. 10, 24 uxor ... libidinosae -ae stimulis efferata. ITALA deut. 11, 17 (Lugd.) -a irascatur dominus (θυμωθεὶς ὀργῇ, VVLG. iratus). COMM. instr. 2, 22, 7 compesce[re] -am, pacificum redde te cunctis. apol. 855 suppletus -a. 1040 donec esset -a ⟨... com⟩pleta caelestis. ANTH. 294, 5 cur in horrendam -am recedis? CHIRON 15 -a (-e *trad.*), quam consueverunt *equi* per coitum digerere. 68 platocoriasis est, quae contingit a -a (*cf.* VEG. mulom. 2, 16, 4 furore). FVLG. myth. 1, 7 non pausando -am concipere. 2, 11 p. 51, 12 Vul-

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

canum dici voluerunt quasi -ae ignem. ACT. Petr. 28 populus ... in -a conversus a magia Simonis. PASS. Theclae C 27 p. 73, 4 incensus -a magna. 2 *i. q. insania, vecordia, dementia* (GLOSS. II 364, 48 *μανία*. 299, 19 *ἐνθουσιασμός*. SERV. auct. georg. 3, 148 -am oestrum vocant): SERV. Aen. 7, 580 -a ... agebantur. CLAVD. DON. Aen. 2, 407 p. 203, 15 non tam irā sed -ā ducebatur (12, 945 p. 640, 25 non tam in iracundiam, sed in -am versus est). 12, 45 p. 557, 4 quasi quibusdam stimulis urgebatur in -am. HYG. fab. 107 p. 97, 19 Aiax -a (*cod.*, iniuria *edd.*) accepta per insaniam pecora ... occidit. FVLG. Virg. cont. p. 105, 15 contra ... omnem -am sapientiae atque ingenii. p. 106, 16 -am animi ebrietas ducit. GENNAD. dogm. 72 in -am versus insanivit. HIST. Apoll. rec. A 31 vituperia in grandem me -am concitaverunt et insaniam. FACVND. defens. 9, 3 p. 750^{C} unigeniti negare divinitatem summae -ae esse arbitramur.

deriv.: furialis, 1. furio, furiosus. *cf.* furiatilis, furiax.

furiālis, -e *a* furia. *scribitur* furalis *l. 78.* [*dub.*: OV. rem. 699 *v. p. 1437, 49.*]

1 *strictiore sensu i. q. ad furias pertinens* (*nonnulla hic allata aequo iure ad 2 trahere possis et vice versa*): **a** *de rebus: de partibus corporum furiarum*: VERG. Aen. 7, 415 Allecto torvam faciem et -ia membra exuit (*hinc* PRVD. psych. 551 -iaque arma *de Avaritia*). CAEL. AVR. acut. 1, 15, 122 Orestes etiam Electrae -es (*i. tamquam furiae*) vultus expavit. *de iis rebus, quae furiis attribuuntur*: CIC. Pis. 46 -bus (furiarum *codd. pars*) taedis ardentibus. LVCAN. 1, 200 non te, *Romam*, -bus armis persequor (*cf.* STAT. Theb. 11, 90 *Tisiphonis. v. etiam l. 21*). PS. QVINT. decl. 4, 16 -es faces et ultricum dearum terror. PRVD. c. Symm. 1, 133 fecisse reor stimulis -bus ipsas Maenadas. *his locis addas*: OV. met. 6, 591 -iaque (*i. bacchantium*) accipit arma. AMM. 14, 11, 17 *Manes* eum ... uncis -bus obiectabant. *metaphorice*: LIV. 39, 15, 3 velut -bus stimulis (*cf.* ARNOB. nat. 1, 64. 3, 28). VAL. MAX. 3, 8, 3 -is fax tribunicia (*cf.* FLOR. epit. 3, 12, 13 AMM. 31, 5, 4). *de iis rebus, quas furiae fabricantur, parant*: CIC. carm. frg. 33, 6 *Deianira Herculem* irretivit veste -i (*Ἐρινύων ὑφαντόν*). VERG. Aen. 7, 375 serpentis -e (*i. a furia profectum*) malum. OV. met. 4, 506 *Tisiphone* vergit -e venenum pectus in amborum (*cf.* CLAVD. 20, 188 virus). PLIN. nat. 14, 142 -es somni et inquies nocturna. **b** *de animantibus i. q. furiae similis*: EPIST. Sapph. 139 mentis inops, ut quam -is Erictho abstulit. LVCAN. 3, 11 visa ... Iulia ... accenso -is stare sepulchro. DRAC. Orest. 475 armatus subito -bus umbris. *sim. de habitu gestuque animantium furiis simili, quive furias decet*: CIC. har. resp. 39 cum -is in contionibus voces mittis (*cf.* Sest. 106 [funalem *G*] Planc. 86). HOR. carm. 3, 11, 17 -e centum muniant angues caput *Cerberi* (*aliter infra l. 71*). LIV. 7, 17, 3 sacerdotes eorum facibus ardentibus anguibusque praelatis incessu -i militem Romanum insueta turbaverunt specie (*cf.* FLOR. epit. 1, 12, 6 -i more processerant). 10, 41, 3 dira execratio ac -e carmen detestandae familiae stirpique compositum. LVCAN. 6, 654 vario -is cultus amictu induitur. PORPH. Hor. epod. 5, 15/16 -i habitu eam (*sc. Canidiam*) describit.

2 *latiore sensu* (*v. quae notavi ad 1*): **a** *de rebus, quas homines parant, suscipiunt quasi a furiis capti, instincti vel quae furiis conveniunt; inde i. q. dirus, funestus, atrox*: OV. am. 3, 12, 39 aversumque diem mensis -bus Atrei (*cf.* CLAVD. 15, 180). met. 6, 84 pro tam -bus ausis (11, 12). 6, 657 -i caede. 8, 481 -bus (*i. furiis datis*), ... Eumenides, sacris vultus advertite. SEN. Med. 157 siste -em impetum (MIRAC. Steph. 2, 5, 1). Thy. 94 neve -i malo aspergite aras. VAL. FL. 2, 102 exitium -e movet. SIL. 8, 26 -ia vota (PAVL. PETRIC. Mart. 6, 225). 8, 409 bella. 16, 319 tollitur in caelum -i turbine clamor. PRVD. psych. 510 dictis ardens -bus infit *Avaritia*. MEROB. poet. 85 murmura. DRAC. laud. dei 3, 266 consanguineos scelus est iugulare propinquos et -e nefas. **b** *de affectibus hominum, quos quasi furiae inspirant, inde i. q. furiosus, insanus*: OV. fast. 2, 761 iuvenis -es (*RM*, furiatus *V*, furiatos *Heinsius*) regius ignis (*i. amores*) concipit. ARNOB. nat. 1, 43 cupiditates (4, 16). 1, 50 passionum. 4, 33 discriminum (5, 7). 5, 5 libido. 6, 22 gaudia. CLAVD. DON. Aen. 7, 355 p. 57, 23 -is lues. CLAVD. 3, 76 quam (*sc. Megaeram*) penes ... undantes spumis -bus irae. AVG. epist. 43, 4 discordiis -bus. EVSTATH. Bas. hex. 4, 1 nonnulli ... circensium -i ardore detenti (*τῶν ἱπποµανούντων*). *huc addas*: STAT. Theb. 11, 584 crinis obnubit -e caput *Oedipodis*. MART. 2, 75, 7 *corpora leo* -i dente peremit. COD. Theod. 16, 2, 12 (*a. 355*) animis -bus. *per enallagen*: PAVL. PETRIC. Mart. 5, 319 cruenti iudicis ... -ia limina. **c** *active i. q. in furorem coniciens, ad insaniam compellens*: VAL. FL. 6, 670 aurum -e. 7, 254 -ia figit oscula *Venus*. ISID. orig. 13, 13, 4 Boeotiae lacus -is est, de quo qui biberit, ardore libidinis exardescit. *inde nomen herbae*: PS. APVL. herb. 74 *strychnos*, quae appellatur manice, sed latine furalis, eo quod furorem excitat.

acc. neutr. sing. pro adv. **furiāle.** *i. q. atrociter, malitiose*: SIL. 13, 375 minaci obtutu torvum contra et -e renidens. STAT. Theb. 6, 429 aurigae -e minatur efferus. CLAVD. 26, 326 leo tacitus ... per altas incedit -e nives. CORIPP. Ioh. 2, 32 -e fremens.

adv. **furiāliter.** *i. q. atrociter*: OV. fast. 3, 637 -r odit. DECL. in Catil. 120 bestias ... per domos nostras -r exultantes. MIRAC. Steph. 2, 5, 1 -r quaerebat. SEDVL. op. pasch. 5, 11 p. 284, 3 dicentes -r et clamantes. VEREC. in cant. 2, 26 meo populo -r indignantur.

furiātilis, -e [*a* furiare, furiatus *vel* furia. *Th.*]. *cf. M. Leumann, Adj. auf -lis p. 73.* VEN. FORT. Mart. 3, 306 *vacca* accessit propius sancto -e (*sic*) cornu.

furiātus *v.* 1. furio.

furiāx, -ācis *adi. c. superl. a* furia *vel* furere (*cf. Wölfflin, Arch. 5 [1888] 492*). *in parte codd. scribitur* furax, furacissimus. *i. q. furiosus, insanus, rabidus*: PS. CYPR. aleat. 9 insaniunt et -issimis vocibus peierant. 11 desine ab illos tuos -issimos mores. *ibid.* abice abs te -es mores.

furibundus, -a, -um [*a* furere. *Th.*]. EVTYCH. gramm. V 454, 12 furo, furis, -us. GRAMM. suppl. 75, 23 a participiis inveniuntur derivatae terminationes ... in bundus ut furens -us. *nomen non participium esse docent* SERV. gramm. IV 441, 18 POMP. gramm. V 257, 21. GRAMM. suppl. 263, 2 litteraturam habet participii ... sed nomen est, quia non venit a passivo. *de significatione*: PRISC. gramm. II 137, 18 in bundus ... desinentia similitudinem habere significant, ut ... -us similis furenti. *cf.* DIOM. gramm. I 403, 3 -us similis furenti, sed sine furore. SERV. *l. 34.* ISID. diff. 1, 554 *de differentia inter* -us et furens. GLOSS. *ἐµµανής. ὀνµικός.* valde iratus. valde iracundus. *accedit abl. causae l. 26. 35.* contra *l. 48.* NOT. Tir. 35, 65.

1 *strictiore sensu de iis, qui furiis aliisve deis agitantur, mente perturbantur*: CATVLL. 63, 31 -a ... Attis (*cf. l. 71*). VERG. Aen. 7, 348 *Amata* -a ... monstro (*sc. angue Allectus*). OV. met. 4, 512 *Athamas.* SEN. Oed. 616 -a Agave. *de vatibus*: CIC. div. 1, 114 *vaticinantium* -a mens. OV. met. 14, 107 *Sibylla* deo -a recepto. DRAC. Romul. 8, 134 Cassandra ... -a sacerdos. *sim.*: CIC. div. 1, 4 hariolorum etiam et vatum -as praedictiones.

2 *latiore sensu i. q. plenus furoris, insanus, vecors praecipue ira, amore, cupiditate sim.*: **a** *de animantibus* (*nonnulla etiam ad 1 spectant*): CIC. Sest. 15 -i hominis et perditi. 117. SALL. Catil. 31, 8 ille -us. VERG. Aen. 4, 646 *Dido* (SERV. *ad l.* furenti similis. *cf.* SIL. 8, 52. 96). CVLEX 187. PROP. 3, 8, 3 -a mero ..., et ... insanā ... manu. 4, 8, 52 Cynthia ... -a decens. OV. ars 3, 709 *Procris* -a ... evolat, ut ... Baccha. met. 8, 107 *Scylla.* 9, 637. 10, 410. EPICED. Drusi 373 quaque ruit *Fortuna*, -a ruit. SEN. Ag. 981. Thy. 556 Mavors. nat. 6, 23, 2 -i regis. VAL. FL. 2, 200 SIL. 1, 454. 2, 264 Nomadum -a cohors. 9, 468 *Pallas.* 17, 554 HOMER. 404. STAT. Theb. 3, 272 nec hae quicquam lacrimae, -e, morantur? 9, 353 (SCHOL. *ad l.* attonita). MART. 6, 21, 5. VOPISC. quatt. tyr. 7, 4 Aegyptii ... viri ventosi, -i, iactantes. LACT. inst. 3, 28, 11 quasi -i exiliunt. HIER. in Is. 14, 20 p. 179 VVLG. III reg. 20, 43 (*συγκεχυµένος καὶ ἐλελυµένος*) SVLP. SEV. dial. 3, 15, 2. SIDON. epist. 9, 16, 3 vs. 72 plebs -a. DRAC. Romul. 2, 141 Tirynthius. 6, 20 Amor. 10, 62. 531 *Medea.* 10, 537 genetrix. BOETH. mus. 1, 1 GREG. TVR. Franc. 2, 33. glor. conf. 91 quasi contra sanctum dei -o. CARM. epigr. 494, 2 cuius -ae ruperunt fila sorores INSCR. christ. Rossi II p. 128, 9 vs. 6. *nota de bestiis*: OV. met. 13, 871 ut taurus vacca -us adempta. SVLP. SEV. dial. 2, 9, 2 *vacca* torvis -a luminibus propius accessit. IORD. Get. 312 ut leo -us. *de Leonis signo*: HOR. epist. 1, 10, 17 cum semel accepit Solem -us acutum. **b** *de rebus: de affectibus, actionibus sim. humanis*: CIC. Phil. 13, 19 latronis impetus (SEN. Phaedr. 263) crudelis ac -os. SIL. 4, 373 ceu bella leones inter se -a movent. 11, 102 -a insomnia. 12, 546 -is gressibus. STAT. Theb. 4, 318 cupido. 10, 896 silentia. APVL. met. 8, 6 cursuque bacchata -o. IVVENC. 1, 398 -a ... fallacia *diaboli.* 2, 5 -a daemonis arte. FVLG. Virg. cont. p. 100, 11 Tisifone, hoc est -a vox. p. 105, 14 Turnus ... graece quasi turosnus dicitur id est -us sensus. AVG. civ. 3, 28 p. 140, 26 D. -a ... licentia iugulandi. CASSIOD. var. 7, 4, 2 -a praesumptio. *de animis, partibus corporum hominum*: PS. CIC. exil. 25 Hannibalis -am mentem (STAT. Theb. 2, 423 FVLG. Virg. cont. p. 106, 11). SEN. Tro. 94 vacet ad crebri verbera planctus -a manus (940 Herc. O. 905. SIDON. carm. 5, 289 Orestae). PETRON. 124 vs. 282 pectore. SIL. 2, 43 ore. IORD. Get. 155 animo. *de aliis rebus corporeis plerumque personatis*: LVCR. 6, 367 ignibus et ventis -us fluctuet aer. MANIL. 1, 422 vastos cum terra gigantas in caelum -a tulit. SEN. nat. 5, 16, 5 africus -us et ruens. ARNOB. nat. 1, 46 -a et insana explicabant se maria. *per enallagen*: CATVLL. 63, 54 earum (*ferarum*) omnia adirem -a latibula (*potest etiam ad 1 referri*). *nota neutr. sing. vice adv.*: SEN. Ag. 544 -um intonat *Aiax* (*seq. or. dir.*).

adv. **furibundē.** *i. q. atrociter*: HIER. in Is. 14, 4—7 p. 176 virga regalis omnes -e percutiens.

fūrīnus, -a, -um *a* fur *per iocum.* PLAVT. Pseud. 791 non coquinum est, verum -um est forum.

1. furio, (-āvī), -ātum, -āre [*a* furia. *Th.*]. EVTYCH. gramm. V 450, 21 furia, -o, -as. PORPH. Hor. carm. 1, 25, 14 verbum fictum, quod significat: cum furore concitare. SCHOL. Hor. carm. 1, 25, 14 novo verbo usus est. *cf.* SERV. auct. Aen. 2, 407.

i. q. in furorem, iram, amorem sim. compellere, instigare, insanum reddere, incitare aliquem: **a** *bestias*: HOR. carm. 1, 25, 14 libido, quae solet matres -are equorum. **b** *homines*: SIL. 13, 279 nec vulgum cessat -are dolorque pavorque. 14, 280 ductores ... vaniloquo

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

plebem -bant ... ore. 17, 293 dux ... ignifero mentes -bat in iram hortatu. STAT. Theb. 11, 488 cum ... -rent (SCHOL. instigarent) orgia matres. ITALA iud. 9, 30 (Lugd.) Zebul ... -atus (*ὠργίσθη*, VVLG. iratus) est ira. ACT. Petr. 34 tamquam besteus -batur (*ἠγριαίνετο*) ad eam. 41 valde furiebatur (*sic*) Nero (*ὀργίλως διακεῖσθαι*).

part. perf. pass. vice adi. **furiātus,** -a, -um (*notio verbalis interdum praevalet*). SERV. Aen. 2, 407 furiosus est, a quo furor numquam recedit, -us, qui furit ex causa (*cf.* ISID. diff. 1, 211 GLOSS. V 105, 14. 552, 14). *accedit acc. qui dicitur graecus: l. 18, abl. causae l. 15 sq. 19 sq. al.* *i. q. furore concitatus, furibundus, insanus, vecors praecipue rabie, amore sim. incitatus* (GLOSS. -a dolore: concitata): **a** *de rebus*: VERG. Aen. 2, 407 -a mente (GLOSS. insano animo. VERG. Aen. 2, 588 VAL. FL. 8, 445 SIL. 2, 210 CYPR. zel. 8. LACT. inst. 4, 27, 2 mentes emotas et malis incursibus *daemonum* -as. HIER. epist. 36, 2, 3 DRAC. laud. dei 3, 505 dolore). SIL. 13, 209 -is viribus. CLAVD. rapt. Pros. 3, 262 pectore. PRVD. perist. 3, 26 -a lues (*sc. persecutio Christianorum*). CARM. epigr. 284, 4 -a (auriata *lapis*) procella. **b** *de animantibus*: SIL. 5, 339 -a cohors. 6, 514 *Marcia* mentem -a dolore. 7, 617 exemplo laudis -a iuventus (11, 132). STAT. Theb. 7, 489 luctu -a. CYPR. GALL. exod. 1151 Iudaea manus ... exultantes ducit -a choreas. LACT. epit. 40, 2 -is daemonum incursu mentem propriam reponebat *Christus*. DRAC. laud. dei 3, 515 *Dido*. *incert.*: CARM. epigr. 544[A], 5 (Corp. VI 36658) c>uius (*pueri*) ... soro<r Phoebi visu fur>iata (*suppl. Bücheler, sed videntur in lapide fuisse* <...> nata). *de furore vaticinantium*: STAT. Theb. 2, 21 -a sacerdos (SCHOL. furore correpta maga). *cf.* furiatilis.

2. fūrio *v.* 2. furo.

[**furiolus** *v.* hariolus.]

✱**furiōsus,** -a, -um [*a* furia. *Th.*]. *de declinatione*: PS. ASPER gramm. suppl. 40, 31. *legitur super l. inde a* CIC. *v. infra l. 57. p. 1620, 18. 43. 77. 1621, 25. comp.: v. p. 1620, 32. 60. 78. 1621, 20.* *de significatione*: PAVL. FEST. p. 54 cerritus: -us (PORPH. Hor. sat. 2, 3, 277/78). p. 119 larvati -i et mente moti. GLOSS. *θυμώδης. οἰστροπλήξ, μανιώδης. μεμηνώς. θυμικός. ἐνθουσιώδης. ἐπαρίστερος.* lymphaticus lymfor (*i.* lymphosus?). *distinguitur ab* insano *cf.* CIC. Tusc. 3, 11, furiato: SERV. Aen. 2, 407 *v. supra l. 7*, furenti, irato: ISID. diff. 1, 212 DIFF. ed. Beck p. 59, 40 *cf.* p. 64, 16. *legitur inde a* LEGE XII tab. VARRONE CIC. (*45 locis*) LVCR., *saepissime apud* ICTOS (*fere 300ies*); *deest ex. gr.* CATVLLO CAES. TIB. PROP. GERM. VELL. LVCANO VAL. FL. SIL. STAT. [*dub.*: CIC. Phil. 14, 14 (*ex coni.*) MART. 8, 6, 3 *coni. Lips.*, fumosa *codd.* VOPISC. quatt. tyr. 10, 3 *v. p. 1620, 74.*] [*it.* foioso. *M.-L.*]

i. q. ***insanus,*** *vecors, demens, delirus* (*passim ponitur subst. vice; subst. fem.*: EDICT. praet. Vlp. dig. 3, 11 VLP. dig. 3, 5, 3, 5. 24, 2, 4 *al.* PAVL. dig. 5, 2, 19 pr. *al. et alibi apud* ICTOS).

I *sensu strictiore de iis qui morbo mentis laborant*: **A** *de hominibus*: **1** ***proprie*** *i. q. morbo mente alienatus*: LEX XII tab. (Cic. inv. 2, 148) 5, 7 si -us escit, adgnatum gentiliumque in eo pecuniaque eius potestas esto (*cf.* CIC. rep. 3, 45 VLP. reg. 12, 2 *al.*). VARRO Men. 148 insanis sani et -i videntur esse insani. CIC. leg. agr. 1, 1 haec ... vobis ... utrum cogitata sapientium an optata -orum videntur? leg. agr. 2, 32 privatus -us (*cf. ibid.* privatorum insaniam). Pis. 47 ego te non vecordem, non -um, non mente captum, non tragico illo Oreste ... dementiorem putem ...? Deiot. 15 nisi eum -issimum iudicas (LACT. inst. 3, 3, 6 *syn.* dementes. *al.*). ac. 2, 48 quae vel dormientibus vel -is videntur (*cf.* 53 utimur exemplis somniantium, -orum, ebriosorum. 88. 90). epist. 11, 18, 2 qui illum tam -um arbitraretur. SEN. contr. 2, 3, 12 pater -us probari non possit (*cf.* 2, 3, 13. 16 QVINT. decl. 349 p. 374, 16. 376, 5 *syn.* insanum. VLP. dig. 24, 3, 22, 10). 10, 3, 4 -um te dicerem. contr. exc. 3, 9. SEN. dial. 4, 36, 5 se negant ... insanire -i. epist. 15, 1 *syn.* phrenetici. 86, 1 Cambyses -us ac furore feliciter usus. 94, 17 si quis -o praecepta det, ... erit ipso ... insanior. frg. 29 pro -o habent. SCRIB: LARG. 99 sanat ... morbo comitiali correptos, quos *ἐπιληπτικούς* Graeci vocant, -os, quos *μαινομένους* dicunt (*cf.* 107). PETRON. 94, 6 puta ... me -um esse, cede insaniae. QVINT. decl. 256 p. 48, 14. CALP. decl. 31 p. 27, 22 quasi -us errabo, sed certe sine mente secura. EDICT. praet. Vlp. dig. 3, 1, 11 pro ... <-o> -a (*cf.* 3, 1, 2 pro fatuo fatua. *sim.* VLP. dig. 46, 7, 3, 6 HERMOG. dig. 27, 3, 25 pr. *al.*). CELS. dig. 41, 2, 18, 1 -o, quem suae mentis esse existimas (*cf.* POMPON. dig. 12, 1, 12 -o, cum eum compotem mentis esse putares. PAVL. dig. 41, 4, 2, 16 quem putem sanae mentis. *al.*). POMPON. dig. 6, 1, 60 infans vel -us (13, 1, 2 MAECIAN. dig. 40, 5, 36 pr. FLORENT. dig. 50, 16, 209 MOD. dig. 48, 8, 12 pr. *cf.* VLP. dig. 12, 6, 29 pupillus ... vel -us. *al.*). 23, 5, 8, 2 si ... -us factus essem. 50, 17, 40 -i ... nulla voluntas est. VENVL. dig. 48, 3, 15, 4 a curatore pupilli -ive (GAIVS dig. 2, 14, 28, 1 aut prodigi. PAVL. dig. 12, 2, 17, 2 *saepe*). GAIVS inst. 1, 180 in tutela legitima -i aut muti. 3, 106 -us nullum negotium gerere potest. PAPIN. dig. 5, 1, 39 pr. cum -us iudex addicitur. VLP. dig. 1, 6, 8 pr. -us licet uxorem ducere non possit, retinere tamen matrimonium potest. 4, 7, 10, 1 tutor ... -i. 24, 2, 4 an -a ... repudiari possit. 30, 39, 8 -i est ... ascribere. 40, 5, 30, 7 in -i persona (PAPIN. dig. 46, 3, 95, 7 COD. Iust. 5, 70, 7, 6 [*a. 530*]). PAVL. dig. 5, 1, 12, 2 perpetuo -us (COD. Iust. 5, 70, 7, 2 [*a. 530*] perpetuus -us. *cf.* 5, 70, 7 pr. -us, quem morbus detinet perpetuus). 26, 1, 11 -us ... tutor. 50, 17, 124, 1 *opp.* mutus. MARCIAN. dig. 5, 2, 2 pr. *syn.* demens. MACER dig. 1, 18, 14 pr. custodes -is ... adhibentur. *persaepe.* TREB. trig. tyr. 22, 1 vel -i ac dementes (COD. Theod. 9, 43, 1, 2 [*a. 321*] ut -o ac dementi). SPART. Hadr. 12, 5 -um esse constitit. FIRM. math. 3, 11, 12 insani ac -i. AVSON. 464, 2. CLAVD. DON. Aen. 5, 674 p. 501, 14 qui a -is cupiebat agnosci. VVLG. I reg. 21, 15 an desunt nobis -i (*ἐπιλήπτων*) ...? CAEL. AVR. chron. 1, 6, 183 (*bis*). COD. Iust. 1, 4, 28 (*a. 530*) tam dementis quam -i liberi. *ibid.* -i vel mente capti. *al.* *de iis, qui furore divino instinguntur*: HOR. sat. 2, 3, 304 Agave ... sibi tum -a videtur? *cf.* SEN. Ag. 1012 -a, morere. *acced. ablat.* (*cf. p. 1621, 5. 11*): SALV. gub. 7, 102 freneticum aut daemoniacum varia insaniarum labe -um. **2** *per hyperbolen i. q. stultus, ineptus, delirus, rationis expers, inconsultus* (*sed cf.* PORPH. Hor. sat. 2, 3, 287 Menenium melius -um accipimus vel potius stultum): CIC. Sest. 111 in -issimum atque egentissimum ganeonem. PS. SALL. in Tull. 7 dementes ac -os vocas. HOR. sat. 2, 3, 207 (*bis; cf.* 209 commotus). OV. am. 2, 2, 13 gerat ille suo morem -us amori. epist. 2, 45 laceras etiam puppes -a refeci. 5, 69 quid enim -a morabar. ars 2, 363 accipitri timidas credis, -e, columbas. *al.* LIV. 45, 23, 11 -us ... orator. SEN. Med. 897. MART. 6, 63, 4 *syn.* stulte. *nota sententiam stoicorum*: CIC. ac. 2, 136 sapientes solos reges ... insipientes omnes ... servos, -os denique. *cf.* HOR. sat. 2, 3, 222 qui sceleratus, et -us erit.

B *de rebus (per quandam enallagen): quod cum furore fit vel furoris est* (*nonnulla ad II C referre possis et vice versa*): CIC. de orat. 1, 51 quid est ... tam -um quam verborum ... sonitus inanis. LVCR. 2, 986 si delira haec (*quae dixi*) -aque cernimus esse. POLLIO or. frg. Quint. inst. 9, 2, 9 -um ... non inofficiosum testamentum reprehendimus. HOR. sat. 1, 3, 83 hoc -ius atque maius peccatum est. VAL. MAX. 9, 1, 2 non solum perditae, sed etiam -ae luxuriae iuvenem. SEN. dial. 12, 7, 5 inconstantia. epist. 110, 7 quam sit -a res in tenebris impetus. QVINT. inst. 2, 10, 8 -ae vociferationi simillimum est. 11, 1, 37 idem dictum saepe in alio liberum, in alio -um (*explicatur ibid. voce* insania), in alio superbum est. PIVS Vlp. dig. 26, 5, 12, 2 qui ... -um faciunt exitum. MIN: FEL. 11, 2 opinione. IVL. VICT. rhet. 24 p. 441, 25 pronuntiatio ... in parvis ... clamosa videatur necesse est -a atque deridicula. SCHOL. Cic. Bob. p. 144, 15 St. ineptissimam ... et paene -am <vaticinationem *add. Halm*>. PS. RVFIN. in Os. 9, 7 praecepta. AVG. civ. 6, 6 p. 256, 8 D. -issimae impietatis. persev. 20, 53 -issima loquacitate. *nota abundantiam*: SER. SAMM. 87 phrenesis. ARNOB. nat. 1, 31 insaniae. *cf.* AVG. epist. 204, 1 error. *de oratione i. q. tumidus, commotus*: CIC. Brut. 241 petulanti et -o genere dicendi. QVINT. inst. 3, 8, 59 cur initio -o sit exclamandum. *fort. sensu activo i. q. furorem ciens* (*sed cf. p. 1625, 38 sqq.*): OV. fast. 4, 341 tibia. *subi. est infin.* (*cf. p. 1619, 84*): SEN. dial. 4, 34, 1 cum pare contendere anceps est, cum superiore -um. QVINT. inst. 11, 3, 146 laevam involvere toga et incingi paene -um est (*cf.* PLIN. epist. 7, 30, 5).

II ***latiore*** *sensu de iis qui nimietate affectuum tamquam insania commoventur i. q. immodicus, temerarius, audax (maxime in invertenda re publica), tum saevus, crudelis, atrox sim.*: **A** *de hominibus*: CIC. S. Rosc. 33 ut erat -us (*syn.* insanissimum). Verr. 5, 149 -us urgere *coepit*. Sest. 20 contra tribunum plebis -um et audacem (25 Mil. 14). 97 optumates sunt qui neque nocentes sunt nec natura improbi ac -i. de orat. 2, 124 hominem seditiosum -umque (dom. 3 *syn.* vesano. Mil. 78 SCHOL. Cic. Bob. p. 172, 22 St. *al.*). Mil. 88 illi perdito ac -o. Phil. 2, 1 -ior quam Catilina. Cato 47 ab domino agresti ac -o (*translatum ex Plat. rep. 1 p. 329c λυττῶντα*) profugi (*cf.* AMBR. Cain et Ab. 1, 5, 20 -ae dominae declinare saevitiam). *al.* PLANC. Cic. epist. 10, 11, 2 pars exercitus non minus -a est. OV. ars 2, 451 cuius laniet -a capillos. LIV. 21, 41, 13 -um iuvenem (24, 6, 9). SEN. Med. 601 quos polo sparsit -us *Phaethon* ignes, ipse recepit. dial. 10, 18, 5 -i ... et infeliciter superbi regis *Xerxis*. QVINT. decl. 328 p. 290, 30 respondere ... -o (*Schulting*, -e *codd.*) poteram. 329 p. 295, 8 demens et sceleratus et -us. IVV. 3, 291 cum te -us cogat et idem fortior. FLOR. epit. 3, 6, 2 perditis -isque latronibus. APVL. met. 9, 38 sermone alioquin exasperatus -us latro. PS. APVL. Ascl. 25 -us fortis *putabitur*. COMM. instr. 1, 7, 12 obsceni, -i (*C*, curiosi *B A*), bellatores. ANTH. 472, 1 -a iuventus. PANEG. 9 (12), 20, 3 Cinna -us et Marius iratus. 12 (2), 45, 5 -i gladiatoris (*i. Maximi tyranni*) lanistis. VOPISC. quatt. tyr. 10, 3 omnis aetas in imperio reprehenditur: senex est quispiam: inhabilis videtur; adulescens est: -us (*coni. Peter*; adulescens additur his et furore *codd.*). CAPITOL. Gord. 8, 1 contra hominem -issimum. ARNOB. nat. 1, 42 insanior et -ior factus. LACT. inst. 3, 8, 1 omissis litigatoribus -is ac pertinacibus. FIRM. err. 2, 3 p. 5, 5 Osiris iustus ... Tyfon -us, impotens ac superbus. math. 3, 4, 3 calidos, audaces, -os ... facit *Mars*. 8, 10, 1 -i, iracundi, terribiles, minaces. 8, 27, 1 -i, periuri, sacrilegi. HIL. Macc. 213 -e tyranne. OPTAT. 3, 4 p. 83, 6 turbam. AVSON. 115, 4 *v. p. 1607, 61.* VVLG. prov. 22, 24 noli esse amicus homini iracundo (*θυμώδει*) neque ambules cum viro -o (*ὀργίλῳ*). PHYSIOGN. 9 p. 15, 6

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vel -um vel iracundum. 84 p. 113, 12 inquietos ac -os. VAL. CEM. hom. 12, 5 *syn.* iratis. CASSIOD. in psalm. 119, 7 -is . . . et superbis. HOR. carm. 2, 16, 5 otium bello *rogat* -a Thrace. *cf.* AVSON. 364, 10 -i iurgia . . . circi. AVG. civ. 1, 27 p. 43, 28 D. mundo . . . tot nefandis crudelitatibus -o. *de partibus animantium*: LVCR. 6, 1184 -us voltus et acer. NEMES. ecl. 2, 3 in Donaces venerem -a mente ruebant. AVG. c. Petil. 2, 14, 33 linguas -as exeritis. PHYSIOGN. 103 p. 126, 3 oculis . . . relucentibus -is (*cf.* 11 p. 18, 8 *quod magis ad I pertinet*). *de deo fluviali*: OV. am. 3, 6, 87. *iuncturae: accedit ablat.* (*cf. l. 5. p. 1620, 14*): CIC. Cluent. 182 mulier iam non morbo, sed scelere -a. CAPITOL. Max. Balb. 2, 3 natura -us, truculentus. AVG. c. Parm. 3, 5, 28 superbiae tumore -os. in *c. acc.*: PHYSIOGN. 84 -os esse in venerem (*cf.* 29 *ex coni. Foersteri*).

B *de bestiis*: ANTHIM. praef. p. 8, 21 caballi -i.

C *de rebus* (*cf. quae p. 1620, 28 notavi*): **1** *de affectibus*: CIC. Catil. 1, 25 tua ista cupiditas effrenata ac -a (ARNOB. nat. 4, 26 p. 162, 17 FIRM. math. 8, 6, 6). 3, 16 Cethegi -am temeritatem. dom. 55 haec -a vis vesani tribuni plebis. Phil. 2, 101 -am vinulentiam tuam. OV. ars 1, 281 parcior in nobis nec tam -a libido. met. 9, 737 meus est -ior illo . . . amor. fast. 1, 211 opum -a cupido. SEN. Med. 140 dolor. PETRON. 99, 2 aemulationem. APVL. met. 8, 3 libidinis. 9, 36 rabie. VOPISC. Prob. 22, 1 invidia. COD. Theod. 9, 45, 5 (*a. 432*) formido. CASSIOD. in psalm. 130, 4 voluntate. **2** *de hominum factis*: CIC. Att. 4, 3, 4 contiones turbulentae Metelli, temerariae Appii, -issimae Publii (or. frg. A XIV S. [= XIII M.] 2). ad Q. fr. 2, 2, 2 -ae aedilitatis *Clodi* expectationem. OV. met. 10, 370 vota (*i. illicita, libidinosa*). LIV. 36, 34, 3 a -o incepto eos deterreret. VAL. MAX. 4, 3 ext. 2 tamquam ex aliqua -a profugi dominatione (*cf. p. 1620, 61*). 4, 7, 2 -i conatus. CVRT. 10, 2, 21 consternationis. APVL. met. 7, 21 impetus (9, 25). 8, 13 cursu. FIRM. math. 8, 6, 6 contentionibus (MAXENT. c. Nest. 1, 1 p. 16, 22). CAES. AREL. serm. Rev. Bénéd. 23 p. 203, 103 -o et animae contrario tabulae ludo (PS. AVG. serm. 141, 3. 173, 3).

syn. et iuxta posita: ad I: commotus (*v. p. 1620, 20*), delirus (*p. 1620, 30*), demens (*p. 1619, 56 sq. 1620, 5 sq. al.*), insanus (*p. 1619, 52. 62. 65. 1620, 8 al.*), mente captus (*p. 1619, 55. 1620, 12*), phreneticus (*p. 1619, 63*), stultus (*p. 1620, 24*), vecors (*p. 1619, 55*), vesanus (*p. 1620, 59*). *ad II*: acer (*l. 6*), agrestis (*p. 1620, 61*), audax (*p. 1620, 57. 80*), effrenatus (*l. 16*), improbus (*p. 1620, 58*), inquietus (*l. 1*), nocens (*p. 1620, 57*), perditus (*p. 1620, 60. 69*), sceleratus (*p. 1620, 68*), seditiosus (*p. 1620, 58*), temerarius, turbulentus (*l. 24*).

opp. ad I: mentis compos (*p. 1619, 73 cf. 1619, 72. 74*), sanus (*p. 1619, 52 al. cf. l. 48*), sapiens (*p. 1619, 53*). *nota* stultus (*p. 1620, 18*).

adv. **furiōsē**. *superl. l. 48. comp. l. 47. 52. i. q. insane, insipienter, dementer*: CIC. Att. 8, 5, 1 cum aliquid -e fecit. SEN. contr. exc. 6, 7 nescio -ius uxorem duxerit an habuerit an dimiserit an collocarit. contr. 10, 5, 21 -issime *dixit* (*praeit* sanius). 10, 5, 23. SEN. benef. 2, 12, 2 foede -eque insolens. CASSIOD. in psalm. 73, 7 insipienter et -e dixerunt. *i. q. immodice, audacter, atrociter*: PORPH. Hor. sat. 2, 7, 35 latras vel -e clamas. SPART. Hadr. 12, 5 servo in se . . . -ius irruente. LEO M. epist. 48 quae impie -eque commissa sunt. SALON. in prov. p. 985[B] non turpiter, non -e, non superbe . . . loquamur.

fūrius, -a, -um *v. Onomast.*

?formellāris *nomen bestiae*. POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 11 *inter* arcoleon *et* mus. [*vix a* formella, formellus. *an i. q.* fur mellari(u)s? *cf. p. 1641, 57. D.*].

furmica *v.* formica. *Rubenbauer.*

furnāceus, -a, -um [*a* furnus. *Th.*]. *gr.: φουρνάκιος* ATHEN. III 113[b]. *i. q. panis furno coctus*: PLIN. nat. 18, 88 -is *panibus* binas adiciunt libras. 18, 105 *panes appellantur* a coquendi ratione ut -i vel artopticii aut in clibanis cocti.

furnāle, -is *n. a* furnus. *i. q.* furnus. PS. AVG. serm. 10, 4 quomodo panibus coquendis *serviunt* -ia. *cf. Onomast.*

furnārius (fornārius), -ī *m. et* **furnāria**, -ae *f. a* furnus. *notatur*: furnari(us) CORP. VIII 24678. GLOSS. *καμινοκαύστης, ἱπνοκαύστης, ἱπνοκαύτης, ἱπνοποιός. ἱπνευτής.* [*it.* fornaio, *francog.* fournier, *hisp.* horneso. *M.-L.*]

A *masc.: is qui panem furno coquit, pistor*: CORP. VIII 24678 (*saec. I*) L. Atilius L. l. Hiero -(us). VLP. dig. 39, 2, 24, 7 si furni nomine damni infecti fuerit cautum, deinde -i culpa damnum datum fuerit, non venire in hanc stipulationem plerisque videtur. SCHOL. Iuv. 7, 4 conducere furnos: ad panem coquendum ut -i fierent. AVG. c. Petil. 2, 83, 184 p. 114, 15 cuiusdam diaconis nostri -us (forn- *codd.*) inquilinus domnaedii sui panem incoctum abiecerit. CORP. VI 9253 Eutycho con(servo) cel(lario) et -o b(ene) m(erenti). VIII 16921 Iulius Crescens Firmi fil. -us pius.

B *fem.* -a, -ae. **1** *i. q. pistrix*: CORP. IX 4721 Fausta -a. VIII 24678 Valeria O. l. Euterpe -a. **2** *i. q. pistrinum*: PLIN. nat. 7, 135 P. Ventidium . . . auctor est . . . : Cicero (*Plancus*, CIC. epist. 10, 18, 3, *ut videtur*) mulionem castrensis -ae (*Turnebus*, fufin-, fusin-, fusifurie *codd.*) fuisse. SVET. Vit. 2, 1 Antiochi cuiusdam -am exercentis filia (*cf.* Aug. 4, 2 proavum . . . pistrinum . . . exercuisse. APVL. met. 9, 10).

furnātus, -a, -um [*a* furnus. *Th.*]. *i. q. in furno tostus*: PELAGON. 29 castaneas -as, tostas et tunsas . . . cum hordeo praebeto.

furnus (fornus), -ī *m.* [*i. q. hibern.* gorn *'titio' vel 'ignis', ind.* ghṛnáḥ *'ardor, calor', slavon.* grŭnŭ *'lebes', cf. c. hibern.* gurid, fo-geir *'calefacit, urit', gr. θέρεσθαι, slavon.* gorĕti *'urere' et c.* formus, fornax. *Th.*] *de etymologia*: PAVL. FEST. p. 84 furvum nigrum vel atrum. hinc dicta -us, Furiae *eqs.* (*cf.* PORPH. Hor. epist. 1, 11, 13). DON. Ter. Phorm. 107 -um veteres ignem et calorem quendam quasi fervorem dixerunt. NON. p. 531, 24 fornum et fornaces dicuntur a formo, quod est calido. ISID. orig. 15, 6, 6 -us . . . a farre dictus, quoniam panis ex eo factus ibi coquitur. *de orthographia: scribitur* furnus: CORP. XIII 7945 (*a. 210*). VI 10235 PLAVTI *A* Cas. 309 Epid. 119 *et plerumque in codd.; gr. φοῦρνος*: EROTIAN 184 EDICT. imp. Diocl. 14, 12 IOA. MOSCH. Migne gr. 87, 3 p. 2949[B] GLOSS. fornus: VARRO *v. l. 26; in etymologiis ap.* PORPH. DON. NON. *v. supra l. 7. 8. 9*, DIOSC. 2, 157 *bis et* 5, 96 *cod. Monac.; coni. Scaliger*: PLAVT. *v. l. 70, cf. Usener, Rhein. Mus. 56, 12 adn. 20; Heraeus, Archiv 14 (1906) 459.* *de genere*: GRAMM. suppl. p. 46, 23 -us masculini generis . . . *est*, pluraliter . . . -i. 47, 24. 26. *neutr.: supra l. 9.* *de notione*: GLOSS. *ἱπνός, ἀρτοεψητής, κάμινος.* V 511, 1 pistrilla -us parvus. *cf. Mau, PW. VII 378.* *legitur inde a* PLAVTO. [*it.* forno, *francog.* four, *hisp.* horno. *M.-L.*]

1 *instrumentum in usu domestico adhibitum ad coquendum, torrendum, calefaciendum, imprimis ad panem coquendum, i. q. caminus, clibanus, focus* (*i. q. pistrinum l. 37. 50*): VARRO rust. 1, 15 *ulmus* virgas praebet . . . foco ac -o (PLIN. nat. 19, 18 cortices *lini* . . . clibanis et -is praebent usum). frg. Non. p. 531, 28 cocula, qui coquebant panem, primum sub cinere, postea in -o (FEST. p. 158 sali sordido . . . in -o percocto. SCRIB. LARG. 59 *globulos* -o coquere, donec in carbonem redigantur. 76 scilla . . . -o cocta. SEN. epist. 90, 23 panem . . . primo cinis calidus et fervens testa percoxit, deinde -i paulatim reperti. PLIN. nat. 23, 8 *oenanthe* uritur in -o donec panis percoquatur. PALLAD. 4, 10, 34 calefacto -o ad panis coquendi modum . . . clauso -o, ubi discocta ficus fuerit. APIC. 5, 194 coques in -o vel lento igni imponis. *tropice*: ZENO 2, 7, 1 p. 497 *neophyti post baptisma* excocti sunt non -o, sed fonte). HOR. sat. 1, 4, 37 a -o (*i. pistrino*) redeuntes . . . pueros. epist. 1, 11, 13 nec qui frigus collegit, -os et balnea laudat *eqs.* OV. fast. 6, 313 sola prius -is torrebant farra coloni (PALLAD. 7, 12. *cf.* COLVM. 12, 15, 4 nonnulli . . . farinam fici . . . clibano vel -o torrefaciunt. PLIN. nat. 13, 48 *balanus palmae* retostus -is). COLVM. 1, 6, 11 *vinaria cella* submota procul esse debet a balineis, -o, stercilino *eqs.* 1, 6, 21 circa villam . . . haec esse oportebit: -um et pistrinum quantum futurus numerus colonorum postulaverit (CORP. VI 10235 pistrini, -i). 8, 3, 1 iuncta sint ea *gallinaria* -o vel culinae. 12, 21, 3 foenum Graece . . . in -o siccatur vel in sole (12, 28, 1 PALLAD. 12, 7, 6 PELAGON. 52). PETRON. 72, 4 sic calet tamquam -us. PLIN. nat. 16, 52 lignum . . . *taedae* concisum -is . . . fervet. 29, 84 *phalangium* vivit maxime circa -os et molas. IVV. 71, 4 celebres notique poetae . . . Romae conducere -os (*i. pistrinum, cf.* SCHOL.) temptarent. CORP. XIII 7945 (*a. 210*) -us factus ar(chitectante) Val(erio) Aman(do) discente. VLP. dig. 9, 2, 27, 10 (coll. Mos. 12, 7, 8) si -um secundum parietem communem haberes. 39, 2, 24, 7. ITALA lev. 2, 4 (Lugd.) offert munus ex sacrificio missum in -o (*πεπεμμένην ἐν κλιβάνῳ*. VVLG. coctum in clibano de similagine. PELAGON. 137 ciconiam . . . in -um mitte. *al.*). PELAGON. 460 cupressi frondes in -o frige. HIER. in Am. prolog. ultra nullus est viculus, ne agrestes quidem casae et -orum similes, quas Afri appellant mapalia. VVLG. exod. 8, 3 ebulliet fluvius ranas, quae ascendent . . . in -os *tuos*. II Esdr. 3, 11 aedificavit Melchias . . . turrim -orum (12, 37 III Esdr. 2, 18). SIDON. epist. 1, 8, 2 Caesenatis -i potius quam oppidi verna. ALC. AVIT. epist. 78 p. 97, 14 *artifex figulus* nobis, qualibus strui mensuris crebrati cenaculum -i . . . possit, instituat. **2** *instrumentum fabrorum, quo metalla, vitrum funduntur, i. q. fornax*: VITR. 7, 8, 2 fumus *argenti vivi* . . . cum resedit in solum -i. DIOSC. 5, 96 misso esusto (*i. aere*) in -o (*ibid. syn.* fornax). GLOSS. III 552, 46 atramento sutoricio i. sugia de -o vitrario, quae est ad scribendum. [*ex incerta coniectura Hartelii* (*Patr. Stud. III 68*): TERT. test. anim. 2 p. 137, 16 furni[s] . . . formis.]

locutiones proverbiales: PLAVT. Cas. 309 in -um calidum condito atque ibi torreto me pro pane rubido, era, qua istuc opera a me impetres quod postulas. Epid. 119 malim istius modi mihi amicos -o mersos (mensos *codd.*) quam foro.

in imagine: TERT. adv. Marc. 4, 30 p. 525, 16 clibanus vel -us gehennae.

deriv.: furnaceus, furnale, furnarius, -a, furnatus. *J. Kapp.*

1. furo *et postea* **furio**, (furuī), -ere. [*ex *fusō factum esse conferendumque c. gr. θύειν* (*θυίειν*) A 342, *θυιάς, Θυῖαι* (= *Furiae?*), *θύσθλα, lett.* dusma *'ira' censet W. Schulze, quaest. epicae 312 sqq. alii conferunt hibern.* būrethar *'(taurus) mugiens terram ruit', lett.* baurůt *eadem fere significatione, sloven.* buriti *'strepere, saevire', slavon.* burja *'λαῖλαψ', gr. πορφύρειν, φυρμός* (*cf. Bezzenberger, Beitr. zur Kunde der idg. Spr. 26, 187 sq.; Aufsätze zur Kultur- u. Sprachgesch., E. Kuhn gewidmet (1916) 80 sqq. Th.*] *de formis: primae personae desiderantur*: DIOM. gramm. I 379, 23 -is -it; raro -io in-

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

venitur. MACR. exc. gramm. V 654, 23. PRISC. gramm. II 450, 16 verba, quae in usu deficiunt personis ut . . . -is . . . quamvis et 'infio' et '-o' apud Varronem inveniuntur (*cf.* 418, 29). EVTYCH. gramm. V 453, 13. *re vera* furo *non legitur*. *de temporibus deficientibus*: DIOM. gramm. I 379, 16 tempore perfecto deficiunt . . . verro meto -is. 380, 11 -isti nemo dicit sed insanisti (*cf.* PRISC. gramm. II 418, 29. 419, 8). PHOC. gramm. V 436, 24. PHOC. gramm. V 437, 16 caret participio futuri temporis . . . -o. *apud posteriores leguntur formae perf.* -uit, -uerunt, -uisse: SERV. Aen. 1, 41. 469. 471. 533 PS. RVFIN. in Am. 1, 11/12 p. 1062^{D}. 1063^{A}. 2, 1/3 p. 1063^{C} SEDVL. carm. pasch. 1, 212 DRAC. Orest. 848 EVGRAPH. Ter. Hec. praef. p. 259, 20 CORIPP. Ioh. 8, 137 GLOSS. V 105, 26. *gerund.* -endi: PAVL. FEST. p. 120 POMER. 3, 10, 2. *pass. impers.*: -batur: AVG. civ. 3, 31 p. 143, 29 D. *depon.*: GLOSS. II 363, 64 -or (-o *e*) *μαίνομαι* (*cf.* -iebatur *p. 1619, 5*). *cum formae quales* -entibus ENN. ann. 594, -enti CIC. carm. frg. 3, 28 CATVLL. 63, 4, -entem 64, 124, -ebant 64, 254, *al. metro comprobentur apud veteres, apud posteriores extant formae stirpis praesentis in -i- exeuntis*: -io *fictum a* GRAMM. *cf. p. 1622, 83*. GLOSS. II 363, 27. -iunt: AVG. c. acad. 3, 11, 25 civ. 6, 9 p. 263, 18 D. (*codd.*, -unt *ed. Paris.*) c. Pelag. 1, 1, 2. -iat: [VLP. dig. 23, 2, 9 *pars codd*, -it *vel* -at *all.*] PS. RVFIN. in Am. 3, 9/10 p. 1069^{A} SIDON. carm. 22, 95. -iebat: CARM. adv. Marc. 2, 30 (*cf.* -iebatur *p. 1619, 5*). -iet: ITALA Is. 13, 13 (Hier. in Is. 13, 13 p. 242) CHIRON 68 p. 24, 16. -iens: GRAMM. suppl. 263, 2 ISID. diff. 1, 212 (-ens *v. l.*) DIFF. ed. Beck p. 59, 40 GLOSS. V 499, 10. 552, 16. *scribitur litteris graecis*: TAB. devot. Audollent 270, 6 10. *inter verba neutralia affert* GRAMM. suppl. 50, 25. NOT. Tir. 35, 62 -it (furiit *add. manus sec.*). *legitur inde ab* ENN. VARRONE CIC. CATVLLO, *deest* CAES. SALL. NEP. VITR. GERM. CELSO PERS. [*dub. vel corr.*: EGNAT. carm. frg. 2 Mulciber ipse ferens (*cod.*, -ens *Bergk. cf.* LVCAN. 5, 419 SIL. 9, 586 STAT. Theb. 7, 768 *al.*). HOR. epod. 17, 33 virens (*codd. mell.*, urens R^{3}, -ens *Bentley*) . . . flamma. PROP. 3, 22, 28 Itala portentis nec fluit (*vel* -it *Itali*, fuit *codd. opt.*) unda novis. SEN. contr. 1, 2, 18 *coni. Otto pro* ruenti (*cf. infra l. 80* LVCAN. 1, 254. 7, 295 VAL. FL. 7, 648 *al.*). SEN. epist. 108, 7 SIL. 4, 61. 10, 311 *v. l.* fremit (*cf.* IVV. 14, 63). STAT. Theb. 11, 604 COMM. apol. 1008.]

A *strictiore sensu*: *i. q. insanire, morbo comitiali insania furore corripi, lymphari, mente captum esse* (GLOSS. II 363, 27 -o: *λυσσῶ*. V 105, 26 -ui: furorem passus sum): 1 *generatim*: TRAG. inc. 57 -ere assimulare . . . institit *Vlixes* (*cf.* CIC. off. 1, 108 *Solon* -ere se simulavit. SEN. Herc. O. 429 donec -entem *Hercules* simulet). CIC. Verr. 5, 39 usque eo commotus est, ut . . . insanire omnibus ac -ere videretur (CAPITOL. Gord. 13, 4 *al.*). Cael. 60 -ere incipientem (QVINT. decl. 290 p. 158, 9. 314 p. 232, 8 IVV. 6, 614 PROC. dig. 41, 2, 27 IVLIAN. dig. 4, 8, 47, 1. VLP. dig. 43, 26, 6 pr. si -ere coeperit vel decesserit. *saepe apud* ICTOS. *cf. l. 50. 55*). har. resp. 39 qui -entes *in tragoediis* inducuntur. *ibid.* tum baccharis, tum -is. Pis. 47 quid est aliud -ere? non cognoscere homines *eqs.* 50 si non acerrime -ret (*cf. ibid.* si mentis esset suae). ac. 2, 52 *insani* incipientes -ere. 2, 90. Tusc. 3, 11 Alcmaeonem, Aiacem, Orestem -ere dicimus. div. 1, 81 Aristoteles . . . eos etiam, qui valetudinis vitio -rent et melancholici dicerentur, censebat habere aliquid in animis praesagiens. Ov. met. 15, 321 *aquas* siquis faucibus hausit, . . . -it (*cf.* fast. 2, 365. 366 qui bibit inde, -it. PAVL. FEST. p. 95 qui ex eo biberint, in hoc -ere incipiant, ut *eqs.*). fast. 4, 233 *Attis* -it. PAVL. FEST. p. 120 -endi non fecisse finem. SEN. contr. 2, 1, 31 ⟨si perseverav⟩erint -ere (*opp.* si emendati fuerint). 2, 3, 12 dementiae non posse agi nisi cum eo, qui morbo -ret. SEN. Herc. f. 109 vobis prius insaniendum est — Iuno, cur nondum -is? Phoen. 427 vadit -enti similis aut etiam -it. Herc. O. 1452 *de Hercule*. dial. 7, 12, 1 hilarem insaniam insanire ac per risum -ere. epist. 114, 3 si -it aut, quod furori simile est, irascitur (*cf. l. 67*) *al.* CVRT. 9, 8, 7 -ere clamitantes. LVCAN. 7, 780 cum -ret Pentheus aut cum desisset Agave. PETRON. 3, 2 cum insanientibus -ere (*proverbialiter cf. p. 1624, 17*). QVINT. decl. 256 p. 48, 10 -ere et agi dementia. IVLIAN. dig. 39, 5, 2, 6 sive -ente eo sive mortuo. VLP. dig. 23, 2, 9, 1 si pater -it, avus sapiat. *al.* ARNOB. nat. 1, 17 p. 13, 14 quid est . . . aliud irasci quam insanire, quam -ere (*cf. supra l. 62*)? VVLG. I reg. 21, 15 ut -ret (*ἐπιλημπτεύεσθαι*) me praesente. *al.* *in ebrietate*: VVLG. Os. 7, 5 coeperunt principes -ere (*θυμοῦσθαι*) a vino. *inde explicandum* (*cf. l. 73 sqq.*): MART. 10, 19, 19 cum -it Lyaeus, cum regnat rosa.

2 *speciatim*: *i. q. bacchari, passim cum furore vagari* (PROB. Verg. georg. 2, 2 bacchari est -ere): *de bacchantibus*: CATVLL. 64, 254 passim lymphata mente -bant euhoe bacchantes euhoe capita inflectentes. MART. 11, 84, 4 cum -it ad Phrygios enthea turba modos. AVG. civ. 3, 31 p. 143, 29 D. sacrificabatur, ludebatur, -batur in templis. CLAVD. 8, 605 dubitassent orgia Bacchi, cui -rent. *de furiis*: PROP. 3, 5, 40 Tisiphones atro si -it angue caput. *de hominibus more bacchantium vagis*: VERG. Aen. 2, 771 tectis (SERV. per tecta) urbis sine fine -enti (ruenti *P*). 7, 377 -it lymphata per urbem. *sensu stoico i. q. delirare, desipere, inepte loqui vel agere*: HOR. sat. 2, 3, 41 primum . . . inquiram, quid sit -ere (*v. totum locum*). ars 472 certe -it *poeta*. LIV. 35, 31, 15 suo quemque periculo -ere. VELL. 2, 107, 2 -it iuventus, quae cum vestrum numen absentium colat, praesentium . . . arma metuit. SEN. epist. 79, 14 quamdiu videbatur -ere Democritus! MART. 6, 84, 2 hunc tu si sanum credis, . . . -is. *de vatibus et poetis i. q. divino quodam furore incitari*: CIC. ac. 2, 14 physici . . . quasi mente incitati, Empedocles quidem ut interdum mihi -ere videatur (2, 74). HOR. sat. 2, 5, 58 num -is, *Tiresia*? BVC. Eins. 1, 25 carminibus virgo -it et canit ore coacto. STAT. Theb. 7, 679 utinam ipse (SCHOL. Liber, in cuius honorem furibundus advenis) veniret, cui -is. PLIN. epist. 7, 4, 10 poetis -ere (*ed. Ald.*, fruere *vel* fuere *codd.*) concessum est. PORPH. Hor. carm. 1, 16, 1 non magis . . . Apollinis numine instinctos -ere, quam eos qui iracundia sint incitati. *de Medea artem magicam adhibente*: SEN. Med. 673 vidi -em saepe et aggressam deos, caelum trahentem. *sim.: de oratoribus nimis inflammatis, tumultuosis*: CIC. Brut. 233 *Fimbria* omnia magna voce dicens verborum sane bonorum cursu quodam incitato ita -bat . . . , ut *eqs.* 276 quod eos, quorum altior oratio actioque esset ardentior, -ere atque bacchari arbitraretur. orat. 99 -ere apud sanos et quasi inter sobrios bacchari vinulentus videtur.

B *latiore sensu i. q. affectibus nimis concitatis quasi insanire, nimis efferri*: 1 *de animantibus: in administranda re publica i. q. rebus novandis studere, tumultus cogitare*: CIC. Catil. 2, 20 desinant -ere ac proscriptiones et dictaturas cogitare. de orat. 2, 91 qui nunc etiam amissa voce -it in re publica, Fufius. Phil. 3, 31 nec ruere demens nec -ere desinit. Att. 2, 22, 1 volitat, -it, nihil habet certi. 7, 8, 4 sin autem ille -ret. LIV. 5, 25, 4 -ere civitatem. 22, 39, 6 ille consul demum et in provincia et ad exercitum coepit -ere. VELL. 2, 66, 1 -ente . . . Antonio simulque Lepido. *de militibus seditiosis*: FRONTIN. strat. 1, 9, 2 cum legiones . . . perniciosa seditione -rent (2, 5, 18). *apud Christianos de haereticis*: COD. Theod. 16, 5, 38 (*a. 405*) -ere non desinunt. *efferri laetitia, gaudio*: HOR. carm. 2, 7, 28 recepto dulce mihi -ere est amico. *praesertim amore*: Ov. fast. 2, 762 caeco raptus amore -it. SEN. Ag. 189 amore Phrygiae vatis incensus -it. CALP. ecl. 6, 88 quid -itis, quo (quae *dett.*) vos insania tendere iussit? VAL. FL. 2, 146 -it et captae indigno famulatur amore. 7, 315 quem propter -it *Medea*. DRAC. satisf. 227 non -it in venerem . . . iuvenis. *metu, timore*: CIC. Phil. 2, 68 necesse est . . . perterritum te de somno excitari, -ere etiam saepe vigilantem. *singulariter*: MART. 8, 59, 6 tunc -it *conviva furacissimus*. *ira, iracundia, rabie, luctu, dolore concitari, permoveri* (GLOSS. IV 345, 45 -it: saevit, irascitur, insanitur. IV 520, 41 fremit): CIC. Att. 4, 3, 3 Sestius -ere. 11, 9, 2. LENT. Cic. epist. 12, 14, 3 -ere eos *Rhodios* inveni (*om. M*). VERG. Aen. 2, 595 quid -is . . . ? 10, 385. 801 -it (SERV. auct.: dolore scilicet) Aeneas. 12, 607 cetera circum turba -it. Ov. epist. 14, 93 quid -is, infelix? met. 3, 623. 11, 791. 13, 967. fast. 2, 177 laesa -it Iuno. LIV. 2, 27, 10 -ente Appio. 2, 54, 2 agrariae legis tribuniciis stimulis plebs -bat. 4, 44, 3. SEN. contr. 1, 1, 21 patrem non irasci tantum debere, sed -ere. SEN. Herc. f. 1254 quisquis in toto -it rex saevus orbe. Med. 445 -it, fert odia prae se: totus in vultu est dolor. Oed. 970 saevitque frustra plusque quam satis est -it. Phaedr. 1124 minor in parvis Fortuna -it. Phoen. 41 Herc. O. 250. clem. 1, 5, 5 muliebre est -ere in ira. epist. 95, 30 non privatim solum, sed publice -imus. VAL. FL. 4, 5 solisque -it Tirynthius oris. STAT. Theb. 3, 125. 11, 630 -it inde senex. MART. 1, 68, 8. 8, 61, 1 livet Charinus, rumpitur, -it. TAC. hist. 3, 83 civitatem et -ere crederes et lascivire. ARNOB. nat. 3, 16 p. 123, 12 non insanire, non -ere *deos remini? al.* PS. RVFIN. in Am. 1, 11/12 p. 1063^{A} ita -uit quasi celeriter desiturus. *al.* DRAC. Orest. 809. *cupiditate pugnandi*: VERG. Aen. 7, 625 pars arduus altis pulverulentus equis -it. 10, 544 Dardanides contra -it. Ov. met. 3, 122 exemploque pari -it omnis turba. 5, 170. LVCAN. 10, 413 acies . . . more -it patrio. SIL. 1, 429 Hannibal . . . passim -it et quatit ensem. 2, 633 medios inter coetus. 5, 276 -it et diffulminat . . . turbam. 10, 27 -ere . . . et saevire iuvat. HOMER. 403 dumque -it (ferit *e cod. Utr. Vollmer*) sternitque viros. 773 STAT. Theb. 6, 809. 810. 9, 393. FLOR. epit. 1, 16, 12 ultionem flagitans miles . . . strictis ensibus per ipsam viam ante pugnam -it (*Rehd.*, fuit *codd. mell.*).

de bestiis (*praesertim ira, cupiditate pugnandi. cf. p. 1625, 84*): VERG. georg. 3, 100 *equus senior* siquando ad proelia (*sc. amoris*) ventumst, ut quondam in stipulis magnis sine viribus ignis, incassum -it. CVLEX 179 -it *serpens* stridoribus (SEN. Phoen. 317. SIL. 6, 253 irā. STAT. Theb. 5, 521 siccique nocens -it igne veneni *serpens*). Ov. met. 3, 83 -it *draco* (VAL. FL. 7, 528 vacuo -it ore per auras). 13, 547 utque -it catulo lactente orbata leaena. SEN. Ag. 894 ut . . . aper . . . in cassum -it. VAL. FL. 7, 581 *taurus* cunctatus paulum subito -it. DRAC. satisf. 140 *leo*.

2 *de rebus*: a *de motu vehementi rerum corporearum*: LVCR. 6, 111 *carbasus* interdum perscissa -it petulantibus auris. 6, 1045 exultare . . . ferrea vidi et ramenta simul ferri -ere. AETNA 530 lapides . . . -ere accensos. SEN. dial. 6, 26, 4 nulla hic arma mutuis -ere concursibus. SIL. 2, 657 -it ensis et ignis. *de igni* (*cf. l. 70*): LVCR. 2, 593 eximi⟨i⟩s . . . -it ignibus impetus Aetnae. VERG. Aen. 2, 759 exuperant flammae, -it aestus ad auras. 5, 662 (*metonymice*) -it immissis Vulcanus habenis transtra per et remos.

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

SEN. Herc. f. 106 qui caminis ignis Aetnaeis -it (Med. 886 per omnem regiae partem. Herc. O. 285 in caelum. SIL. 2, 657). Herc. O. 1958 cum plurimus in caelum -ret flammae metus. LVCAN. 1, 155 fulmen ... in sua templa -it. 10, 447 flamma. AVSON. 438, 1 -it vis ignea Martis. *sim.*: HOR. carm. 3, 29, 18 iam Procyon -it et stella vesani Leonis. STAT. Theb. 11, 238 -it per viscera Nessus (*i. venenum*). *de aestu, undis sim.*: VERG. Aen. 1, 107 -it aestus harenis (VAL. FL. 2, 614 brevibus -it aestus aquis). 7, 464 exultantque aestu latices, -it intus aquai ... atque ... exuberat amnis (STAT. Theb. 7, 320 AVIEN. orb. terr. 1277). SEN. nat. 3, 30, 7 terra pelagus stare aut intra terminos suos -ere coget (AVIEN. orb. terr. 294). CVRT. 4, 2, 16 fretum ... acrius -ere. LVCAN. 5, 599 pontus. SIL. 4, 640 -it unda sonoris verticibus (14, 144 Euripi. DRAC. laud. dei 1, 298 maris). 13, 567 Cocytos sanguinis atri verticibus -it et spumanti gurgite fertur. 13, 837 fornacibus atris fons rapidus -it. AVIEN. Arat. 1076 *oceanus* Atlantei vel qua -it aequoris aestu. 1397 sali -it implacabilis horror. orb. terr. 466 Hellespontus. 643. *de tempestate, ventis sim.*: VERG. Aen. 5, 694 tempestas sine more -it. SEN. nat. 6, 14, 4 *spiritus* illic -it et hoc atque illo circumagitur (PETRON. 120 vs. 70 spiritus, extra qui -it effusus). PLIN. nat. 2, 133 *typhon* dum -it. 2, 155 aër densatur nubibus, -it procellis. SIL. 8, 663 turbinibus -it insanis ... ventus (CLAVD. rapt. Pros. 1, 174). COMM. instr. 2, 2, 13 -et (*C*, -it *al.*) ira caelestis (*fort. ex Is. 13, 13, cf. l. 26*). LACT. Phoen. 21 vis -it horrida venti. DRAC. laud. dei 1, 191 -it illic turbo procellis. *sim.*: ITALA Is. 13, 13 (Hier. in Is. 13, 13 p. 242) caelum ... -iet (θυμωθήσεται, VVLG. *aliter*) et terra movebitur (HIER. *ad l.* μετωνυμικῶς accipiendum pro his qui versantur in caelo). **b** *de affectibus*: VERG. georg. 3, 457 dolor balantum ... cum -it (SER. SAMM. 399 insanum [*Burmann*, insanus *codd.*] -it). OV. met. 8, 828 -it ardor edendi. VELL. 2, 47, 3 in gladios caedisque civium -ente (*i. vehementer intendente*) ambitu. OCTAVIA 189 iuvenilis ardor impetu primo -it. SEN. dial. 5, 3, 6 per quae -it *ira* (5, 19, 5 viritim -it. VEN. FORT. carm. 4, 12, 3 -it ira necis. *cf. l. 23*). PLIN. nat. 34, 6 mireque circa id (*aes Corinthium*) multorum affectatio -it. SIL. 13, 392 pietas irata sinistris caelicolis -it. STAT. Theb. 12, 457 animosa ... leti spes -it. RVT. NAM. 1, 362 auri flagitiis ambitus ipse -it. *nota*: AMM. 26, 10, 17 elementorum -ente discordia. *de clamore sim.*: STAT. Theb. 6, 625 -it undique clamor dissonus (MART. 9, 68, 7). PLIN. nat. 2, 193 *sono* -ente (*Detlefs.*, fervente *codd.*) contra solida. CLAVD. carm. min. 9, 28 tantus ... strepitus -et. SEDVL. carm. pasch. 1, 212 -uerunt iussa tyranni. *per enallagen*: VERG. georg. 3, 150 -it mugitibus aether (SERV. auct. *ad l.* poetice convertit *eqs.*). PETRON. 122 vs. 134 armorum strepitu caelum -it. *etiam audacius*: MART. 8, 55, 2 innumero quotiens silva leone -it. *de bellis sim.*: SEN. clem. 1, 25, 3 *pernicies* quod late -ere coepit. SIL. 7, 41 vicino Marte -bat ad portas bellum. LACT. inst. 1, 20, 25 publice bellis saevientibus, privatim vero inimicitiis usque ad sanguinem -entibus. CORIPP. Ioh. 2, 298 pectore pugna -it. PASS. Mar. Iac. 2 p. 48, 15 in qua *regione* persecutionis tempestas turbulentius -ret. CARM. epigr. 1391, 4 (*Romae, a. 607*) quid victa -is, *mors*, nil nocitura piis.

structurae: *accedit ablat. (cf. p. 1623, 58. 1624, 72 al.):* *affectuum*: CIC. Verr. 3, 92 dolore ardere atque iracundia -ere coepit. Mil 26 qua spe -ret Milone vivo. de orat. 2, 193 quin mihi Telamo iratus -ere luctu filii videretur. OV. met. 12, 478 dolore. MANIL. 4, 79 -it alter amore (SEN. Phaedr. 645 AVSON. 96, 1 SERV. Aen. 1, 41). SEN. contr. 9, 6 (29), 20 cum ira, cum odio -re⟨m⟩ (SEN. Oed. 957. benef. 7, 19, 8 nec ira, sed aviditate quadam saeviendi -it [*edd.*, fuerit *codd.*]. SERV. Aen. 1, 41). VAL. MAX. 5, 1, 3 publica impietate -ere. SIL. 16, 328 hic studio -it acris equi, -it ille magistri. TAC. hist. 4, 55 proclamant -ere discordiis populum R. PS. RVFIN. in Am. 3, 9/10 quibus ... plebs ... squaleat sordibus -iatque criminibus. AVG. c. Pelag. 1, 1, 2 rabies, qua -iunt ..., sanetur. *adde*: SEN. Phoen. 484 -ere si bello placet. STAT. Theb. 9, 303 ense -it. *causae, qua affectus concitantur*: CIC. Pis. 78 Torquatus ... -bat contumacia responsi tui. VERG. Aen. 11, 638 quo sonipes ictu -it arduus. SEN. Phoen. 302 regno pectus attonitum -it. PLIN. nat. 33, 147 copia argenti ... -it vita. TERT. spect. 16 quibus circus -it. *aliquo i. q. amore alicuius flagrare*: HOR. epod. 11, 6 Inachiā -ere. *sim.* in *aliquo*: QVINT. decl. 289 p. 157, 15 filiam, in qua pater -bat. *alicui i. q. saevire, furorem exhibere; aliter p. 1624, 8*: STAT. Theb. 10, 753 pugnantibus idem supplicibusque -it. 12, 444 cui -itis? APVL. apol. 52 Thallus sibi, tu etiam aliis -is. ARATOR act. 2, 1171 cui pelagus tellusque -unt. *aliquid*: VERG. Aen. 12, 680 hunc ... -ere ... furorem (SERV. *ad l.* figura antiqua ut ... 'dolet dolorem'. *cf.* ARVS. gramm. VII 474, 20). LIV. 8, 31, 4 id -ere, id aegre pati, quod *eqs.* (*cf. p. 1626, 18*). DRAC. Romul. 9, 143 quidquid in hoste -is. STAT. Theb. 9, 5 praecipuum tunc caedis opus, Gradive, -bas (ferebas *P*). *acc. neutr. adi. quasi adv.* (*cf. l. 29 et p. 1628, 72*): CYPR. GALL. iud. 649 excitus immane -it *Samson*. *accedunt praepos.* (*cf.* ab *p. 1623, 70*; ex *p. 1626, 20*), propter *p. 1624, 35*, circa *supra l. 34*): CIC. Att. 14, 19, 2 Pansa -ere videtur de Clodio itemque de Deiotaro (EVGRAPH. Ter. Hec. praef. p. 259, 20 *ubi praepositionem om. B*). OV. met. 14, 451 pactaque -it pro coniuge Turnus. SEN. nat. 5, 18, 10 intra orbem suum -ere. VERG. Aen. 9, 549 ut fera ... contra tela -it. LIV. 8, 27, 2 ira atque invidia in Romanos -ere eo etiam, quod *eqs.* SEN. Thy. 739 in quem -ret. Tro. 914 in me victor et victus -it. Herc. O. 420. dial. 5, 1, 3 in occurrentia ob iter. 6, 2, 5. CVRT. 8, 14, 16 in suos acrius -it. LVCAN. 5, 319 in absentem voltu dextraque -bas. VAL. FL. 4, 151 in advectos. 6, 616. HOMER. 424 in Teucros armis -it alter Atrides. TERT. spect. 27 diabolus in ecclesiam. CARM. adv. Marc. 2, 30 -iebat in extima verba. ANTH. 412, 10 inque tuam rabiem publica Musa -it. PANEG. 3 (11), 17, 1 -it in viscera sua gens effrena. *cf. p. 1624, 36. 1625, 2. 4.* SEN. contr. 1, 7, 14 te morbo quodam adversus tuos -ere. SVET. Tib. 61, 1 -ere adversus liberos. VVLG. Is. 37, 29 cum -res (ἐθυμώθης) adversum me. *sequente acc. c. inf. vel enuntiato c.* quod *i. q. saevire, irasci*: CIC. Cluent. 177 -ere crudelis ... mulier ... sibi nequaquam ut sperasset ... procedere. ad Q. fr. 2, 1, 3 -bat a Racilio se ... vexatum. CAEL. Cic. epist. 8, 14, 1 -it tam gavisos homines suum dolorem. SEN. Med. 597 -it vinci dominus profundi regna secunda. OCTAVIA 362 -it ereptam pelagoque dolet vivere matrem. FLOR. epit. 4, 4, 1 Antonius praelatum sibi Octavium -ens. LIV. 8, 31, 2 -ere, quod ... res publica egregie gesta esset (*cf. l. 1 et p. 1625, 75*). SVLP. SEV. dial. 2, 3, 4 ex hoc -entes, quod *eqs.* *i. q. ardenter cupere*: HOR. carm. 1, 15, 27 -it te reperire atrox Tydides. STAT. Theb. 9, 843 comitesque odisse Dianae inde -it (*sed dubium, an inf. huc referendus*). 11, 356. ANTH. 844, 2 phalanx patulis exire ruinis dum -it. DRAC. laud. dei 2, 323 -it impia mater conceptus damnare. *de re personata*: SEN. Ag. 65 aequor -it alternos volvere fluctus. *singulariter*: SIL. 7, 504 fama -it (*i. rapide fertur*) versos hostis *eqs.*

syn. et iuxta posita: *ad A*: bacchari (*v. l. 79. p. 1623, 47. 73. 1624, 17 sq.*), dementia agi (*v. p. 1623, 65*), desipere (HOR. sat. 2, 3, 47 IVV. 6, 612 *al.*), insanire (*v. p. 1623, 42. 59. 64 al.*). *ad B*: ardere dolore (CIC. Verr. 3, 92), dolere (*v. supra l. 17*), exultare (*v. p. 1624, 79. 1625, 8*), exuberare (*v. p. 1625, 9*), irasci (*v. p. 1624, 47. nota p. 1623, 62. 67*), saevire (*v. p. 1624, 50. 63 al.*). *opp.: ad A*: compotem mentis esse (VLP. dig. 24, 3, 22, 7), suae mentis esse (*v. p. 1623, 49*), sapere (*v. p. 1623, 67* TERT. anim. 45).

deriv.: furia, furiax, furibundus, furiolus, furor.

comp.: de-, inter-, per-, praefuro.

part. praes. pro adi. ✖**furēns**, -tis. *compar.*: [SEN. contr. 2, 1, 15 *coni. Novák, Gertz*] CLAVD. 11, 26. *abl. sing. in* -ĕ: CIC. div. 1, 4 LIV. 2, 27, 10 VELL. 2, 47, 3. 2, 66, 1 SEN. Med. 864 Herc. O. 273 *al.* *in* -i *traditur*: CIC. carm. frg. 3, 28 STAT. Theb. 8, 660 CLAVD. 5, 233. *metro probatur*: CATVLL. 63, 4 DIRAE 57. *genet. plur. in* -ium *inde a* CIC. *in* -um (*semper in fine hexametri*): VERG. Aen. 11, 838 LVCAN. 1, 250. 4, 26 SIL. 13, 344. 14, 108 STAT. Theb. 10, 723. 11, 440 AVSON. Mos. 292 PROSP. carm. de ingrat. 783. *saepe nude ponitur subst. vice.* *de differentia inter* furibundus *et* -s *cf.* ISID. diff. 1, 554, *inter* furiosus *et* -s ISID. diff. 1, 212 DIFF. ed. Beck p. 59, 40.

A ***strictiore sensu:*** *i. q. insanus, vecors, amens, lymphatus, mente captus, delirus* (GLOSS. II 363, 63 μαινόμενος): **1** *generatim*: CIC. Cael. 60 -i fratri suo (*i. Clodio. cf. p. 1627, 11*). de orat. 3, 55 virtutum expertibus si dicendi copiam tradiderimus ..., -bus quaedam arma dederimus (*proverbialiter. cf.* VLP. dig. 9, 2, 7, 6). div. 1, 118 *signa* alia in -ium vocibus (2, 16). EPICED. Drusi 317 quo raperis laniata comas similisque -i? (SEN. Herc. f. 1009 Phoen. 427 Herc. O. 240. nat. 6, 29, 2 similisque est -is quisquis timet. CVRT. 10, 5, 8 FLOR. epit. 4, 2, 82 Verg. p. 184, 22 *al.* *sim.*: PETRON. 82, 1 -isque more [EVGRAPH. Ter. Eun. 797]. IVST. 13, 6, 17 exemplo -ium). SEN. contr. exc. 3, 7 filio -i et membra sua lanianti. SEN. Herc. f. 1005. 1053. dial. 3, 1, 3 -ium certa indicia sunt audax ... voltus *eqs.* PLIN. nat. 25, 47 sanasse Proetidas -es. 28, 98. 30, 95 VLP. dig. 24, 3, 22, 7 ANTH. 412, 5. AVSON. 226, 4 Orestes. AVG. civ. 6, 10 p. 268, 18 D. PHYSIOGN. 15, 4 nulla existente furoris causa -i habere proximum vultum. CAEL. AVR. chron. 1, 5, 152. 153 -s strictura afficiatur, manifestum ... est. CIC. div. 1, 4 cum duobus modis animi ... motu ipsi suo soluto et libero incitarentur, uno -e, altero somniante. **2** *speciatim:* *de bacchantibus i. q. cum furore vagus* (GLOSS. IV 79, 39. 520, 40 cum impetu ruentes, id est lymphati. V 499, 10 evantis: -es bacchantes): OV. met. 3, 716 ruit omnis in unum turba -s. SEN. Herc. f. 758 errant -es impiae Cadmeides. Oed. 1005 Iocasta vecors, qualis attonita et -s *Agave*. FIRM. err. 6 p. 17, 10 (*ibid.* mente captas). IVV. 6, 511 -is Bellonae matrisque deum chorus. *sim. de hominibus vagis*: VERG. Aen. 4, 42 lateque -es Barcaei. *sensu stoico i. q. delirus, demens, fatuus*: SIL. 14, 108 nec turba -um defit, quae neutro sociari foedere malit. *de vatibus et poetis i. q. deo plenus (cf. l. 83), entheus, divino furore tactus*: CIC. div. 1, 85 Cassandra -s futura prospiciat, Priamus sapiens hoc idem facere non queat (*cf.* VERG. Aen. 2, 345 sponsae ... -is [SERV. vaticinantis]. OV. epist. 5, 121 SEN. Ag. 199. 724 cui bacchor -s [*verba Cassandrae*]. Tro. 34 Phoebas ore lymphato -s). 2, 110 *versus Sibylla* -s fudisse dicitur (VERG. Aen. 6, 100. LACT. inst. 7, 24, 2 vaticinans -sque). 2, 111. 112 hoc scriptoris est, non -is, adhibentis diligentiam, non insani. VERG. Aen. 6, 262 *Hecate* -s (SERV. deo plena: aut certe similis -i). STAT. Theb. 10, 723 vatum exorsa -um. MIN. FEL. 27, 3. *nota sensu ambiguo*: PHAEDR. app.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

6, 16 concidit virgo (*sc. Pythia*) -s. -s profecto, namque dixit perditis. CIC. carm. frg. 3, 28 vates oracla -i pectore fundebant. div. 2, 111 id certe magis est attenti animi quam -is (PETRON. 118, 6 potius -is animi vaticinatio ... quam religiosae orationis ... fides). *apud Christianos i. q. daemoniacus, arrepticius*: SVLP. SEV. Mart. 17, 5 Martinus se -i obiecit. *de oratoribus, rhetoribus*: QVINT. inst. 2, 12, 9 *oratores* multo discursu ... motu capitis -es (*BP*, frequentes *A*).

2 *latiore sensu i. q. clam, occulte, latenter*: **a** *adverbium*: Val. Ant. hist. 1 -m venit. Cic. leg. agr. 2, 41 Aegyptus ut occulte latet, ut recondita est, ut -m tota decemviris traditur! Catil. 3, 13 sic -m non numquam inter sese aspiciebant. dom. 139 -m ... fecisse (*cf.* Sen. epist. 95, 30 ista ... -m et a singulis fiunt). or. frg. B 22 S. (= 23 M.) cum non clam nec -m profectus sit, sed palam (Liv. 21, 63, 9). de orat. 2, 252 *altero genere facetiarum oratoribus* tantum licet -m *uti* ... et cursim. Catvll. 66, 5 Triviam -m sub La⟨t⟩mia saxa relegans dulcis amor (*subindicatur amor furtivus, cf. l. 48. 53*). Lvcr. 4, 1176 -mque cachinnant. Sall. Iug. 4, 7 -m et per latrocinia potius quam bonis artibus ad imperia et honores nituntur. hist. 1, 104 nactus obscuram noctem ... -m ... vitare proelium ... conatus est. Verg. Aen. 2, 18 huc ... *viros* -m includunt. 2, 258 -m laxat claustra. 3, 50 hunc ... -m mandarat alendum Threicio regi (Stat. Theb. 1, 580. *cf. l. 47*). 5, 677 -m saxa petunt (Drac. Romul. 10, 183). 11, 765 -m celeris detorquet habenas. Aetna 113 lympha ... edit humum ... -mque (*cf. l. 61 sqq.*) obstantia mollit. 446 ni -m aggereret Siculi vicinia montis materiam. Lydia 15 secreta meos -m narrabit amores. Hor. sat. 1, 1, 42 argenti pondus ... -m ... deponere terrā. 2, 3, 256 -m carpsisse coronas. carm. 1, 13, 7 umor et in genas -m labitur. epist. 1, 1, 18 in Aristippi -m praecepta relabor (Porph. Hor. epist. 1, 1, 16. 108). 1, 10, 25. Tib. 1, 2, 10 *ianua* -m ... aperta (Prop. 2, 9, 42). 1, 2, 19 -m derepere lecto (*cf. infra l. 77*). 1, 5, 65 ad occultos -m deducet amicos. 1, 8, 35 puero concumbere -m. 2, 1, 75 custodes -m transgressa. 2, 6, 45 portans. 3, 9, 9 -m latebras intrare ferarum. Ov. am. 1, 4, 52 -m ... adde merum. 2, 19, 39 -m tua limina pulset. epist. 16, 261 ut -m praesentes ista loquamur (trist. 3, 1, 21). ars 1, 619 blanditiis animum -m deprendere. rem. 33 coeant -m iuvenes timidaeque puellae (Qvint. decl. 291 p. 161, 16). 212 ipse tibi -m decipiendus eris (*cf.* Lact. inst. 1, 20, 29 -m deceptis obsessoribus). met. 3, 313 -m illum ... educat. 3, 371 sequitur vestigia -m (*cf.* Stat. Theb. 5, 494 *ubi B M habent* furto). 11, 762 peperisse. trist. 4, 10, 20 inque suum -m Musa trahebat opus. fast. 3, 19 blanda quies -m victis obrepsit ocellis. 6, 337 accedere. 6, 555 hanc Athamas -m dilexit. Liv. 39, 4, 8 qui ... -m senatus consultum factum ad aerarium detulerit. Phaedr. 1, 2, 27 -m ... dant Mercurio mandata. Sen. Herc. f. 1179 -mque lacrimas fundit. Lvcan. 4, 717 rapit agmina -m. Petron. 7, 3 meretrices -m spatiantes. 11, 2 -m se foribus admovit. *al.* Sil. 2, 463 est -m (*cf. infra l. 61 sqq.*) ... viscera et exurit ... venas ... per longum celata fames. 9, 82 ad conamina noctem advocat ac -m castris evadit. Stat. Theb. 3, 546 quid -m illacrimas? Qvint. inst. 1, 11, 19 nos non id agentes -m decor ille discentibus traditus prosequatur. Frontin. strat. 1, 5, 9 acie -m a tergo ad opus applicata. Tac. hist. 1, 33 -m digressus (*cf.* 2, 51 per aversam domus portam). Svet. Nero 23, 2 -m desiluisse de muro. Avr. Fronto p. 104, 9 N. *legi* quasi -m, certe quidem raptim (Fronto p. 221, 6 N.). Iavol. dig. 47, 7, 12 -m arborum caesarum (*cf.* Pompon. dig. 47, 7, 6 pr. Vlp. dig. 47, 7, 7 pr. -m caesae arbores videntur, quae ignorante domino celandique eius causa caeduntur. Pavl. dig. 47, 7, 8, 1 -m arborem caedit, qui clam caedit. *al.*). Apvl. met. 8, 11 -m depromptis calicibus. Tert. adv. Val. 32 p. 208, 5. Comm. instr. 1, 5, 7 *Iuppiter* -mque nutritus (Lact. inst. 1, 11, 16. 1, 13, 3). Arnob. nat. 2, 1 alienis -m insidiatus est matrimoniis. Avr. Vict. Caes. 33, 12 accensis -m militibus. Amm. 19, 5, 4 quo ex amnis alveo haurirentur aquae -m (Vvlg. Iudith 7, 7). 19, 11, 4 Pannonias -m vastandas invadere. Rvfin. hist. 3, 6, 10 si qui forte -m (*νύκτωρ*) per stationes hostium ... erepissent. Clavd. 26, 475 sub pectore -m aestuat. Cod. Iust. 5, 17, 7, 1 (*a. 337*) si conscientia maritalis tori -m esset violata. Cod. Theod. 3, 1, 8 (*a. 399*) ineundos -m ... contractus (Interpr. res ... occulte vendere). Mirac. Steph. 2, 5, 1 oculisque -m retrorsum reductis. Drac. laud. dei 2, 277 ne -m noceant angues. Orest. 676 ut taceant -mque ferant cuicumque ministro. Ven. Fort. vita Radeg. 19, 44 intromittebatur -m, quo se nemo perciperet. Greg. M. in Ezech. 1, 5, 12 omne quod de aeternitate per speculum et in aenigmate conspicit, quasi -m hoc et per transitum videt. *nota fere i. q. sensim, paulatim* (*cf. l. 11. 16. 34 al.*): Clavd. carm. min. 9, 15 *radix spiculi hystricis* tenuata ... -m levis in extremum sese producit acumen. **b** *vice adiectivi: praedicative*: Plavt. Poen. 662 hic clam -m esse volt. *attributive*: Tib. 2, 5, 53 iam video ... concubitus ... tuos -m. Clavd. 5, 86 quis populi tum vultus erat! quae murmura -m!

syn. et iuxta posita ad 2: clam (*v. vol. III p. 1248, 11 sq. cf. l. 1. 45*), cursim (*v. l. 3; cf.* raptim *l. 41*), dissimulanter (*v. p. 1643, 17*), latenter, secretim (Vincent. Ler. 21, 26), per latrocinia (*v. l. 5*), occulte (*v. l. 55. p. 1641, 81*), occulto (Tib. 2, 6, 45), in occulto (Plin. nat. 10, 102), oblique (*v. p. 1643, 10*), per transitum (*v. supra l. 60*). *nota abundantiam*: -m latere, tegere *sim.*: Verg. georg. 2, 304 ignis, qui -m pingui primum sub cortice tectus. Hor. sat. 1, 8, 43 lupi barbam ... abdiderint -m terris (Homer. 708 abdiderant occultantes sua corpora -m. Apvl. met. 9, 21). Ov. met. 14, 275 quique sub hac lateant -m dulcedine, sucos (Prvd. perist. 10, 208). *cf. supra l. 35. sim.*: Ciris 209 -m tacito descendens Scylla cubili. Ov. fast. 1, 425 vestigia -m ... fert taciturna. *cum additamentis temporis velut* nocte *sim.* (*cf. l. 7. 35. 51*): Enn. ann. 164 Galli -m noctu summa arcis adorti moenia (Plin. nat. 18, 12). Tib. 1, 6, 5 Delia -m ... quem tacitā callida nocte fovet. Liv. 22, 16, 6 principio noctis -m succedere. Apvl. met. 8, 30 noctem ferme circa mediam collectis omnibus -m. Cic. Att. 4, 3, 4 Metellus cum prima luce -m in campum itineribus prope deviis currebat (*cf.* Sil. 6, 57

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

per avia ... ablati -m). APVL. met. 1, 14 anteluculo -m evadere. *saepe additur verbis cum* sub *compositis*: subire (OV. epist. 18, 56), subrepere (TIB. 3, 9, 21 SEN. contr. 1 praef. 24 *v. infra l. 10*), subsequi (TIB. 3, 8, 8 OV. epist. 19, 131), subtrahere (IVST. 17, 3, 18), succedere (LIV. 22, 16, 6), supponere (OV. met. 4, 776), sustentare (STAT. Theb. 6, 875).

accedunt opposita: palam: CIC. or. frg. B 22 S. (= 23 M.) *v. p. 1642, 1.* nat. deor. 2, 157 bestiae -m ... fruuntur, domini palam et libere. SEN. contr. 1 praef. 24 ut quod aures offensurum esset, si palam diceretur, id oblique et -m subreperet. TAC. ann. 13, 13 quae princeps -m mulierculae tribuebat, ille palam largiretur. 13, 37 non -m iam sed palam bello infensare Armeniam. LACT. inst. 2, 4, 25. *alia*: OV. am. 1, 4, 64 quod mihi das -m, iure coacta dabis. LIV. 25, 24, 3 iam undique non -m, sed vi aperte gerebatur res. TAC. hist. 4, 56 -m magis quam bello Canninefates ... incursabat (*cf. l. 12*). ann. 11, 12 illa non -m, sed multo comitatu ventitare domum. PLIN. epist. 1, 13, 2 recedunt alii dissimulanter et -m, alii simpliciter et libere (*cf. l. 8*). HIL. syn. 78 nunc publicae auctoritatis professione haeresis prorumpens, id quod antea -m mussitabat, nunc non clam victrix gloriabatur.

fūrtīvē *v.* furtivus.

fūrtīvo, -āvī, (-ātum), -āre. *a* furtivus. LEX Sal. capit. 6, 12 de eo qui res alienas -verit. si quis res alienas -verit et suas fuisset et non potuerit approbare cui -verit, solidos XV culpabilis iudicetur. *explicant alii i. q. furari, alii i. q. res alienas sibi furto ablatas praedicare.*

✖**fūrtīvus,** -a, -um [*cf. c.* furtum. *Th.*]. NOT. Tir. 48, 70. *scribitur litteris graecis l. 31. 32.*

I ***strictiore sensu***: **A** *i. q. furto, clam surreptus, ablatus* (GLOSS. II 351, 4 *κλοπιμαῖον*. III 147, 48 clepsimenon. GLOSS. iurispr. cod. Paris. gr. 1357 A *φούρτιβα· κλοπιμαῖα*. THEOPHIL. inst. Iust. 4, 1, 6 *φούρτιβον δέ ἐστιν οὐ μόνον τὸ νύκτωρ ἢ μεθ' ἡμέραν λάθρα λαμβανόμενον, ἀλλὰ πᾶν πρᾶγμα κινητὸν ἀλλότριον παρὰ γνώμην δεσπότου κακῇ διαθέσει ψηλαφώμενον*): **1** *de animantibus* (*bestiis l. 41. 47*): PLAVT. Curc. 620 -as atque ingenuas virgines (Persa 522. 545. *cf.* 715 Poen. 899). IAVOL. dig. 47, 2, 75 (74) ancillam. CELS. dig. 47, 2, 68, 4 servus (PAPIN. dig. 13, 1, 17 *al.*). IVLIAN. dig. 1, 5, 26 si ancilla praegnas subrepta fuerit ..., id quod natum erit tamquam -um usu non capitur (*cf.* AFRIC. dig. 47, 2, 61. VLP. dig. 47, 2, 48, 5 partus. *al.*). TERT. fug. 12 pro eo pacisceris ... ut -o. VVLG. Tob. 2, 21 ne forte -us (*κλεψιμαῖον*) sit *haedus*. **2** *de rebus*: HOR. sat. 2, 7, 110 sub noctem ... uvam -a mutat strigili. epist. 1, 3, 20 cornicula ... -is nudata coloribus. 1, 13, 14 glomus -ae ... lanae. PRIAP. 23, 2 carpet -umve olus aut inempta poma. PROP. 4, 5, 71 -a capilli vincula. LIV. 45, 39, 6 an noctu tamquam -a ... deportabuntur *signa*? PLIN. nat. 19, 123 rutam -am tantum provenire fertilius putant, sicut apes -as pessime (PALLAD. 4, 9, 14). SIL. 15, 463 -a tractantem proelia luce (*i. vita, quam furto matris servaverat*) ... Galam. MART. 11, 50, 5 bombycina. QVINT. inst. 5, 13, 49 cum res -a in domo deprensa sit *eqs.* (decl. 341 p. 345, 17 VLP. dig. 47, 2, 5, 1. *cf.* GAIVS inst. 3, 186 cum apud aliquem ... -a res quaesita et inventa sit). IVV. 1, 10 -ae ... aurum pelliculae. IVLIAN. dig. 41, 1, 37, 2 nummis (AFRIC. dig. 19, 1, 30 pr.). 47, 2, 57, 1 -am rem restituere (47, 2, 57, 4 condicere. GAIVS inst. 2, 45 -am lex XII tabularum usucapi prohibet [PAVL. dig. 41, 3, 4, 6 *al.*]. 3, 187 res -a tibi ab aliquo oblata sit [PAVL. sent. 2, 31]. PAPIN. dig. 41, 3, 42 vendidit [LEX Visig. 11, 3, 1. *cf.* PORPH. Hor. sat. 1, 113 *sq.* venum deferre]. TRYPH. dig. 25, 2, 29 in condictione -ae rei [*cf.* VLP. dig. 13, 1, 7 *et infra l. 82*]. VLP. dig. 47, 2, 52, 27 contrectet. *al. cf. l. 50 sqq. 60*). POMPON. dig. 10, 4, 15 thensaurus. 41, 3, 24, 1 res ... -a aut vi possessa (GAIVS dig. 41, 3, 38 inst. 2, 45. 49 TRYPH. dig. 47, 2, 87). VLP. dig. 47, 3, 1 pr. solvere ... tignum -um. PAVL. dig. 24, 1, 63 pr. *non* -um est, quod sciente domino inclusum est. *saepe.* ITALA gen. 30, 33 (Lugd.) omne ... -um (*κεκλεμμένον*) erit apud me. Tob. 2, 21 (Ennod. epist. 1, 4, 7 p. 9, 3) aliquid manducare -um (*κλεψιμαῖον*, VVLG. edere ex furto). SYMPH. 91 -a vivo (*sc. mus*) sagina (rapina *Baehrens*). HIER. in Ezech. lib. 7 praef. lucrativis immo -is noctium horis ... dictare (in Zacch. prolog. *cf.* epist. 34, 6 -is, ut aiunt, operis [DAMAS. Hier. epist. 35, 1, 2]). VVLG. prov. 9, 17 aquae -ae. RVFIN. hist. 3, 6, 4 propria velut -a devorabant. AVG. nupt. et concup. 2, 25, 40 triticum (2, 26, 42). CASSIOD. in psalm. 61, 9 necessitate victus -um aliquid concupiscunt. GREG. TVR. glor. mart. 96 caro -a. PALLAD. hist. mon. II 13 p. 367[B] *lapides* sive inventicii sint sive -i (*Butl. p. 23, 13 κλεψιμαῖοι*). *expresse de imitatione artificiorum*: PHAEDR. app. 4, 20 falsa imago atque operis -i labor. ENNOD. epist. 1, 4, 7 p. 9, 4 aliquid lectitare -um (*detortum ex Tob. 2, 21, cf. supra l. 65*). *fere i. q. falsus*: OPTAT. 6, 3 p. 147, 20 -as vobiscum non legimus lectiones (*syn.* alienas; '*i. q. corruptas*' *Ziwsa*) ... — aut negate vos alienas lectiones legere.

B *i. q. ad furtum, fures pertinens*: POMPON. dig. 13, 1, 2 ex causa -a (13, 1, 16. 34, 3, 8, 7 AFRIC. dig. 47, 2, 62, 8 VLP. dig. 12, 1, 9, 1 *al.*). AFRIC. dig. 46, 3, 38, 1 condictionem -am (PAPIN. dig. 47, 2, 81, 5. *cf. supra l. 58*). ROMVL. fab. Aesop. ed. Thiele 59, 16 -um facinus. GREG. TVR. vit. patr. 14, 2 -o est ingressus accessu.

II ***latiore sensu i. q. occultus, absconsus, secretus, celatus*** (GLOSS. II 358, 5 *λαθραῖον*). *saepe per enallagen, ut adi. extet vice adv.*: **A** *generatim*: **1** *de rebus*: CIC. Pis. 97 occultus adventus, -um iter per Italiam. CATVLL. 67, 41 saepe illam audivi -a voce loquentem solam cum ancillis haec sua flagitia. OV. epist. 14, 126 corpora -is ... adde rogis. LIV. 24, 29, 4 -is excursionibus. 29, 31, 10 nocturnis primo ac -is incursionibus, deinde aperto latrocinio. MANIL. 4, 42 -a morte. 5, 335 murmure. 5, 425 -us (*Bentley,* -o *codd.*) remus in ipso. VELL. 2, 31, 2 cum ... orbem classibus iam, non -is expeditionibus piratae terrerent. VAL. MAX. 6, 8, 7 egressum. SEN. Ag. 122 coniuncta socio profuge -a rate! dial. 4, 9, 1 nec -a iam scelera sunt: praeter oculos eunt (PS. AMBR. laps. virg. 6, 26 -um scelus deduxit in publicum). LVCAN. 2, 688 tempora ... -ae ... fugae. 9, 142 ignis (*cf. infra l. 54*). PETRON. 95, 2 molitio. SIL. 9, 95 -a cupiens miserum componere terrā. 13, 892 pocula -o rapiet properata veneno. STAT. Theb. 12, 392 per tibi -i sacrum commune doloris (PANEG. 12, [2], 25, 2). MART. 6, 47, 6 -am quod bibit aeger aquam. IVV. 12, 120 etsi non sperat tragicae -a piacula cervae. GELL. 17, 9, 21 res quasdam occultas nuntiare -o scripto. APVL. met. 10, 35 -um pedem proferens. TERT. anim. 58 p. 395, 3 gaudium. adv. Marc. 5, 1 p. 569, 3 -as (*i. non professas*) merces vel illicitas. ANTH. 919, 12 -is procerum suppliciis. LACT. mort. pers. 40, 6 -a amicorum misericordia. HIER. epist. 22, 28, 2 quasi longa ieiunia -is noctium cibis protrahunt. AVG. civ. 2, 26 p. 92, 31 D. -a intentione. epist. 216, 3 -a et tamquam servilis ... contentio. COD. Theod. 4, 8, 6, 5 (*a. 323*) -is compendiis obscure capta. 15, 2, 7 = COD. Iust. 11, 43 (42), 4 (*a. 397*) ad irrigationes agrorum ... -is (*i. non concessis*) aquarum meatibus abutuntur. PETR. CHRYS. serm. 160 p. 622[B] -o incremento. *al.* SIDON. epist. 4, 16, 1 non ... manifesta modo, verum -a quoque lectione. SEDVL. op. pasch. 5, 25 p. 294, 7 suspicione. FACVND. defens. 9, 3 p. 750[A] -as (*i. obscuras*) sententiarum eius particulas. ISID. reg. monach. 9, 6 esus -a contaminatio ... vel privatus extra communem mensam appetitus. *inde i. q. insidiosus, fraudulentus, subdolus*: ARNOB. nat. 4, 24 p. 161, 8 fraudibus ... -is (5, 27 FIRM. err. 20 p. 50, 14. *cf.* HIL. syn. 39 -ae fraudulentiae). HIL. trin 5, 31 anne impia -ae praedicationis falsitas in obscuro est? AMBR. hex. 5, 8, 21 cassibus -ae artis. IVST. 11, 6, 8 occulta consilia victoriae -ae (*i. per dolum reportatae.* CLAVD. DON. Aen. 9, 350 p. 235, 15 -a victoria). COD. Theod. 8, 5, 39 (*a. 382*) a fructu -ae impetrationis. 12, 1, 94 (*a. 383*) per -am militiam. CONST. Sirm. 2 p. 909, 10 (*a. 405*) -a rescripta. **2** *de animantibus*: HIL. syn. 6 -i haeretici (*opp.* perfecti catholici).

B *speciatim in re amatoria*: CATVLL. 7, 8 amores (VERG. Aen. 4, 171 [GLOSS. IV 79, 41 adulterium]. TIB. 1, 5, 75 OV. fast. 6, 573 SCHOL. Stat. Theb. 3, 701 VAL. CEM. hom. 6, 1. *cf.* TIB. 1, 8, 57 Venus -a [OV. am. 2, 8, 6 ars 1, 275 SEN. Ag. 275]). 65, 19 missum sponsi -o munere malum. 68, 145 -a dedit mira munuscula nocte. TIB. 1, 5, 7 -i foedera lecti (*cf. l. 56*). 1, 9, 55 cum -o iuvenem lassaverit usu. PROP. 1, 3, 24 -a cavis poma dabam manibus. 1, 16, 20 preces. 3, 13, 33 -a per antra. OV. am. 1, 4, 18 excipe -as et refer ipsa notas! 1, 11, 3 inque ministeriis -ae ... noctis. 2, 2, 15 -a ... libertas. epist. 16, 265 -ae conscia mentis littera. ars 2, 246 det quoque -as alta fenestra vias. 2, 730 -um nec timor urget opus. 3, 640 iocos. met. 4, 327 voluptas. Pont. 1, 4, 41 -ae ... Cupidinis artes. SEN. Phaedr. 280 (*in versu spurio*) igne (*i. furore*) -o populante venas (PRVD. c. Symm. 1, 171). Tro. 342 ex virginis ... -o stupro. PETRON. 26, 5 osculis (CLAVD. 11, 24). SIL. 2, 416 -aque foedera amantum (*cf. l. 47*). CALP. decl. 46 p. 36, 6 -a commercia (*opp.* liberas ... noctes). APVL. met. 8, 10 de -o concubitu SVLP. SEV. dial. 1, 38, 2 *i. adultero*). 9, 24 amplexus. COD. Iust. 5, 17, 7 pr. (*a. 337*) nuptias inisse -as. *ibid.* 1 coniunctio. PS. AMBR. laps. virg. 5, 21 occulta et -a turpitudine constupratur. HIER. epist. 22, 13, 4 per publicum notabiliter incedunt et -is oculorum nutibus adulescentium gregem post se trahunt. RVFIN. Greg. Naz. orat. 3, 4, 1 -a generatio Iovis (*Greg. Naz. orat. 39, 4 γοναὶ καὶ κλοπαί*). *de animantibus i. q. clam, furtim conceptus, natus, nutritus sim.* (GLOSS. III 303, 51 *νόθος*): VERG. Aen. 7, 660 quem Rhea sacerdos -um partu ... edidit. OV. epist. 11, 38 -um membra gravabat onus. TERT. nat. 2, 13 p. 123, 4 -us infans vester Iuppiter. DON. Ter. Phorm. 1055 filia. *i. q. adulter*: OV. Pont. 3, 3, 56 quam lex -os arcet habere viros. SEN. Ag. 732 (*in versu spurio*) timete ... -um genus.

syn.: ad I: alienus (*p. 1643, 78*), inemptus (*p. 1643, 44*), surreptus (VLP. dig. 18, 1, 29). *ad II*: occultus (*l. 3. 60*), nocturnus (*supra l. 7*). *opp.: ad I*: inventicius (*p. 1643, 73*), proprius (*p. 1643, 70*). *ad II*: apertus (LIV. 29, 31, 10), liber (CALP. decl. 46), manifestus (SIDON. epist. 4, 16, 1). *cf. l. 9. 12.*

adv. **fūrtīvē.** ROMAN. Char. gramm. I 137, 6 furtivus -e *facere debet. de significatione*: DIFF. gramm. VII 522, 18 *v. p. 1641, 61.* [*dub.*: PETRON. 13, 1 futurae *sive* -e *codd.*, suturae *Scaliger.*]

i. q. furum in modum, nempe occulte, clam, celatim: OV. am. 2, 5, 6 data -e munera. SEN. contr. 1, 1, 20 exiguos -e cibos mitto. SEN. benef. 2, 23, 2 quidam -e gratias agunt et in angulo et ad aurem. VLP. dig. 41, 2, 6 pr. clam possidere eum dicimus, qui -e ingressus est possessionem ignorante eo *eqs.* DON. Ter. Eun. prol. 9, 3 virginem ... -e eductam. VVLG. Iob 4, 12 quasi -e suscepit auris mea. AVG. serm. ed. Mai 188, 2 *puerum* tenebo amplexibus -e. BACHIAR. repar.

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

laps. 13 -e ac cum timore persuasit tibi inimicus. EPIST. pontif. 333 (Zosim.) Migne 20, 668[B] in quem locum -e ... irrepserat. GREG. M. moral. 5, 1 -e sibi ... blanditur. 30, 62 in ipsa edendi via -e adiuncta voluptas subsequitur. in Ezech. 1, 10, 39 ab amantibus plerumque in silentio quasi -e et tacite leguntur *scripturae sacrae.* *coniungitur cum adi.*: LACT. mort. pers. 40, 2 -e tunc Valeriae familiaris.

(**fūrto**), (-āvī), **furtātum** (-āre) [*a* furtum. *Th.*]. ISID. diff. 1, 258 inter furatum et -um: furatum eum qui furtum facit, -um, quod furatur fur.

✱**fūrtum**, -ī *n.* [*a* fur *ductum esse videtur. Th.*]. *de originatione*: PAVL. dig. 47, 2, 1 pr. -um a furvo id est nigro dictum Labeo ait (*cf.* PORPH. Hor. carm. 2, 13, 21 ISID. orig. 5, 26, 19). *ibid.* vel a fraude, ut Sabinus ait. vel a ferendo et auferendo (INST. Iust. 4, 1, 2). vel a Graeco sermone, qui φῶρας appellant fures (*cf. p. 1606, 27*). *de formis: in nonnullis codd. legitur abl. in* -u: SALV. gub. 7, 81 (*A, ubi manus sec. corr.* -o). LEX Sal. capit. 4, 10. GREG. epist. 11, 56 (-o *codd. dett.*). *masculine*: VEN. FORT. vita Germ. 75, 201 illum -um felicem (*cf. p. 1647, 31*). *legitur inde a* LEGE XII tab. PLAVTO TER. CATONE VARRONE RHET. Her. CIC. *per totam latinitatem, saepissime* (*plus quam sescenties*) *in* DIG. *deest* LVCILIO LVCR. NEP. CELSO COLVM. SCRIB. LARGO MELAE PERS. *pluralis extat inde a* PLAVTO *tam de pluribus actionibus singulorum, quam de susceptis plurium.* [*dub. vel corr.*: PLAVT. Poen. 1022 furtim *A*, -i *P*. CIC. leg. agr. 3, 11 *v. p. 1646, 41.* VAL. FL. 2, 294 *v. p. 1648, 73.* 8, 390 furiis *V* -is *edd.* PETRON. 131, 8 *v. p. 1650, 8.*] [*val.* furt, *it.* furto, *hisp.* hurto. *M.-L.*]

I ***strictiore*** *sensu i. q. amotio illicita rerum alienarum quae fit clam auferendo aliisve modis* (*cf. p. 1647, 38*): **A** *de ipsa actione* (NON. p. 310, 8 -um est occulta surreptio. GLOSS. κλοπή. GLOSS. iurispr. cod. Paris. gr. 1357 A φούρτα· κλοπή. *cf. l. 54 sqq. 69 sqq. et Hitzig, PW. VII 384 sqq.*): **1** *generatim*: PLAVT. Men. 170 quid olet *palla*? responde. :: -um. Poen. 564 id duplicabit omne -um. 1238 fures estis ... :: quid id -ist? ... :: quia annos multos filias meas celavistis clam me. Cornic. frg. 4 mihi Laverna in -is celebrassit manus. *al.* CATO or. frg. 70, 1 fures privatorum -orum..., fures publici. CIC. Cluent. 184 in quibus tabellis de -o littera nulla invenitur. *al.* Tusc. 2, 23 ob -um Lemnium *i. Promethei* (VERG. ecl. 6, 42 -umque Promethei. SEN. Med. 822 [*v. p. 1646, 27*]. PORPH. Hor. carm. 1, 3, 29. *cf. p. 1646, 22. 1647, 55*). LEX Rubr. (?) frg. Atest. (Corp. I² 600) 2 -i, quod ad hominem liberum liberamve pertinere deicatur. CATVLL. 12, 7 *frater* tua -a vel talento mutari velit. VERG. catal. 13, 10 seu -a dicantur tua. HOR. sat. 1, 4, 94 de Capitolini -is. PROP. 4, 9, 8 -o polluit ille Iovem. OV. met. 2, 687 senserat hoc -um ... senex. 2, 696 lapis iste prius tua -a loquetur. 2, 700. 11, 313 Autolycus -um ingeniosus ad omne. SEN. contr. 9, 6, 7 conscium -i. 10, 6 *saepius.* SEN. benef. 6, 6, 1 depositum habet actionem propriam, tam mehercules quam -um. *al.* PLIN. nat. 9, 92 assiduitate -i *polypi.* 13, 17 haec sunt... officinarum -a (*sc. res miscendas -is depravantium. cf.* 14, 78. 33, 100. 120. 176). 15, 35 *nucium genus* digitis fragili putamine aviumque -o in arbore. VAL. FL. 6, 531 fraude... et -is assuetus... depopulare greges. MART. 12, 29, 11 -a timentur. 14, 92, 2. QVINT. inst. 3, 6, 33 iustumne sit sacrilegium appellari, quod obiciatur, vel -um vel amentiam. 4, 2, 70 consilium -i. 4, 4, 8 *al.* CELS. dig. 47, 2, 68 pr. *non* -um est ipsa infitiatio, licet prope -um est. GAIVS inst. 3, 195 *sq.* -um ... fit non solum cum quis intercipiendi causa rem alienam amovet, sed generaliter cum quis rem alienam invito domino contrectat (SAB. Gell. 11, 18, 20 COD. Iust. 6, 2, 20, 1 [*a. 530*]). dig. 47, 2, 55, 1 -um fieri et si quis usum alienae rei in suum lucrum convertat. PAVL. dig. 47, 2, 1, 3 -um est contrectatio rei fraudulosa lucri faciendi causa... quod lege naturali prohibitum est admittere (INST. Iust. 4, 1, 1). *saepissime in* DIG., *praesertim* 47, 2, *cui titulus est* de -o (*cf.* GELL. 11, 18, 12 COD. Iust. 6, 2 LEX Burg. lib. const. 4). GELL. 11, 18 tit. apud Aegyptios -a licita et permissa sunt. PORPH. Hor. carm. 1, 10, 3 Mercurium inventorem ... -orum (*cf.* ARNOB. nat. 4, 28 praecellere in -orum dolis). IVST. 2, 2, 6 nullum scelus apud eos *Scythos* -o gravius. AMM. 15, 13, 3 abiecte ignavus et, ut ait comicus (*cf. p. 1641, 54*) arte despecta -orum rapiens propalam. SCHOL. Hor. epist. 1, 10, 10 in servis suspicio -i habetur (*cf.* SERV. ecl. 3, 16 SALV. gub. 4, 19). RVFIN. Adamant. 4, 10 -um ... quid aliud est nisi accipere aliena et facere sua? AVG. quaest. hept. 2, 71 p. 139, 15 -i nomine bene intellegitur omnis illicita usurpatio rei alienae *eqs.* (*cf.* 3, 68 p. 295, 22) *passim.* *per amplificationem*: PLAVT. Bacch. 166 (*vers. interpol., cf.* 159 compendium ... fecisti) fecisti -um in aetatem malum (*sc. celando quae prodere debuisti*).

2 ***speciatim***: **a** *de -is magistratuum fere i. q. exactiones illicitae*: CIC. Verr. 2, 154 aedem Castoris testem tuorum -orum esse. 2, 177 indicia ac monumenta -orum. 4, 22 propter societatem -orum. 4, 155 consorti ... in lucris atque -is. 4, 165 haec insunt tria genera -orum *eqs.* 5, 139 socios -orum. *saepe.* LIV. 6, 16, 1 oblataeque vani -i invidiae. PLIN. epist. 4, 9, 6. 7. LAMPR. Alex. 17, 2 iudices, qui -orum fama laborassent (20, 2 COD. Theod. 9, 27, 1 [*a. 380*]. 1, 5, 9 [*a. 389*]). AMM. 19, 12, 2 nec -is abstinuit *eqs.* 30, 7, 3 -orum suspicione contactus. COD. Iust. 1, 26, 3 (*a. 389*). 1, 54, 6, 5 (*a. 399*). COD. Theod. 14, 4, 9 (*a. 417*) Portuensium -a mensorum. **b** ***scriptorum, poetarum sim.***: TER. Eun. 28 non quo -um facere studuerit *poeta.* Ad. 13 -umne factum existumetis an locum reprehensum, qui praeteritus neglegentiast. MANIL. 2, 58 nostra loquar; nulli vatum debebimus or⟨s⟩a, nec -um, sed opus veniet. VITR. 7 praef. 7 ceteros aliena recitavisse, oportere autem iudicantes non -a, sed scripta probare. SEN. contr. 9, 1, 13 non...-i, sed exercitationis causa *transtulisse sententiam.* 10, 4, 21 non potest -o (*codd.*, ⟨de⟩ -o *sive* -i *coni. Bursian.*) suspectus esse. MART. 1, 53, 3 tua traducit manifesto carmina -o. SVET. vita Verg. l. 184 Br. Herennius tantum vitia eius, Perellius Faustus -a contraxit. l. 189 eadem -a temptarent. HIER. adv. Rufin. 2, 22 non scripturarum mysteria, sed Originis -a commemorant. RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 25 p. 604[A] *et* [B]. *aliter technice in arte rhetorica*: QVINT. inst. 9, 2, 68 nemo non illi -o favet (*cf. antea* ambiguitate sententiae *et v. q. s.*). SCHOL. Cic. Bob. p. 121, 5 St. κλέμμα subiunxit, id est -um quoddam invidiosae commemorationis. *cf.* HIL. trin. 5, 25. 6, 44 quid hic haereticorum -o loci relictum est.

structurae: *accedit genet. subi. inde a* CIC. *passim* (*cum epexegesi*: CIC. Att. 6, 2, 5 mira erant in civitatibus ipsorum -a Graecorum, quae magistratus sui [vi *M*] fecerant). *accedit gen. obi. rerum ablatarum* (*cf. l. 15. 66. 78. 80 al.*): CIC. Verr. 3, 48 -o grandis pecuniae. PLIN. nat. 36, 176 -o calcis sine ferumine suo caementa componuntur. VAL. FL. 4, 66 sat tibi -um ignis IVV. 11, 144 *servus* exiguae -is (frustis *l. v.*) imbutus ofellae. CARM. de pond. 171 auro, cuius vitium -umque requiris. PANEG. 11 (3), 8, 2 velleris. FIRM. math. 8, 14, 3 spoliorum. VVLG. I par. 2, 7 peccavit in -o anathematis. LEX Sal. 2 tit. de -is porcorum. 3 tit. *hominum (locorum) defraudatorum*: SEN. Phoen. 317 *serpens* saeva -o nemoris Herculeo. Med. 822 caeli qui -a luit. HIER. adv. Rufin. 2, 22 *v. l. 11.*

epitheta: apertum: CIC. Q. Rosc. 26 Verr. 4, 64. balnearium: PAVL. dig. 47, 17, 3. domesticum: MARCIAN. dig. 48, 19, 11, 1. immensum: FIRM. math. 3, 5, 10. impium: CATVLL. 23, 10 (*coni. Haupt,* facta *codd.*). improbum: CIC. Verr. 2, 87. 4, 181. impudens: CIC. div. in Caec. 30 Verr. 2, 35. 129. 4, 163. 168. infaustum: CORIPP. Ioh. 3, 157. magnum, *compar. et superl. v. p. 1648, 4. 7.* malum: PLAVT. Bacch. 166. manifestum (LEX XII tab. 8, 16 *v. p. 1647, 34*): PLAVT. Asin. 569 (*?*) CIC. Verr. 2, 48. 144 VITR. 9 praef. 12 MART. 1, 53, 3 *al. nota*: SAB. Gell. 11, 18, 11 GAIVS dig. 47, 2, 2. 8 inst. 3, 183. 184 VLP. dig. 3, 2, 6 pr. *al.* PAVL. dig. 22, 1, 24, 2 SATVRN. dig. 48, 19, 16, 6 INST. Iust. 4, 1, 3. modicum: MARCIAN. dig. 48, 21, 3, 2. nefarium: CIC. Verr. 5, 93. notum: *v. p. 1648, 7.* occultum: CIC. div. in Caec. 33. parvum: CIC. leg. agr. 3, 11 (*ubi pro* -um *codd. plerique* futurum). APVL. met. 4, 8 CLAVD. 18, 193. privatum *v. p. 1645, 36.* publicum: FEST. p. 213 GREG. M. epist. 9, 79. religiosum: RVFIN. hist. 2, 15, 2. sacrilegum: ARNOB. nat. 7, 9 p. 243, 25. servile: APVL. met. 4, 8 COD. Theod. 1, 5, 9 (*a 389*). sordidum: CIC. Vatin. 13. tacitum: OV. fast. 1, 549.

iuncturae selectae (*maxime* ICTorum): *acc.*: -um (-a) **facere:** LEX XII tab. ed. Bruns 8, 12 si nox -um faxsit. 12, 2 si servus -um faxit. PLAVT. Poen. 1245 Rud. 954 TER. Eun. 28 *v. l. 1* Ad. 13. LEX Corn. (coll. Mos. 1, 3, 1) -i faciendi causa. CIC. Cluent. 179. 183 *al.* LEX Iul. munic. (Corp. I² 593) 110. HOR. sat. 1, 3, 94 SEN. benef. 7, 7, 4 *al.* MART. 5, 50, 5 *v. p. 1648, 83.* QVINT. inst. 3, 6, 49 sustuli, sed non -um feci. 5, 10, 16 *al.* IAVOL. dig. 12, 3, 9 *plus centies in* DIG. EPIST. syn. Sardic. occ. (Hil. coll. antiar. B II 2) 1, 2 *syn.* raperent. VVLG. exod. 20, 15 non -um facies [οὐ κλέψεις] *passim.* CIC. nat. deor. 3, 74 ope consilioque tuo -um aio factum esse (GAIVS inst. 3, 202. 4, 37 VLP. dig. 9, 2, 27, 21 *al. nota*: 47, 2, 50, 1 INST. Iust. 4, 1, 11). *accedit dat.*: PLAVT. Rud. 958 ego istuc -um scio cui factum est. RHET. Her. 2, 26, 41 PRIAP. 22, 1 SEN. contr. 10, 6, 1 SEN. benef. 6, 5, 5. QVINT. decl. 341 p. 348, 5 unus... duobus. NERAT. dig. 47, 2, 65 (64) POMPON. dig. 21, 2, 30 AFRIC. dig. 19, 1, 30 pr. VLP. dig. 47, 2, 43, 5 -um *non* fit, nisi sit, cui fiat. *saepe apud* ICTOS. GELL. 11, 18, 8 *al. nota*: SEN. dial. 6, 1, 5 nec -um facere affectibus tuis cogitem. QVINT. decl. 248 p. 15, 25 iuri. OPTAT. 1, 3 p. 5, 16. 4, 6 p. 110, 2. 3 deo (*v. totum locum*). *adde*: TAB. devot. Audollent 122 quot mihi -i factum est. *accedit genet.*: CIC. Q. Rosc. 27 cuius rei -um factum erat? CINC. Gell. 16, 4, 2 -um non facies ... pluris nummi argentei. IVLIAN. dig. 9, 4, 10 AFRIC. dig. 46, 3, 1. 47, 2, 61 ancilla fugitiva ... sui -um facere intellegitur. GAIVS dig. 41, 3, 38. inst. 3, 199 liberorum hominum. MARCELL. dig. 47, 2, 69 VLP. dig. 16, 3, 11 *al. apud* ICTOS. *accedunt praepp.*: PLAVT. Bacch. 166 *v. p. 1645, 72.* AVG. quaest. hept. 4, 10 in homines fiunt. VLP. dig. 47, 2, 7, 1 de domo tua. ***alia:*** TER. Phorm. 191 fugam aut -um parat. CIC. Verr. 4, 107 non te diligentiorem in faciendis -is fuisse quam me in deprehendendis (*v. vol. V p. 606, 31 sqq. sim.*: CIC. Verr. 5, 83 reprehendenda. Flacc. 68. 69 VITR. 9 praef. 10. 12). PRIAP. 35, 3 molieris. PLIN. epist. 10, 96, 7 committerent (GAIVS dig. 31, 1, 5, 1 VLP. dig. 44, 7, 25, 1. PAVL. dig. 47, 2, 21, 2 eius *aeris. saepius*). IAVOL. dig. 47, 2, 72 pr. admisit (*v. vol. I p. 753, 26*). VLP. dig. 21, 1, 21, 1 ni forte ... iussu eius -um sive damnum cui datum sit. 47, 2, 27, 1 chirographi -um passus sit (MACER dig. 1, 18, 16 pr. *al.*). AVSON. 146, 24 exercet. RVFIN. Greg. Naz. orat. 7, 11, 2 furati sumus -a caritatis. COD. Iust. 6, 2, 22 pr. (*a. 530*) -o perpetrato.

genet. (*cf. Kalb, Juristenlatein p. 48*): PLAVT. Poen. 737 homo -i sese astringet (Rud. 1260. *cf.* SAB. Gell. 11, 18, 21 obstringitur

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

[VLP. dig. 47, 2, 43, 4]). TER. Eun. 809 hic -i se alligat (*cf. l. 49 et* Q. SCAEV. Gell. 6, 15, 2 -i se obligavit [IAVOL. dig. 39, 2, 25. 47, 2, 74 VLP. dig. 13, 7, 4. 17, 3, 1, 22 *al.* PAVL. dig. 12, 6, 36 COD. Iust. 6, 2, 20 pr. (*a. 520*)]). RHET. Her. 1, 12, 22 secum -i agi (CIC. Cluent. 163 or. frg. A IX 6 epist. 7, 22, 1 LEX Rubr.[?] frg. Atest. [Corp. I² 600] 2 ALF. dig. 11, 3, 16 PAVL. FEST. p. 23 VITR. 7 praef. 7 SEN. benef. 6, 5, 5 QVINT. inst. 7, 1, 22 decl. 361 p. 394, 2 IAVOL. dig. 12, 3, 9 [*circiter 80ies in* DIG.]). RHET. Her. 2, 26, 41 si quis quem -i arguat (VVLG. gen. 30, 33. 31, 32 *cf. infra l. 49*). CIC. S. Rosc. 111 mandati constitutum est iudicium non minus turpe quam -i (GAIVS inst. 3, 198 VLP. dig. 47, 2, 17, 1 *al.*). Cluent. 120 -i et captarum pecuniarum nomine notaverunt (GAIVS dig. 30, 70 pr. inst. 1, 140 VLP. dig. 3, 2, 13, 7 *al. apud* ICTOS). Flacc. 43 -i . . . damnatus est (*v. vol. V p. 14, 56 sq.*). or. frg. A IX 6 quo tempore cum L. Caleno -i depectus sis (detectus sit *codd., corr. Kiessl.-Schoell*). LEX Iul. munic. (Corp. I² 593) 110 quei -ei . . . condemnatus (*v. vol. V p. 124, 45 sqq.*) pactusve est erit (IVLIAN. dig. 3, 2, 1). SEN. contr. 10, 1, 8 obiciente -orum crimina (PHAEDR. 1, 10, 4 GAIVS inst. 3, 197. 4, 178 CALL. dig. 48, 15, 6 pr. VLP. dig. 26, 10, 3, 5 *al.* PAVL. dig. 19, 2, 45, 1 LAMPR. Alex. 17, 3 SVLP. SEV. dial. 1, 14, 7 *al.*). QVINT. inst. 4, 2, 52 -i reum (7, 2, 29. 51 MARCIAN. dig. 48, 21, 3, 2 PORPH. Hor. sat. 1, 10, 25 *sq.* LAMPR. Alex. 28, 4 QVEROL. p. 4, 22 SCHOL. Hor. epist. 1, 10, 10 SVLP. SEV. epist. 3, 1 *al.*). IAVOL. dig. 46, 3, 78 actio . . . -i (VLP. dig. 3, 2, 6, 1 -i vel aliis famosis actionibus quis condemnatus. *apud* ICTOS *fere 170 locis; cf. p. 1645, 46*). 47, 2, 75 (74) poena -i (GAIVS inst. 3, 189. 190 VLP. dig. 15, 1, 9, 6 *al.*). IVLIAN. dig. 47, 2, 57, 1 -i quaestio. 47, 2, 57, 2 solvitur -i vitium (GAIVS inst. 2, 50). POMPON. dig. 47, 2, 44 pr. debitori iste tenetur -i (*apud* ICTOS *fere 60ies*). VLP. dig. 3, 2, 13, 7 in causa -i. 9, 2, 41, 1 animo -i faciendi. 17, 2, 51 pr. -i consilium. *al.* GELL. 11, 18, 8 -i manifesti prensos. AMM. 17, 4, 5 cum -orum arcesseretur. SCHOL. Iuv. 8, 113 -i (-us *p*) . . . accusaturas. INST. Iust. 4, 1, 5 -i obnoxii. *al.*

ablat. (GLOSS. IV 345, 48 -o decipit: fraudat, privat): LEX XII tab. 8, 16 si adorat (*i. agit*) -o, quod nec manifestum erit. VARRO rust. 2, 10, 5 -is noxisque solutum (SEN. contr. 7, 6 [21], 23 TAB. cer. Dac. 6 [Corp. III p 937] int. 6 *a. 139.* 7 [p. 940] int. 6 *a. 142* POMPON. dig. 21, 1, 46. 21, 2, 30. 30, 45, 1 VLP. dig. 19, 1, 11, 8 *al. nota* 50, 16, 174 PAVL. dig. 19, 4, 2. 21, 2, 3). CIC. Verr. 6, 141 ni -is (*i. fraudibus cf. p. 1645, 75*) quaestum faceret. HOR. epist. 1, 7, 86 ubi oves -o, morbo periere capellae (sat. 2, 3, 157 PAVL. dig. 18, 6, 15, 1 VVLG. gen. 31, 39). carm. 1, 10, 8 quidquid placuit iocoso condere -o (*cf.* PORPH. *ad l.; falso* SCHOL. id est adulterio). LIV. 3, 44, 9 puellam . . . -o in domum Verginii translatam. MANIL. 1, 27 quis . . . clepsisset -o mundum . . . ? PLIN. nat. 2, 175 -oque vicini (*gen. obi.*) caespitem nostro solo affodimus. 8, 208 -o abactis *suibus*. MART. 6, 19, 3 vicini queror has *capellas* abesse -o (VLP. dig. 47, 2, 19, 3 PAVL. dig. 50, 16, 14). QVINT. decl. 361 p. 393, 13 cum depositum -o amisisset (GAIVS inst. 3, 205 PAPIN. dig. 20, 5, 1). FLOR. epit. 4, 4, 2 lacerare -is hereditatem. ARGVM. Plaut. Poen. 6 eum -o alligat. PAPIN. dig. 19, 5, 8 pr. -o (-i *l. v.*) argueretur. VLP. dig. 47, 2, 46 pr. -o abstulit (*cf.* PAVL. dig. 47, 2, 21, 5. COD. Iust. 2, 19 [20], 1 [*a. 223*] vi vel -o. IVST. 36, 2, 13 VVLG. gen. 40, 15 [*κλοπῇ*] *al.* SVLP. SEV. chron. 1, 9, 4. LEX Burg. lib. const. 4, 1 *al. in legibus barbaris*). PAVL. dig. 47, 2, 21, 3 surripuit. TERT. patient. 7 p. 12, 8 minutum sibi aliquid . . . -o. PORPH. Hor. carm. 1, 3, 29 *sq.* ignis . . . -o Promethei subductus (*cf.* HIL. in Matth. 5, 3 COD. Iust. 6, 2, 22, 3 [*a. 530*]). COMM. instr. 1, 12, 5 non -o vivebat (*cf. p. 1648, 55; aliter p. 1649, 30*). AVSON. 1, 8 -oque nocentes Sauromatas. RVFIN. hist. 2, 15, 2 se spoliatum. PAVL. NOL. carm. 19, 430 sumere -o.

post praepositiones: CIC. Cluent. 184 quaestio de -o est. *al.* TAC. dial. 37, 4 de -o . . . dicendum. IAVOL. dig. 47, 2, 91 (90) de -o iudicaretur (*cf.* PAVL. dig. 6, 1, 58 iudicium factum). SCAEV. dig. 40, 4, 59, 1 edicto de -is (*cf. p. 1645, 36. 61*) *al.* GAIVS inst. 3, 201 sine -o possidere. PLAVT. Asin. 563 in -o ubi sis prehensus (569. *sim.*: CAES. Gall. 6, 16, 5 comprehensi. *cf. vol. V p. 605, 22. 29*). CIC. Verr. 2, 144 cum in manifestissimo -o teneare. PLAVT. Poen. 1351 duplum pro -o mi opus est. COD. Iust. 6, 2, 21, 5 (*a. 530*) pro -o conveniri. CIC. Verr. 2, 35 quasi . . . non . . . propter impudentissimum -um aufugerit! FIRM. math. 8, 14, 3 plectuntur. PLAVT. Capt. 1019 (*in versu spurio*) ob -um ad carnuficem dabo. GAIVS dig. 18, 1, 35, 4 si res vendita per -um perierit. PAVL. dig. 21, 1, 58, 1 de rebus per -um ablatis. LEX Sal. 40 rubr. si servus in -um fuerit inculpatus (*aliter v. p. 1648, 59. 1649, 32*).

iuxta posita (*cf. supra l. 35*): TER. Phorm. 191 fugam aut -um parat (CIC. Verr. 2, 18 off. 3, 71 VERG. georg. 1, 286 MART. 6, 33, 3. *cf.* HOR. epist. 1, 16, 46 nec -um feci nec fugi. VLP. dig. 11, 3, 1, 4 SALV. gub. 4, 15. *aliter* SEN. Ag. 123 *v. p. 1648, 76*). RHET. Her. 1, 12, 22 cum definitione sit usus, quid sit -um, quid peculatus (CIC. Verr. 4, 168. off. 3, 36 expilationes direptionesque sociorum. FEST. p. 213 peculatus est nunc quidem qualecunque publicum -um. p. 237. *nota* PAPIN. dig. 47, 2, 82). 4, 27, 37 -a, rapinas omnes tuas omitto (CIC. S. Rosc. 24 -a, rapinae, donationes. Verr. 4, 64. 228. 6, 32 POLLIO Cic. epist. 10, 32, 2 HOR. sat. 2, 3, 157. PLIN. epist. 4, 9, 6 *opp.* munera. GAIVS dig. 44, 7, 4 MAECIAN. dig. 35, 2, 30 pr. FIRM. math. 3, 5, 10 HIER. epist. 55, 2, 4 AVG. quaest. hept. 2, 71 p. 139, 17 *cf. Haupt, op. ac. I p. 8*). CIC. Q. Rosc. 26 fraudis ac -i mentionem facere audes (COMM. instr. 1, 26, 11 SVLP. SEV. dial. 1, 5, 5 ZACCH. 1, 30 NICET. symb. 1 p. 39, 6 symb. frg. p. 54, 5). div. in Caec. 6 -a atque flagitia (*v. p. 840, 80 sqq.*). 32 silebitur . . . de maximis et notissimis illius -is et iniuriis (Verr. 2, 51 POMPON. dig. 44, 7, 56 GAIVS inst. 4, 8. 112 *al.* PAVL. dig. 13, 5, 29 vel vi bonorum raptorum). Verr. 2, 21 scelera, -a, flagitia (2, 34. 43. 5, 93. 97 maiora. PLIN. nat. 2, 17 -orum esse et scelerum numina). 2, 87 huius improbissimi -i sive adeo nefariae praedae (4, 111. 5, 30. 136. 6, 10 *cf. l. 28. 33*). 2, 129 de istius impudentissimo -o seu potius . . . latrocinio (*cf.* CAES. Gall. 6, 16, 5. HOR. sat. 1, 3, 122 cum dicas esse paris res -a latrociniis. SEN. benef. 4, 17, 4 PLIN. epist. 10, 96, 7 AMM. 16, 9, 1. 19, 13, 1. 31, 7, 2 SALV. gub. 4, 20). 4, 171 non mihi iam -um, sed monstrum ac prodigium videbatur. 5, 60 venio nunc non iam ad -um . . ., sed ad . . . facinus. dom. 93 mihi -a, largitiones, libidines obiciuntur. SEN. dial. 4, 9, 4 circumscriptiones (epist. 97, 11), -a, fraudes, infitiationes. epist. 87, 23 sacrilegium (QVINT. inst. 3, 6, 33. 5, 10, 39. 87. 89. 7, 3, 9 22 decl. 252 p. 30, 17 SATVRN. dig. 48, 19, 16, 4 *al.* QVEROL. p. 56, 13 HIER. epist. 52, 16, 2 MART. CAP. 5, 452), -um, adulterium (QVINT. inst. 3, 10, 1. 7, 2, 41. 7, 3, 1 PLIN. epist. 10, 96, 7 GAIVS inst. 3, 194 HIL. in Matth. 24, 8 VVLG. Os. 4, 2. *cf.* Matth. 15, 19 fornicationes, -a [*κλοπαί*]. apoc. 9, 21). POMPON. dig. 24, 3, 18, 1 actiones . . . -i vel damni iniuriae (*cf. vol. V p. 25, 73 sqq.*). VVLG. sap. 14, 25 homicidium, -um (*κλοπή*). DOCTR. apost. 3, 5 mendacium ducit ad -um (*κλοπήν*; AVG. civ. 22, 22 p. 604, 2 D. gen. ad litt. 10, 13 p. 311, 26).

B ***metonymice*** *i. q. res (animal l. 36. 41. 55. 58) furto ablata* (GLOSS. V 661, 72 -a: ablatae res [*Löfstedt, Arch. 14 (1906) 134*, -o abluta eris *cod.*] *cf. l. 63*): CIC. Verr. 2, 58 collucere omnia -is tuis, praeda provinciarum, spoliis sociorum (*cf.* 2, 57. PAVL. FEST. p. 117 -a praedamque inter se luere). 3, 58 -um reddere. 3, 185 -a praetoris . . . exportata sunt (*cf.* 3, 171). 5, 6 forum et basilicas non spoliis provinciarum sed ornamentis amicorum, commodis hospitum non -is nocentium ornarent. 5, 17 Messana . . . praedarum ac -orum receptrix (5, 150. 6, 160). 5, 23 *navem* onustam -is (*cf.* 6, 44). 6, 59 quo -a . . . deportares. *ibid.* custodes . . . -orum. HOR. sat. 2, 4, 79 dum -a ligurrit *puer*. OV. fast. 1, 560 mugitum rauco -a (*i. boves abacti*) dedere sono. 3, 846 pendere poenas ex illo iubeat *lex* -a recepta loco. LIV. 6, 14, 13 ubi tantae rei -um occultaretur. 33, 47, 3 velut bonis ereptis, non -orum manubiis (*Madv.*, manibus *codd.*) extortis. PAVL. FEST. p. 117 qui -um ibat quaerere. SEN. contr. 10, 6, 1 -um est, quod timet dominus agnoscere? (*cf. ibid.* res suas, *ubi excerpta*: -um). *al.* SEN. Oed. 716 per orbem -a (*Europam raptam*) sequi Iovis. benef. 2, 21, 4 -um non recepit, quod maluit non accipere quam reddere (*cf. ibid.* alienam rem non accipere). PETRON. 128, 6 v. 3 versat manus improba -um. PLIN. nat. 8, 222 semper *in alvis* -um id (*sc. aurum devoratum*) deprehendi. STAT. silv. 5, 3, 179 Diomedei celat penetralia -i. MART. 7, 20, 13 mappa cum iam mille rumpitur -is. QVINT. decl. 341 p. 346, 9 an -um profiteri debuit. *ibid.* p. 347, 29. GAIVS inst. 3, 186 conceptum -um dicitur, cum apud aliquem . . . furtiva res . . . inventa sit (PAVL. sent. 2, 31, 3). 3, 187 oblatum -um (*cf.* GLOSS. iurispr. cod. Paris. gr. 1357ᴬ *ὀβλάτον* [*trad. ὁλβάτον*] *φοῦρτον· τὸ ὑπό τινος εἰσενεχθέν μοι κλοπιμαῖον πρᾶγμα*). 3, 188. dig. 46, 1, 70, 5 quam *partem* ex -o sibi restitui desiderat. VLP. dig. 47, 2, 3 pr. deprehenditur cum -o (*cf. ibid.* 2 cum re furtiva). 47, 2, 7, 2 abiecto -o effugit. PAVL. dig. 47, 2, 4 manere cum eo -o. *al.* GELL. 16, 10, 8 -orumque quaestio. SPART. Pesc. 10, 6 -o convixerant. SCHOL. Cic. Gron. A p. 347, 18 St. publicentur. VVLG. exod. 22, 3 quod pro -o (*κλέμματος*) reddat. Tob. 2, 21 edere ex -o (*κλεψιμαῖον*) aliquid. CLAVD. rapt. Pros. 3, 145 ne *fetus* -um pateant homini, ne praeda colubris. LEX Sal. 11, 5 si . . . exinde -um (in *vel* per -um *v. l.*) aliquid tulerit. capit. 4, 10 si quis in domo alterius . . . -um invenerit.

II ***latiore*** *sensu i. q. actio clandestina, clam suscepta (cf. p. 1649, 17 sqq.), maxime de actionibus cum fraude doloque gestis* (NON. p. 310, 11 -um insidiae. p. 453, 24 -um etiam non ablata res, sed omne quicquid occulte geritur auctoritate veterum dici potest. GLOSS. IV 79, 46 secretum): **A** ***generatim:*** **1** *de ipsa actione*: VERG. Aen. 6, 568 -o laetatus inani (SERV. latebra non valde profutura). CIRIS 215 sua -a prius testatur ad umbras. OV. ars 2, 389 -o celetur culpa modesto. met. 13, 32 -isque et fraude simillimus *Sisypho*. fast. 6, 433 -is aptus Vlixes. MANIL. 2, 31 -o Cycnum, pietate ad sidera ductam Erigonen (*cf.* GERM. 277 -a Iovis falsa volucer sub imagine texit). GERM. 35 cum -a (*sc. Iovis conservationem furtivam*) parentis . . . texere . . . Corybantes (*sim.*: SEN. Ag. 931 recipe hunc Oresten ac pium -um occule. VAL. FL. 2, 294 solvimus heu serum -i [*V*, furiis *post Pium edd.*] scelus! *cf. p. 1649, 31. sim. l. 77. metonymice* SEN. Tro. 501 *v. p. 1649, 37*). SEN. Ag. 123 quid timida loqueris -a et exilium et fugas? dial. 6, 1, 5 *v. p. 1646, 63*. CVRT. 4, 4, 15 XV milia hoc -o subducta saevitiae sunt. PETRON. 89, 13 ad -a (*Bücheler*, fata *codd.*) compositus Sinon. 102, 10 quia hoc genus -i semel [mea] feliciter cessit. *cf.* 104, 5. STAT. Theb. 12, 454 -um (*i. sepulturam fratrum*) claro plangore fatentur. Ach. 1, 342 incepti pereant mendacia -i. 1, 531 turpi quaerentem litora -o. silv. 3, 2, 89 Doris Agenorei -is blandita iuvenci. MART. 1, 87, 7 notas . . . fraudes deprensaque -a iam tollas. MART. 5, 50, 5 nec semel ergo mihi -um fecisse licebit? (*sc. cenans parasito non invitato*). QVINT. decl. 248 p. 16, 2 remissum -um

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*cf.* 305 p. 195, 25 amplectebantur miseri *exules* pio -o extremum patriae solum). HIER. in Ezech. lib. 8 praef. in modum -i explanationes aggredimur. PRVD. psych. 269 nec adhuc ad fraudis opertum venerat aut foveae calcarat -a malignae. CLAVD. 21, 292 noxia -o littera. DRAC. Romul. 10, 346 -a paras. *accedit genet. explicationis*: Q. CIC. Cic. epist. 16, 26, 2 ne -um (*i. praetextum dolosum*) cessationis quaesivisse videaris. VAL. MAX. 7, 3, 1 pio sacrificii -o. ANTH. 21, 45 fraus, dolus et -um pelagi. SIDON. epist. 3, 3, 8 -a ruinae suae.

nota abl. (cf. p. 1648, 67. 77 al.) et iuncturas praepositionales vice adv.: i. q. fraudulenter, insidiose, dolose: CAECIL. com. 202 aut tu illum -o (fructu *codd., fort. recte, cf. p. 1389, 31*) fallas. VERG. Aen. 4, 337 abscondere -o . . . fugam. 6, 24 suppostaque *tauro* -o Pasiphae (SERV. adulterio). LIV. 9, 11, 6 -o eos *obsides* subduxistis. SEN. contr. 10, 6, 2 (*ambigue*) si bene -o evertuntur urbes, quanto melius servantur. SEN. apocol. 15 fallax assiduo dilabitur alea -o. Ag. 207 hunc fraude nunc conaris et -o aggredi. Thy. 223 coniugem stupro abstulit regnumque -o (*cf. l. 68 sqq.*). *i. q. clam, occulte, aliis necopinantibus, ignaris* (*nota plur. l. 23*): MANIL. 5, 522 quaerere sub terris aurum -oque latentem naturam eruere. VELL. 2, 63, 1 pontifex maximus . . . -o creatus. SEN. epist. 104, 12 alii auferuntur, at ipsi nobis -o subducimur. LVCAN. 2, 168 dextra parentum pavido subducit cognita *membra liberorum* -o. PLIN. nat. 8, 108 parere. 10, 109. VAL. FL. 2, 283 patrios -is accedere saltus. 8, 155 hoc . . . evadere -o. 8, 229 Gradivus ab Hebro Idalium -o subit. STAT. Theb. 1, 313 -o deserta pererrat (SCHOL. clam). 8, 61 vix unum . . . -o ausus iter rapui (*cf. infra l. 60*). 9, 133. 11, 758 vallum . . . destituunt -o (SCHOL. occulte fugiunt). 12, 143 timido secreta per avia -o debile carpit iter. 12, 279 occulto . . . -o. PORPH. Hor. carm. 2, 7, 13 *sq.* clam et quasi -o quodam . . . fugisse. NEMES. ecl. 3, 8. ANTH. 415, 34 tantum -o vivere (*aliter p. 1647, 56*). AVG. civ. 16, 43 p. 193, 29 D. Moyses subtractus -o trucidatoribus. in -um (*notione vera passim dilucente*): LEX Sal. 14 add. 3 si quis homine dormientem in -um expoliaverit. 14 add. 4. 21, 2. 28, 1 (*v. quae annotavit Behrend*). 34 add. 2 in curte alterius . . . in -um ingressus. *et saepius.* LEX Sal. 34, 4 si quis per malo ingenio in curte alterius . . . aliquid de -o (*pars codd.*, de furato *HE*) miserit, hoc est nesciente domino (*cf. annot. Behrendi*).

2 *metonymice*: SEN. Tro. 501 (*Andromacha alloquitur Hectorem mortuum*) coniugis -um piae (*Astyanacta patris tumulo absconditum*) serva (706 huc e latebris procede tuis, flebile matris -um miserae *i. Astyanax absconditus*). STAT. Ach. 2, 36 *Thetis* commisit . . . illis tam grandia -a (*sc. Achillem*) latebris.

fūstis, -is *m.* [*orig. inc. sunt qui conferant c. theodisc.* būsch '*fustis, plaga, vibix*'; *cf. Kluge, Etymolog. Wörterb. d. deutschen Spr. s. v.* Bausch. *Th.*]. ū *longum esse docent voces inde natae romanicae et cambr.* ffust, *hibern.* sūist. *de originatione*: ISID. orig. 5,27,16 -es ... appellati quod praefixi in fossis stent (*depravatum* 20,13,2 in terram st. *cf. infra l. 41*), quos palos rustici vocant. *de genere*: PHOC. gramm. V 418,28 generis masculini ... ut hic -is. PRISC. gramm. II 160,2. GLOSS. II 378,31 ξύλον ... hic -is. *de formis: abl. in* e *exeuntem firmat numerus* HOR. sat. 1,3,134. 1,5,23. 2,3,112 PRIAP. 11,1 MART. 12,57,10. *praeterea traditur* CORP. IV 1824,4 GAIVS inst. 3,220 PRIAP. 63,9 SEN. contr. 1,5,5 PETRON. 70,5 IVV. 9,98 *al.* *abl.* -i *exhibent codd.* PLAVT. Asin. 427 Aul. 454 Capt. 896 SALL. hist. frg. 4,22 VELI. 2,78,3 TAC. ann. 3,21. 14,8. 44 APVL. met. 4,4. 7,18 *al. utraque forma diversis locis traditur apud* VAL. MAX. *et* VLP. dig. (*v. Neue-Wagener I³ 339*). · *acc. plur.* -is: PLAVT. Poen. 1320 HOR. carm. 3,6,41 *R*¹; *plerumque trad.* -es, *ut* PLAVT. frg. inc. 29 VARRO ling. 5,137 *al.* *secundae declinationis abl. v. infra l. 81.* *de sensu*: GLOSS. βάκλον. ξύλον. ξύλον ἐν ᾧ τύπτομεν. ῥάβδος. ῥόπαλον. *cf. Leumann, Hermes 55 (1920) 107 sqq.* *vox sermoni cotidiano addicta usurpatur inde a* PLAVTO (*dubia in* LEGE XII tab. *v. p. 1658, 61*); *frequentatur a* PLAVTO APVL. ICTIS; *apud poetas non legitur nisi apud* PLAVT. (*17ies*) AFRAN. com. 67 NOVIVM Atell. 93 COM. pall. inc. 71 HOR. sat. 1,3,101. 134. 1,5,23. 2,3,112 epist. 2,1,154 carm. 3,6,41 PRIAP. 11,1. 63,9 PHAEDR. 3,2,3. 4,18,12 CARM. epigr. 947,2. 4 MART. 12,57,10 IVV. 6,416. 9,98 IVVENC. 4,531 CYPR. GALL. num. 334. *ex prosae orationis scriptoribus non habent* CATO RHET. Her. CAES. NEP. LIV. [*locus dubius*: LVCAN. 5,524 *var. lect.* -e *pro* fune, *v. p. 1596, 37.*] [*val.* fust, *it.* fusto, *francog.* fût. *M.-L.*]

I ***generatim:*** *i. q. baculum, pertica, stipes, tignum: ad varios usus*: PLAVT. Asin. 427 tamquam si claudus sim, cum -ist ambulandum; *antea* utinam ... stimulus in manu mihi sit ... qui latera conteram tua (*sim.*: PETRON. 70,5 [*v. p. 1658, 26*]. GREG. TVR. Mart. 3,9 inciso -e ad mensuram geniculi ... gressum -e adminiculante perficiebat. 3,14 duobus in ascellis -bus additis). VARRO ling. 5,137 utuntur in vinea alligando ... incisos -es. HOR. carm. 3,6,41 recisos portare -is (SCHOL. cum lignis. APVL. met. 7,17 gravantis ruinae -es [*antea syn.* ligna]). FEST. p. 286 suri ... sunt -es (*cod.* rustes) et hypocoristicos surculi. PAVL. FEST. p. 73 delubrum dicebant -em delibratum ... quem venerabantur pro deo (*cf. vol. V p. 471, 51 sqq.*). p. 315 stipes -is terrae defixus (*cf. supra l. 6*). p. 377 ungustus -is uncus. CELS. 8,20,5 eorum -ium imas partes (*antea* ad valida bacula deligarint). COLVM. 2,20,4 spicae ... -bus cuduntur vannisque expurgantur. 12,19,4 fasciculos feniculi -bus illigatos (PELAGON. 348 peniculum in -e ligato). 12,44,2 in dolium ... transversos (*cf. infra l. 60*) -es arctato. PLIN. nat. 32,14 murenas ... iactato -i non interemi. CORP. IV 4502 -es LXII (*de significatione non constat*). MART. 12,57,10 balucis malleator ... tritum nitenti -e (*v. Hultsch apud Friedländer*) verberat saxum. DIFF. Suet. p. 316 mergae sunt -es deducti, quibus metitur in aquis profundi quantitas. APVL. met. 9,24 viminea cavea, quae -ium flexu teret⟨i⟩ in rectum aggerata cumulum *eqs.* ITALA Ios. 10,26 (Lugd.) *Iosue* suspendit eos *reges* super quinque -es (ξύλων, VVLG. stipites). NON. p. 163,20 palangae (*cf. p. 1658, 53*) dicuntur -es teretes, qui navibus subiciuntur, cum attrahuntur ad pelagus. *ibid.* 23 palangarios dicimus, qui aliquid oneris -bus transvehunt. HIER. vir. ill. 2 fullonis -e, quo uda vestimenta extorqueri solent, in cerebro percussus interiit (RVFIN. hist. 2,23,18 fullo arrepto -e, in quo res exprimere solent, cerebro eius illisit; *gr.* τὸ ξύλον ἐν ᾧ ἀποπίξει τὰ ἱμάτια). VEG. mulom. 2,28,6 *equus* -em transversum (*cf. supra l. 45*), ut apertum os habeat, debet accipere (CYPR. GALL. num. 334 transverso ... -e reportant *uvam*). mil. 3,14 ⟨fustibalus⟩ -is est longus *eqs.* (*v. supra p. 1656, 45*). SERV. auct. Aen. 2,19 alii -es curvos navium, quibus extrinsecus tabulae affiguntur, cavernas appellarunt. SERV. Aen. 5,177 clavum -em gubernaculi. CLAVD. DON. Aen. 7,505 p. 77,19 -em ex incendio sublatum (VERG. torre). 12,300 p. 588,30 rapuit ex ara -em ardentem. GLOSS. V 510,36 pistilio aereus vel plumbeus -is. 624,15 (*v. p. 1658, 49*). 624,33 transenna est -is cavatus vel *eqs.* *i. q. caulis, truncus*: PLIN. VAL. 2,45 herbam argimoniam cum -e roboreo evelles. LEX Sal. 27,19 si quis in silvam -em signaverit *occupandi causa* (-em *duo codd.*; arborem *rell.*).

II ***speciatim:*** *instrumentum ad verberandum (bestias p. 1658, 7. 14. 38. 40. 43, imprimis asinos p. 1658, 1. 17. 24. 39. 83) necnon ad dimicandum, gladii telive vice (p. 1658, 51 sqq. 63. 73. 1659, 12). saepe adiunguntur alia instrumenta caedendi*: ferrum *s.* gladius *p. 1658, 81*, gladius, lapis *p. 1658, 68*, lapis *p. 1659, 11*, manus *vel* pugnus *p. 1658, 60. 63*, saxum *p. 1658, 77* (*alia p. 1660, 19*). *ad verberandum*: PLAVT. Amph. 358 -em sumpsero (Aul. 48 -em cepero aut stimulum in manum. 469 capio [*cf. p. 1658, 68*]. PRIAP. 11,1 prenso ... -e [*attribuitur Priapo etiam p. 1658, 37*]. RVFIN. hist. 2,23,18 [*v. supra l. 58*] arrepto -e [VITA Desid. 1,18 -o, *v. l. 17*]. QVEROL. p. 47,11 -es et virgas tenent. *cf.* APVL. met. 3,27 rimatusque frondosum -em. 6,30 -em quatiens. 7,28 manibus eius -is esset elapsus [*antea* perticā ... arreptā]). Aul. 409 me ... -bus male contuderunt (APVL. met. 6,25 tundentes -bus *asinum* [8,21 *v. p. 1660, 14*]; *cf.* fustitudinus). 454 implevisti -i fissorum caput (*similia*: Capt. 896 -i pectito. Cas. 967 -i defloccabit ... lumbos meos. Rud. 816 amplectitote crura -bus [*cf. Leo, Plaut. Forsch.² p. 311 adn.*]. NOVIVS Atell. 94 unumquemque praelumbare -bus. POMPEIVS ap. CAEL. Cic. epist. 8,8,9 quid, si filius meus -em mihi impingere volet? HOR. sat. 1,5,23 nautae mulaeque caput lumbosque saligno -e dolat. CORP. IV 1824,2 Veneri volo frangere costas -bus et lumbos debilitare deae. 4 caput illae frangere -e. TAC. ann. 14,8 -i caput eius afflixit. IVV. 9,98 -e aperire caput [*cf. etiam p. 1657, 31 sq. 56 sq.*]). Cas. 971 lupina scaeva -i rem gerit. Mil. 1401 verberetur -bus (GREG. TVR. Franc. 5, 20 p. 218, 8. *cf.* CIC. Verr. 5,94 male mulcati clavis ac -bus. QVINT. inst. 9,2,12 -bus vapulasset. IVV. 6,417 illis [*sc. fustibus*] dominum iubet ante feriri, deinde canem. TAC. ann. 13,57 ictu -ium aliisque verberibus ut feras absterrebant *flammas* [COD. Theod. 9,12,1 (*a. 319*) si ... ictu -is aut lapidis occiderit *servum dominus*]. APVL. met. *de asino*: 4,4 ictibus ... -ium [7,17 crebris]. 7,18 me compilabat †cidit -i grandissimo. 7,25 concidi -bus. GAIVS inst. 3,225 si quis ab aliquo ... verberatus -busve caesus fuerit [AMM. 29,3,8 de -bus praeter solitum caesi. VVLG. num. 22,27 caedebat -e latera *asinae*. ROMVL. fab. 68,2 *asinum* flagello et -e]). Poen. 1320 ecferte -is (frg. inc. 29 ferte -es privos in manu. IVV. 6,416 afferte). CIC. Pis. 73 quid ... te, asine, litteras doceam? non opus est verbis, sed -bus. BELL. Hisp. 27,6 -bus percussus *i. interfectus* (VAL. MAX. 6,3,9 -i percussam interemit [8,1 amb. 1 -e; *cf. etiam* PETRON. 70,5 amphoram -e percussit, *quod propter ea quae antecedunt etiam ad I p. 1657, 33 pertinere videtur*]. ITALA exod. 21,20 [Lugd.] si ... percusserit servum ... de -e, et mortuus fuerit [ῥάβδω, VVLG. virga]. CAPITOL. Gord. 13,9 -e ... percussus occisus est. Max. Balb. 9,3 -e percussus ... est *i. tusus*. HIER. vir. ill. 2 *v. p. 1657, 56*. PALLAD. hist. mon. I 7 gravi ... -e percussit. LEX Sal. 17,6 si quis ... ingenuum de -e percusserit. *cf.* PLIN. nat. 14,89 [*ex* VAL. MAX. 6,3,9 *v. supra l. 25*] interfectam -i. AMM. 29,3,3 necatus ad exitium -bus. HYG. fab. 130 p. 112,21 pastores ... -bus *Icarium* interfecerunt. *cf. etiam p. 1659, 73. 74 sq. 77*). HOR. sat. 1,3,134 *pueros* -e coerces (SCHOL. *ad l.* baculo). 2,3,112 vigilet cum longo -e. PRIAP. 63,9 (*cf. p. 1657, 80*) *Priapum* terribilem -e (*hiat numerus, fort.* terri⟨ta⟩bilem -e). PHAEDR. 4,18,12 *canes* propulsi ... -bus. SVET. Cal. 26,4 omnis -bus abegit. APVL. met. 4,5 non -bus, non stimulis ... exsurgere. COD. Iust. 12,50,1 (*a. 316*) equos ... non lignis vel -bus, sed flagellis tantummodo agitari decernimus. COD. Theod. 8,5,2 (*a. 316*) quoniam plerique nodosis ac validissimis -bus ... animalia publica cogunt ... *vires* absumere, placet ut omnino nullus in agitando -e utatur, sed aut virga aut certe flagro. AVG. in psalm. 10,5 p. 134 violentias circumcellionum ... circumquaque volitare et terribiles -es Israeles vocare (Israelis vocari *var. lect.*). *ibid.* p. 135 cum in *Donatistarum* castris privati -es ignesque sic saeviant. 95,11 dicent se regnare a ligno (*subaudi* '*a cruce*'), quia -bus circumcellionum regnant. GLOSS. V 624,15 scorpiones sunt -es quaedam acumina habentes, ut graviores plagas inferant. *ad dimicandum* (*cf. etiam p. 1657, 74 sqq.*): PLIN. nat. 7,200 proelium Afri contra Aegyptios primi fecere -bus (HYG. fab. 274 p. 151,8), quos vocant phalangas (*cf. p. 1657, 53*). PAVL. sent. 5,6,4 -ium aut telorum aut armorum metu. AVG. quaest. hept. 7,55 *Samsonem* pugnasse tibia ... animalis tamquam -e. MART. CAP. 5,466 cum telo ... cum -e deprehensum. PAVL. FEST. p. 45 *cacula* a Graeco κᾶλον, 'quod -bus clavisque ligneis ... armari soliti sunt. CLAVD. DON. Aen. 11,680 p. 518,20 sparum dicunt ... -em nodosum, quo rustici utuntur, cum eunt ad bellum. *adiunguntur substantiva* (manus pugnus, ferrum gladius, lapis saxum *al.*): LEX XII tab. 8,3 manu (*cf. p. 1659, 1*) fust⟨ive si⟩ os (*Lachmann; dubitat Mommsen ad* Paul. coll. 2,5,5; manifestos *vel* -us *codd.*) fregit libero. HOR. sat. 1,3,101 unguibus et pugnis, dein -bus atque ita porro pugnabant armis (GAIVS inst. 3,220 pugno ... aut -e percussus vel ... verberatus. COLL. Mos. 2,6,4 verberatum ... pugno ... an -e an lapide. LEX Burg. lib. const. 5 tit. flagello -e calce vel pugno percutiunt. 102,1 pugno aut calce aut -e aut flagello aut saxo. *cf. p. 1659, 1*). PLAVT. Rud. 842 quin occidisti extemplo? :: gladius non erat. :: caperes (*cf. p. 1657, 79*) aut -em aut lapidem (COM. pall. inc. 71 [Cic. Att. 4,3,3] clamor, lapides, -es, gladii. CIC. Flacc. 73 membra, quae debilitavit lapidibus, -bus, ferro [EDICT. Theoder. 75]. GAIVS inst. 4,155 [dig. 50,16,41 INST. Iust. 4,15,6] armorum ... appellatione non solum scuta et gladios et galeas significari ... sed et -es et lapides [dig. 47,2,55,2 teli ... appellatione et ferrum et -is et lapis ... significatur. VLP. dig. 43,16,3,2 -es et lapides ... gladii hastae frameae]. APVL. met. 8,16 lanceam ... venabulum ... spicula ... -em ... saxa ... sudes *faces gerebant proterrentes feras*). CIC. Caecin. 60 glebis aut saxis aut -bus; *opp.* armati (64 non fuerunt armati, cum -bus et cum saxis fuerunt. PHAEDR. 3,2,3 alii -es congerunt, alii onerant saxis *pantheram*. FLOR. epit. 3,16,6 *Saturninum* -bus saxisque coopertum. AMPEL. 26,3). Sest. 79 gladiis adoriuntur ... fragmentis saeptorum et -bus (TAC. Germ. 45 *apud Aestios* rarus ferri, frequens -ium usus. APVL. met. 4,4 non -i tantum, sed machaera perfossus occumbere. 4,19 -bus, lanceis, destrictis ... gladiis armati. VLP. dig. 9,2,7,1 sive

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

gladio, sive ... -e vel alio telo, vel manibus vel calce [*cf. p. 1658, 66*]. 43, 16, 3, 3 -em vel gladium tenuit. 48, 19, 8, 1 animadverti *in noxium* gladio ... non securi vel telo vel -i vel laqueo. ITALA Marc. 14, 43 *et* 48 [cod. k *al.*] turba ... cum gladiis et -bus [*gr.* μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων; VVLG. lignis; *cf.* VVLG. Matth. 26, 47. 55 Luc. 22, 52. IVVENC. 4, 531 ferro, -bus et gladiis]. VVLG. Dan. 14, 25 absque gladio et -e [ἄνευ σιδήρου καὶ ῥάβδου]. RVFIN. hist. 2, 6, 7 ne gladiis ... sed -bus uterentur [ξίφει ... ξύλοις]. AVG. c. Parm. 2, 3, 6 armatae ferro ac -bus. EPIST. syn. Sardic. occ. [Hil. coll. antiar. B II 1] 3 milites armatos [cum gladiis *alt. rec.*], populos cum -bus [ὄχλους μετὰ ῥοπάλων]. BAVDON. 2, 2). BELL. Afr. 87, 5 lapidibus -busque equites reppulerunt (VLP. dig. 29, 5, 1, 17 vel saxo vel -e vel lapide percussum. 43, 16, 3, 4 -es aut lapides sumerent. PORPH. Hor. epod. 5, 97 -bus et lapidibus insectari. CLAVD. DON. Aen. 2, 410 p. 203, 29. 9, 35 p. 192, 14. VVLG. II Macc. 4, 41 alii lapides, alii -es validos [ξύλων πάχη] arripuere. LEX Burg. lib. const. 48, 1 ictu -is aut lapidis [*cf. p. 1658, 16*]. 93 de lapide aut -e vel secure inversa cuicumque bracchium ... fregerit. ACT. Petr. 14 alii alapas in faciem eius dabant, alii vero -em, alii lapidem).

adhibetur in animadversione legitima in homines raro liberos, praecipue servos (*v. Mommsen, Röm. Strafrecht p. 983—985*): SVET. frg. p. 320 Tarquinius Superbus ... hominibus adinvenit lautumias, tormenta, -es, metalla, flagella, carceres, exilia (HIER. chron. a. Abr. 1473 ISID. orig. 5, 27, 23). CALL. dig. 48, 19, 28, 1 (*de poenarum gradibus*) ceterae poenae ad existimationem, non ad capitis periculum pertinent, veluti ... cum -ium ictu subicitur. *ibid.* 2 non omnes -⟨bu⟩s caedi solent, sed ... qui liberi et quidem homines tenuiores (EDICT. Theoder. 75. 83 humiliores. 89 viliores); honestiores vero -bus non subiciuntur (*cf.* HERMOG. dig. 47, 10, 45 *l. 61*). *ibid.* 3 iuvenes ... -bus caesi. ISID. orig. 5, 27, 16 -es sunt, quibus iuvenes pro criminibus feriuntur (20, 13, 2). HOR. epist. 2, 1, 154 lex poenaque lata, malo quae nollet carmine quemquam describi: vertere modum formidine -is (PORPH. *ad l.* quia fustuarium supplicium constitutum erat in auctorem carminum infamium. *cf.* SCHOL. Pers. 1, 123 lege XII tabularum cautum est, ut -bus feriretur [-e feri⟨re⟩tur *cod. b 2 ed. Kurz*], qui publice invehebatur). PLIN. epist. 2, 11, 8 *eques Romanus* -bus caesus (SVET. Tit. 8, 5 delatores amendatoresque ... assidue in foro flagellis ac -bus caesos. CALL. dig. 48, 19, 28, 2 [*v. supra l. 27*]. *ibid.* 3. 4 servi [*om.* -bus]. 5 qui -bus caedi prohibentur [MEN. dig. 49, 18, 1 *veterani*. MARCIAN. dig. 49, 18, 3 *veterani et liberi veteranorum; cf. infra l. 66*]. 50, 13, 5, 2 plebeius [SPART. Sept. Sev. 2, 6]. MEN. dig. 49, 16, 4, 11 qui filium suum subtrahit militiae ... in pace. VLP. dig. 1, 15, 4 [*ex rescr. Antonini*] insularios et eos, qui neglegenter ignes ... habuerint ... -bus vel flagellis caedi [*cf. infra l. 67*]. PAVL. dig. 47, 9, 4, 1 [*ex rescr. Antonini*] liberos -bus, servos flagellis caesos [*bis.* MACER dig. 48, 19, 10 pr.]. 47, 18, 2 effractores [*ibid. syn.* -ium castigationem]. sent. 5, 18, 1 [= coll. Mos. 11, 3, 1] abactor. 5, 21, 1 vaticinatores. MARCIAN. dig. 49, 14, 18, 2. MACER dig. 48, 19, 10, 2 -bus *caesum* infamem non esse, quia et solus -ium ictus gravior est quam pecuniaris damnatio. MOD. dig. 37, 14, 7, 1 *libertus ingratus*. TERT. bapt. 11 p. 210, 12 HIL. c. Const. 11 COD. Theod. 16, 5, 21 [*a. 392*] EDICT. Theoder. 64. 73. 97. 111. GREG. M. epist. 3, 44 mulierem [LIB. pontif. p. 122, 5]. 3, 52. in Ezech. 1, 7, 13 Petrus). MARCELL. dig. 3, 2, 22 ictus -ium infamiam non importat, sed causa *eqs.* (CALL. *v. supra l. 26* MACER *supra l. 50*. LEX Burg. lib. const. *passim: tot* -ium ictus accipiant). CALL. dig. 48, 19, 7 (*sensum supplere temptavi, cf. l. 65 sq.*) veluti (*sc. superatur*) -ium (*sc. castigatione*) admonitio (*sc. per verba*), flagellorum (*sc. verberatione*) castigatio (*sc. fustium*), vinculorum (*sc. poena*) verberatio (*sc. per flagella*). 48, 19, 28, 2 -bus ... subiciuntur (*v. supra l. 29; ibid.* 5. HERMOG. dig. 47, 10, 45 servi ... flagellis caesi ... liberi ... humilioris quidem loci -bus subiciuntur. LAMPR. Alex. 51, 6 si quis ... in alicuius possessionem deflexisset, ... aut -bus subiciebatur aut virgis *eqs. cf. l. 79*). VLP. dig. 1, 12, 1, 10 -bus castigare *libertum* (12, 2, 13, 6. 47, 10, 15, 30. 47, 11, 7 *sacculariosderectarios*. 48, 2, 6 vel -bus castigare vel flagellis servos verberare. 50, 2, 2, 2 ne -bus castigetur *filius decurionis*. PAVL. dig. 1, 15, 3, 1 eos qui neglegentius ignem habuerunt [*v. l. 44*]. GREG. M. epist. 3, 45. *cf.* VLP. dig. 1, 16, 9, 3 -ium castigatione [PAVL. dig. 1, 15, 3, 1. 47, 18, 2]). CORP. VIII 10570, 2, 14 (*a. 180—183*) cives ... Ro⟨manos⟩ ... virgis et -bus effligi iusse⟨rit⟩. TERT. scorp. 1 p. 146, 12 -bus ... et ungulis ... degustata martyria. CAPITOL. Maximin. 8, 7 in crucem sublatos ... alios feris obiectos, alios -bus elisos. LAMPR. Comm. 18, 15 (*bis*) delatoribus -em. ANON. Vales. 14, 87 cum -e occiditur (LIB. pontif. p. 153, 2 -bus interfecisti. PASS. Felicit. 4 -bus mactavit). SVLP. SEV. dial. 2, 3, 4 flagris ac -bus urguere. COD. Theod. 7, 18, 8 pr. (*a. 383*) -bus coerceatur. 16, 2, 5 (*a. 323*) publice -bus verberetur. VICT. VIT. 3, 21 hos -bus, illos suspendio, alios ignibus concremabant. 3, 22 -bus aptare. 3, 25 caedes innumerabilium -ium. 3, 33 flagellis et -bus ... debilitata. 3, 40 subdi iugiter -bus. *in milites poena antiquitus capitalis* (*cf.* fustuarium *et Polyb. 6, 37 ubi* τὸ τῆς ξυλοκοπίας *explicatur*): SALL. hist. frg. 4, 22 sorte ductos -i necat (TAC. ann. 3, 21 decumum quemque ... sorte ductos -i necat). SEN. contr. 1, 5, 5 non occidetur tamquam raptor *virginis* ... at ... eadem nocte qua te rapuit ⟨si⟩ stationem deseruit, -e ferietur, si sacrilegium fecit, occidetur (TAC. ann. 14, 14 decimus quisque -i feritur). VELL. 2, 78, 3 centurionem ... ob turpem ex acie fugam -i percussit (PS. FRONTIN. strat. 4, 1, 34 Appius Claudius ex his qui loco cesserant decimum quemque militem sorte ductum -i percussit). MOD. dig. 49, 16, 3, 16 qui *miles in bello* agmen excessit, ... -bus caeditur vel *eqs.*

metonymice pro ictu fustium; eodem spectare videtur usus praecipue pluralis vocis -is *ex. gr. p. 1658, 8, praesertim* -bus caedere, *v. p. 1659, 37* (*cf. theodisc. 'Prügel' utraque significatione, altera tamen, fortasse mutuata, nonnisi pluraliter in certis iuncturis*): PLAVT. Aul. 414 neque ligna ego usquam gentium praeberi vidi pulchrius: itaque omnis exegit ... onustos -bus. 422 -bus sum mollior ... quam ... cinaedus (Mil. 1424 mitis sum ... -bus. AFRAN. com. 67 mitem ... faciant -bus. LIB. pontif. p. 24, 8 'afflictus' maceratus -bus). APVL. met. 8, 21 crebris tundentes -bus (*v. p. 1658, 1; aliter* 7, 17 *p. 1658, 18. cf. etiam* VICT. VIT. 3, 25 *p. 1659, 78*). VICT. VIT. 2, 45 impositis CL -bus. 2, 54 centenis -bus tundi. LEX Burg. lib. const. 5, 6 *et* 17, 5 C -es accipiat (6, 10 acceptis CCC -bus; *aliter p. 1659, 56*).

syn.: baculum, lignum, pertica, stipes. *copulatur cum* clava *p. 1658, 12. 57*, flagellum *p. 1658, 21. 41. 66 bis. 1659, 23. 38. 44. 46. 58. 61. 66. 79*, flagrum *p. 1658, 44. 364, 70*, gladius lapis pugnus saxum (*ad haec quattuor v. p. 1657, 76. 1658, 59*), lignum *p. 1658, 41*, stimulus *p. 1657, 32. 79. 1658, 40*, ungula *p. 1659, 71*, virga *p. 1657, 82. 1658, 44. 1659, 63. 70.*

coniungitur praecipue cum caedere (*c. plur.* -bus *praeter p. 1658, 21 sq.*), castigare (*c. plur.*), ferire (*c. sing. et plur.*), percutere (*semper c. sing.*), *passim cum* frangere, necare, tundere *al.*

epitheta rara, velut frondosus, nodosus, roboreus, salignus; grandissimus, gravis, longus, validus.

allitt. ferro ac -bus, flagellis ac -bus, -e ferire, formidine -is.

deriv.: defustare, fustare, fustellus, fusterna (*?*), fustiarius, fustibalus, fusticellus, fusticulus, fustigare, fustitudinus, fustuare (*?*), fustuarius.

fūstitudĭnus, -a, -um [*a* fustis *et* tundere *per iocum fictum. Th.*]. *i. q. ubi servi fustibus tunduntur* (fustibus tundere *v. p. 1658, 1*): PLAVT. Asin. 34 apud -as ferricrepinas insulas. *videtur servus de lapicidinis cogitasse, produxerit igitur* -ínas.

fūsto, -āre *a* fustis. *i. q. fustigo*: ANON. Vales. 14, 82 fustati (frustati *et* frustrati *codd.*) per publicum ducerentur. GLOSS. V 297, 15 -atus caesus fustibus. *cf. etiam Ducange s. v.*

fūstuārium, -ī *subst. n. et* **fūstuārius,** -a, -um *adi.* [*a* fustis *ductum mirabili derivatione; accepitne terminationem a* bustuarius *? Th.*]. *raro* fustiarius, *quod vide. subst. neutr. propria significatione apud* CIC. *et* LIV., *adi. (semel subst., si libris fides habenda est) notione translata de fustium castigatione saeculis posterioribus.*

1 *adi.*: -um supplicium: **a** *i. q. animadversio per ictus fustium* (*cf. p. 1659, 20*): PORPH. Hor. epist. 2, 1, 154 -um (fufarium *codd.*) supplicium ... in auctores carminum infamium. NOVELL. Maior. 4, 1 -o supplicio subditos manuum quoque amissione truncandos *apparitores*. CASSIOD. var. 4, 10, 3 in eum -o supplicio vindicetur (9, 2, 2 per -a supplicia laceretur). 8, 33, 2 -ae subdatur ... ultioni). EDICT. Theoder. 4 sub -a poena. LEX Burg. Rom. 6, 4 factum (12, 2 praesumptio) ... -o supplicio ... vindicetur. 19, 3 *servus* pro ingenua *stuprata* occidatur, pro ancilla ... -o supplicio subiacebit. lib. const. 70, 1 *pro furto* ingenuus triplum solvat ... servus vero -o supplicio deputetur. *cf. p. 1656, 36* fustiario supplicio. **b** *de supplicio capitali*: NOVELL. Maior. 7, 4 si ingenuus ... si servus est, -o supplicio interficiendum se esse cognoscat. 7, 14 *homo non servus* -ae subditus poenae servilibus suppliciis periturum se esse cognoscat.

2 *subst.*: **a** *i. q. supplicium militare supremum* (*cf. p. 1659, 80 et de executione Usener, Rhein. Mus. 56 [1901], 17*): CIC. Phil. 3, 14 -um meruerunt legiones, quae consulem reliquerunt. LIV. 5, 6, 14 -um meretur, qui signa relinquit aut praesidio decedit. LIV. frg. Serv. Aen. 6, 824 *Torquatus* filium *iniussu suo victoriam consecutum*, ut dicit Livius, -o (supplicio *add.* Serv. auct.) necavit. **b** *i. q. fustium castigatio*: SCHOL. Hor. epist. 2, 1, 154 (*cf.* PORPH. *ad l. p. 1659, 33*) -o multabantur auctores infamium carminum.

***?* fūstuo,** -āre *a* fustis *v.* fustigo *p. 1656, 74.* *Leumann.*

1. fūsum, -ī *n. v.* fundo *p. 1573, 30 et* fusus *p. 1661, 6.*

***?* 2. fusum** quando in gula tussem (tussis est *cod. Bern.*) et raucam vocem facit GLOSS. III 601, 20; *dubito utrum sit re vera* fusum *i. q. sputum, an φύσημα sim.* (pus quando in gula *Plasberg, conferens Cels. 2, 8, 36*).

fūsūra, -ae *f.* [*a* fundere. *Th.*]. *de metallis vel rebus cum iis comparatis*: MANIL. 1, 726 cicatrix -am faciens mundi '*i. conflaturam*' *Housman*. PLIN. nat. 33, 106 molybditis *fit* ex plumbi ipsius -a (quae fit Puteolis). 34, 100 lapis ex quo fit aes, cadmea vocatur, -is (*i. conflaturis*) necessarius. [PALLAD. 1, 41 *v. s. v.* fusorius.] CET. FAV. 7 p. 291, 6 M et CC libras *plumbi* -ae (*i. officinae*) accipiant *ut fiant centenariae fistulae* (*cf.* VITR. 8, 6, 4 PALLAD. 9, 12). VVLG. III reg. 7, 37 fecit decem bases, -a una et mensura (τάξιν μίαν καὶ μέτρον ἕν). SCHOL. Hor. ars 59 nummi in nova -a iuvant, *i. nove fusi.*

fūsūrārius fetialis LIB. gloss. Löwe Prodr. 386 (*inde* NOT. Tir. 37, 83[a]). *contaminata videtur.*

[Vollmer †]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1. fūsus, -a, -um *v.* fundo *p. 1572, 80 sqq.*

2. fūsus, -ūs *m. a* fundere. GLOSS. II 479, 27 *χύσις* fusio, -us. VARRO ling. 5, 122 fons unde funditur e terra aqua viva, ut fistula, a qua -us aquae. PS. AMBR. serm. 46, 2 āeris istius circumiectus et -us . . . libratus in medio *mundo.*

3. fūsus, -ī *m.* [*orig. inc. Th.*], *post etiam* **fūsum,** -ī *n. de genere neutro cf.* ANON. IDIOM. gramm. IV 580, 9 apud Latinos neutra, apud Graecos masculina . . . -um *ἄτρακτος.* SYMM. orat. 3, 9 -a (*v. infra l. 23*). HIER. epist 130, 15 -a (*v. infra l. 49*). [ANTH. 198, 25 *corrigendum, v. infra l. 59.*] ISID. orig. 19, 29, 2 -um (*v. l. 14*). GREG. TVR. glor. conf. 104 p. 816, 11 -a (*v. infra l. 62*). GLOSS. -um, *item* NOT. Tir. 37, 59. *ex neutro plur. fem.*: GLOSS. V 392, 47 stilium vel -a: spinil (*anglos.*); *cf.* GREG. TVR. *infra l. 62. aliter flecti ac* lusus *dicit* QVINT. inst. 1, 6, 25. *de originatione*: ISID. orig. 19, 29, 2 -um, quod per ipsum fundatur quod netum est. *Walde, Indog. Forsch. 39 (1920) 83 sq.* [*val.* fus, *it.* fuso, *francog. vet.* fus, *hisp.* huso. *M.-L.*]

1 *instrumentum quo nebant (saepe de Parcis)*: GLOSS. -us *vel* -um: *ἄτρακτος, ἄδρακτος, ἀδράκτιν. de re cf. Marquardt-Mau, Privatl. p. 517 sq.; Lafaye ap. Daremberg-Saglio II 2 p. 1424 sqq.* LVCR. 5, 1351 insilia ac -i, radii scapique sonantes. CATVLL. 64, 327 *sqq.* (*vers. intercal.*) currite ducentes subtegmina, currite -i. VERG. ecl. 4, 46 'talia saecla' suis dixerunt 'currite' -is . . . Parcae (SYMM. orat. 3, 9 iamdudum aureum saeculum currunt -a Parcarum). georg. 4, 348 dum -is mollia pensa devolvunt. CIRIS 446 gravidos penso devolvere -os. TIB. 2, 1, 64 pensa colusque, -us et apposito pollice versat opus. ELEG. in Maecen. 1, 73 torsisti pollice -os. OV. epist. 12, 4 tunc . . . sorores debuerant -os evoluisse meos. 18, 37 tortaque versato ducentes stamina -o (met. 4, 221). ars 1, 695 reice succinctos operoso stamine -os. met. 4, 229 et colus et -us digitis cecidere remissis. 6, 22 levi teretem versabat pollice -um. SEN. apocol. 3, 4 Clotho tum capsulam et tres -os profert: alter erat Augurini, alter Babae, tertius Claudii. 4 vers. 1 turpi convolvens stamina -o *Clotho.* vers. 13 mollia contorto descendunt stamina -o. Herc. O. 219 captiva colos -osque legam. Oed. 982 non . . . possunt curae mutare rati stamina -i. Phaedr. 324 manu . . . fila deduxit properante -o *Hercules.* PLIN. nat. 7, 196 -os in lanificio *invenit* Closter, filius Arachnae. 8, 194 lanam in colu et -o Tanaquilis . . . in templo Sancus durasse . . . auctor est M. Varro. . . . inde factum, ut nubentes virgines comitaretur colus compta et -us cum stamine. 27, 28 pagana lege in plerisque Italiae praediis cavetur, ne mulieres per itinera ambulantes torqueant -os aut omnino detectos ferant, quoniam adversetur id omnium spei, praecipue frugum. SIL. 2, 70 manus operata . . . -o. MART. 4, 54, 9 nil adicit penso Lachesis -osque sororum explicat. IVV. 2, 55 vos *viri* tenui praegnantem stamine -um Penelopa melius, levius torquetis Arachna. 11, 69 *asparagos* posito quos legit vilica -o. APVL. mund. 38 quod in -o perfectum est, praeteriti temporis habet speciem (*v. seqq.*). AVIEN. Arat. 208 decursis Parcarum ab origine -is. CHALC. comm. 73 axem caelitem -o circulosque axem ambientes . . . verticulis comparans. HIER. epist. 107, 10 rotare -um. 130, 15 ad torquenda subtemina in alveolis -a vertantur. VVLG. II reg. 3, 29 tenens -um (*κρατῶν σκυτάλης*), *i. vir effeminatus.* prov. 31, 19 *mulieris fortis* (*i. strenuae*) digiti . . . apprehenderunt -um (*ἐρείδει εἰς ἄτρακτον*). PRVD. c. Symm. 2, 455 ascribunt saxis Lachesis male fortia fila tectorumque trabes -is pendere rotatis credunt atque ipsis tribuunt decreta tigillis. CLAVD. rapt. Pros. 1, 53 ferratis evolvunt saecula -is *Parcae.* SIDON. carm. 22, 199 stamine fulvo praegnantis -i mollitum nesse metallum. CARM. epigr. 493, 9 ruptaque deficiunt in primo munere -i *pensa sororum.* 501, 6 ni Lachesis brevia rupisset stamina -o. ANTH. 198, 25 lanas fundere -o (-a *cod.*). VEN. FORT. vita Pat. 3, 11 ac si tunc -o torquente de manu pendula lanificae processisset *tela.* GREG. M. epist. 11, 59 p. 346, 3 ad -um manum nunquam misistis. GREG. TVR. glor. conf. 104 p. 816, 11 ecce -a (-as *corr. in uno cod.*), in quis . . . nere solebat.

2 *translate*: **a** *pars tortilis in machina*: VITR. 10, 2, 14 circa lapides -os sextant⟨al⟩es ab rota ad rotam . . . compegit ita uti -us a -o non distaret pedem nisi unum. deinde circa -os funem involvit. **b** *herba -o similis*: DIOSC. 3, 93 *RV ἀτρακτυλίς . . . Ῥωμαῖοι πρεσήπιουμ, οἱ δὲ φούσους ἀγρέστις* (*φουσαγρεστις codd.*).

*?***futātim** *adv. incertum.* PLAVT. Truc. 882 bene vale, Phronesium. :: ⟨an non et⟩iam tuom oculum vocas? :: id quoque interim -m nomen commemorabitur. *varia temptaverunt interpretes. si probum est, cf.* **1.** fūto.

fūtil- *v.* futtil-.

*?***futile** *nomen decani* FIRM. math. 4, 22, 11, *ubi codd. recc. dant* futie id est eisie (eysyce).

fūtio *v.* futtio *et* futuo.

futis, -is [*cf. esse videtur c.* exfuti effutire fut(t)ilis, *fortasse c. gr. χύσις χεῖν, ind.* juhóti 'fundit, libat, sacrificat' *et c.* fundere. *Th.*]. VARRO ling. 5, 119 vas aquarium vocant futim, quod in triclinio allatam aquam infundebant. GLOSS. V 599, 18 -is: quoddam vas in templo Vestae, ubi reponebantur quaedam sacrificia. 552, 19 fu▒tis: vas lato ore, fundo angusto. 22, 16 fuctis (71, 1 fruitis. 71, 8 futtilis. 105, 22 f . . . s): vas aquarium perparvi oris. *vocabuli fides admodum dubia: redit ad solum codicem Varronis; nam glossae ad unam omnes fluxisse videntur ex* SERVIO (*v. s. v.* futilis *infra l. 24*) *et vereor ne omnibus restituendum sit lemma* futilis.

*?***futivus,** -a, -um. MARCELL. med. 36, 5 radicis cucumeris agrestis, quem futivum (fugitivum *Heraeus*) dicunt; *cf. Niedermann praef. p. VII.*

1. fūto, -āre [*orig. inc., sunt qui conferant c. ind.* dhūtāḥ *'quassus, concussus, tortus', island.* dýja *'quatere, quassare', gr. θύειν, θύνειν, θυνεῖν; cf. Osthoff, Morpholog. Untersuch. 4, 86. Th.*]. PAVL. FEST. p. 89 -are 'arguere' est, unde et 'confutare'. sed Cato hoc pro 'saepius fuisse' posuit (*cf.* 2. futo). GLOSS. V 600, 18 futo *ἐλέγχω.* II 74, 45 futat *ἐλέγχει.* V 297, 25 -at: arguet (*i.* -it). 458, 19 -at: reprimit. 458, 20 -are: redarguere.

2. futo, -āre [*cf. c.* fui futurus fore; *v. s. v.* sum. *Th.*]. PAVL. FEST. p. 89 *v. supra l. 9.* GLOSS. V 22, 14 futavit: fuit (= 71, 7 futabit: foit. 105, 20. 202, 23 fotauit: foit). 22, 30 futauere: fuere (= 71, 6 futare. 105, 24). *male* fudit *et* fudere *in interpretamento coni. Corssen.*

1. fūtor *v.* fautor *p. 389, 57.* *?***2. futor** *v.* fututor *p. 1664, 55*

*?***futrix** *v.* fotrix.

futtilis *vel* **fūtilis,** -e [*cf. esse videtur c.* futis exfuti. *Th.*]. *de originatione*: PAVL. FEST. p. 89 -es dicuntur qui silere tacenda nequeunt, sed ea effundunt. sic et vasa -ia a fundendo vocata. SERV. Aen. 11, 339 'non -is auctor': non inanis; nam -e (-is *pars codd.*, futis *H*) vas quoddam est, lato ore, fundo angusto, quo utebantur in sacris Vestae, quia aqua ad sacra ⟨Vestae⟩ hausta in terra non ponitur, quod si fiat, piaculum est; unde excogitatum vas est quod stare non posset, sed positum statim effunderetur. inde et homo, commissa non retinens, '-is' dicitur, contra 'non -is' bonus in consiliis, non inanis (*inde ad verbum* SCHOL. Stat. Theb. 8, 297). *ex Servio* DON. Ter. Phorm. 746 'effutiretis': ab eo quod est effundere. ⟨nam⟩ translatio est a vase, 'futili' (fict- *RCV*) nomine, quod patulo ore, fundo acuto instabile nihil per se (pre se *vel* presse *codd.*) continet. unde ⟨et⟩ '-is' dicitur eiusmodi homo qui nihil intra se contineat et semper inanis sit. Andr. 609 futili: levi, inani, a vase quod 'futilis' (-le *BF*) dicitur, quod non deponunt ministri sacrificiorum, quod est acuto fundo et patulo ore instabileque est. ut Vergilius ⟨*Aen. 11, 339*⟩. *similia breviter* SCHOL. Ter. Andr. 609. *cf. etiam s. v.* futis *p. 1661, 83.* ISID. orig. 10, 109 -is: vanus, superfluus, loquax, et est metaphora a fictilibus, quae quassa et rimosa non tenent quae inieceris. *ego de veritate veteris originationis quam maxime dubito, quippe cum qua nec usus priscorum translatus nec* VERGILI *illud* glacies -is (*infra l. 54*) *convenire videatur. cf. M. Leumann, Die lat. Adj. auf -lis p. 76 sq.* PRISC. gramm. II 131, 25 utor, utīlis . . . futio . . . futĭlis. *scriplio* futtilis *legitur in codd. vetustis: in Ambrosiano* PLAVTI Stich. 398, *in Aurelianensi* SALL. hist. frg. 2, 87^{D}, 12, *in MPR (modo Ribbeckio sit fides)* VERG. Aen. 11, 339. 12, 740. futilis *in Murbacensi saec. VII—VIII* HIER. in psalm. 89, *in Lugudunensi saec. VI—VII* HIER. in Ier. 2, 85 (*ubi* fu▒tilem *cod. Paris. saec. VIII*). *codices Carolini variant plerisque locis. nec comparativus nec superlativus leguntur. gen. plur.* futilum ENN. *p. 1663, 12. legitur inde a* PLAVTO *et* ENNIO.

I *de rebus corporalibus*: **1** *de vase v.* PAVL. FEST. *supra l. 22* SERV. *supra l. 23.* **2** *i. q. fragilis*: VERG. Aen. 12, 740 mucro, glacies ceu -is, ictu dissiluit. APVL. met. 3, 23 quam parvis quamque -bus tanta res procuretur herbulis. 6, 19 nec putes -e istud polentacium damnum leve. TERT. anim. 23 hominem . . . ab angelis factum primoque opus -e et invalidum et instabile in terra vermis instar palpitasse, quod consistendi vires deessent (*sublucet vocabuli vis propria, quam et veteres docti statuerunt*). resurr. 5 p. 31, 11 (*de eadem re*) -e et frivolum istud corpusculum. HIER. in psalm. 89 aranearum telae sunt -es (fict- *codd. Carol.*) et caducae et ad omnem tactum cito pereunt.

II *translate*: ISID. *v. supra l. 38.* GLOSS. *ἀδρανής, εἰκαῖος, ἀχρήσιμος*, vacuus, inanis, vanus, levis et inconstans, inutilis aut inanis, aut fluctuans, mendax; -li: fallaci. SCHOL. Ter. Ad. 3, 3, 41 nihil retinens, vanus. **1** *de rebus*: ENN. scaen. 309 ut quod factum est -e, . . . vos feratis fortiter (*nisi pro adv. est, cf. p. 1663, 26*). CIC. ac. 2, 59 quid . . . est tam -e quam quicquam approbare non cognitum? Tusc. 4, 37 alacritate -i. 5, 16 laetitiae. nat. deor. 1, 18 -is commenticiasque sententias. SALL. or. Lep. 20 opibus eius, quae -es et corruptae sunt. hist. frg. 2, 87 D 12 Servilius -em deditionem ratus. MANIL. 1, 876 nunquam -bus (*i. vanis*) excanduit ignibus aether. PHAEDR. 5, 2, 10 nunc conde ferrum et linguam pariter -em. PLIN. nat. 33, 32 -i paene de causa. VAL. FL. 8, 354 haud illi cantus et -e murmur proderit. SIL. 9, 376 virtus -e nomen, ni (*cf.* BOETH. *p. 1663, 9*). 10, 339 avidas ad -e votum spes. 11, 557 virus -e linguae *Hannibalis perfidi.* 15, 794 intorquet iaculum, nec -is ictus *erat.* STAT. Theb. 8, 297 nec -e maestis id visum Danais *est.* PLIN. epist. 3, 7, 14 temporis -is et caduci. GELL. 1, 15 lemm.: -is inanisque loquacitas. 7, 13, 7 captiones . . . -es atque inanes. 10, 22, 24 de illa -i atque puerili meditatione argutiarum. 11, 13, 10 frigidi et leves et -es sensus. 12, 2 tit. levi -ique iudicio (MACR. sat. 1, 16, 38). 13, 25, 19 hoc inane admodum et -e. 16, 12, 1 -ia et frivola (*opp.* curiose et sagaciter conquisita). APVL. apol. 42 argumentum . . . -e

[Vollmer †]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

et nihil⟨i⟩ futurum. TERT. pudic. 2 talia et tanta -ia (*sic ed. Gangnei*, sparsilia *cod. Clementis et Remensis*) eorum. IREN. 2, 19, 2 -e verbum et vanum. COMM. instr. 1, 27, 6 *te* iudicari tu -e (futale *trad.*) credis. LVCIF. Athan. 1, 34 tuo -i imperio. moriend. 1 armis -bus regni tui. HIER. in Ier. 2, 85 p. 129, 2 'legitima populorum vana sunt' omnem humanam sapientiam -em (fictilem *vel* inutilem *codd. Carolini*) esse demonstrat. PRVD. apoth. 249 perquam ridiculum est et -e, ... ut. CLAVD. 22, 108 Constantia *instruit* -e nequid infirmumque geras. BOETH. cons. 3, 6 p. 63, 19 P. quam sit inane, quam -e nobilitatis nomen (*cf.* SIL. *p. 1662, 75*).

2 *de hominibus* (*add. abl.* PANEG. *l. 25*): ENN. scaen. 307 saeviter suspiciones ferre falsas -um (*gen.*) est. TER. Andr. 609 servon fortunas meas me commisisse -i (EVGRAPH. id est levi et vano servo). [Ad. 395 tu ... nihil nisi sapientia es, ille (-is *om. AC*) somnium.] AFRAN. com. 35 istius temulentae -is. CIC. fin. 3, 38 quis non odit sordidos vanos leves -es? div. 1, 36 irrideamus haruspices, vanos -es esse dicamus. VERG. Aen. 11, 339 consiliis habitus non -is auctor. PHAEDR. 4, 18, 33 qui miserunt vos tam -es (*canes legatos*). SIL. 5, 297 Isalcas umbonem incerto detersit -is ictu. 13, 363 magnis fautor non -is ausis. 15, 298 Epirum cassis lustrabat -is ausis. 16, 655 puer ille et -is aetas ... Scipio. GELL. 1, 15, 1 leves et -es et importuni locutores. 4, 8, 4 competitores ... sunt imbelles quidam et -es. TERT. adv. Marc. 2, 7 p. 344, 3 o dominum -em, instabilem, infidelem, rescindentem quae instituit! PANEG. 10 (4), 24, 6 Antoninus imperator in toga praestans et non inermis nec -is bello.

adv. **futtile:** PLAVT. Stich. 398 provenisti -e, si neque ille adest neque hic ... subvenit. ENN. scaen. 309 *v. p. 1662, 66. aliter* PRVD. ham. 560 fera -e frendens.

adv. **fūtiliter** *sine exemplo affert* NON. p. 514, *cf.* APVL. apol. 3 ⟨f⟩utiliter blaterata.

futtilitās, -ātis *f. a* futtilis. *i. q. inanitas*: CIC. nat. deor. 2, 70 haec ... plena sunt -is summaeque levitatis.

futtio (*vel* futio), ex quo compositum effutio, futĭlis PRISC. gramm. II 131, 25.

futuo, -uī, -ūtum, -ere [*orig. inc. Th.*]. PRISC. gramm. II 556, 13 '-o' 'nubo', '-ens' 'nubens'... illud ad mares, hoc ad feminas pertinet solum. ... figurate licet *dicere* ... utpote 'bona anima -it illam feminam' pro 'bonae animae vir' ... et 'bona anima -ens feminam gignit bonam animam' et 'bonum corpus -ens gignit bonum corpus' III 473, 13 *similia, deinde* nemo dicit 'haec -ens' nisi in epicoenis nominibus animalium, ut 'haec aquila -ens'. 487, 1 naturaliter quaedam verba ad solos pertinent mares, ut '-o devirgino', vel ad feminas ut '-or nubo devirginor'. *similia* COMM. Einsidl. gramm. suppl. 262, 19. *formae vulgares in titulis Pompeianis* -es *pro* -is, -et *pro* -it, -e *pro* -i; *nota* CORP. XIII 95 futuvi (*p. 1664, 10*). [*val.* fute, *it.* fottere, *francog.* foutre, *hisp.* hoder. *M.-L.*]

verbum volgare i. q. coitum facere, aut absolute aut cum acc., etiam passive: CATVLL. 71, 5 quotiens -it. 97, 9 hic -it multas. HOR. sat. 1, 2, 127 nec vereor ne, dum -o, vir rure recurrat. IMP. AVG. Mart. 11, 20, 3 quod -it Glaphyran Antonius, hanc mihi poenam Fulvia constituit, se quoque uti -am. Fulviam ego ut -am? ... 'aut -e aut pugnemus' ait. PRIAP. 13, 1 percidere puer, moneo, -ēre puella. [26, 7 fututurus *corruptum.*] MART. 1, 34, 10 deprendi veto te, Lesbia, non -i. 1, 84, 3 -it ancillas. 1, 94, 1 cantasti male, dum -uta es, Aegle. 2, 31, 1 saepe ego Chrestinam -ui. 2, 47, 4 irrumat aut -it. 2, 60, 1 uxorem armati -is. 3, 72, 1 vis -i ..., Saufeia. 3, 79, 2 hunc ego, cum -it, non puto perficere. 3, 87, 1 te ... nunquam esse -utam. 3, 96, 1 lingis, non -is meam puellam. 4, 84 a se Thaida qui probet -utam. 6, 31, 2 uxorem ... a medico -i. 6, 33, 4 iam miser et -it *pedico*. 6, 67, 2 vult -i Caelia nec parere. 6, 91, 2 non -is *sed lingis* (11, 85, 2). 7, 10, 3 centenis -it Matho milibus. 7, 70, 2 quam -is, vocas amicam (*de tribade*). 7, 75, 1 vis -i gratis (11, 62, 1 esse -utam). 9, 2, 10 te -ente. 9, 4, 1 aureolis -i cum possit Galla duobus et plus quam -i (*i. fellare*). 9, 41, 1 nunquam -is, sed paelice laeva uteris. 9, 41, 5 semel -it, generaret Horatius ut tres, Mars semel, ut geminas Ilia casta daret. 9, 69, 1 cum -is ..., soles in fine cacare. 9, 80, 2 uxorem pascit Gellius et -it. 10, 29, 6 muneribus -is ... meis. 10, 81, 1 cum duo venissent ad Phyllida mane -utum. 10, 95, 2 se -isse negant. 10, 102, 2 qua factus ratione sit requiris, qui nunquam -it, pater Philaenus? 11, 7, 13 ire -utum. 11, 21, 11 hanc in piscina dicor -isse marina: nescio, piscinam me -isse puto. 11, 23, 5 nec -am quamvis prima te nocte maritus. 11, 40, 3 quam toto sibi mense non -utam cum ... quereretur. 11, 45, 8 vel pedicat ... vel -it. 11, 47 *quater* ne -at. 11, 62, 1. 2. 11, 71, 2. 12, 27, 1 a latronibus esse te -utam. 12, 38, 6. 14, 215 carius ut -ant *comoedi facit fibula. in titulis talia*: CORP. III 10716 (*scariph. in pariete*) Grate, qui -es (*i.* -is) ... ancilla(m) Lupi. XI 6730, 3 (*in opere artis musivae*) Aurelius pavimentarius bene -entibus vitam. XIII 10018 (*picta in poculis*) 92 -e me. 93 -i te. 94 -i. 95 futuvi ospita(m). INSCR. Rev. epigr. V (1904) p. 119 (*in orbiculo ex terra cocta*) ⟨be⟩ne -o. CARM. epigr. 954 (*Romae*) Crescens, quisque meam -it rivalis amicam, illum secretis montibus ursus edat. 1810 (*Romae*) hic ego me memini quendam -isse puellam. *saepissime Pompeis certis quasi formulis*: CORP. IV 2178 Facilis hic -it (2195. 2241. 4818). 1230 Fortunatus -et (*i.* -it) ... Anthusa(m). 2288 Synethus Faustillam -it. 2184 Phoebus unguentarius optume -et (*vel* -it). 2188 Scordopordonicus hic bene fu(tu)it quem voluit (2265). 5187 Messius hic nihil (*i. gratis?*) -it. 2192 XVII K. Iul. Hermeros cum Philetero et Caphiso hic futuerunt. 2193 Arphocras hic cum Drauca bene -it denario. 2258 Victor cum Attine (*i.* Attide) hic fu(tu)ít. 3935 Festus hic -it cum sodalibus (3938. 3942). 4816 Chryseros cum Successo hic terna -imus. 4884 *ille et* ...s bellissimum -erunt. 4977 Quintio hic -it ceventes et vidit qui doluit. 1516 (= CARM. epigr. 955, 1) hic ego nunc -e (*i.* -i) formosa(m) forma puella(m) (1517). 2246 hic ego cum veni, -i, deinde redei domi. 1574 et bene -e eam. 2175 hic ego puellas multas -i. 2191 -i. 2199 Felicla(m) ego f(utui). 2200. 2203 -i Mulam. 3932 Ampliatus ... hoc quoque fututui futui (*sic*). 4029 hic ego bis -i. 4260 hic -i XIX K. Sep. XIII K. Sep 2006 *illa* -uta a me. INSCR. Notiz. degli scavi 1914 p. 181 -i copo.nam. *ex persona puellae*: 2176 Felix bene -is (2185. 2186. 2218. 2219. 2187. 1645[b]*?*). 2260 Victor valea(s), qui bene -es (2274). 2217 -uta sum hic. *liberius concepta*: 1261 futebatur (*sic*), inquam, -uebatur civium Romanorum at(t)ractis pedibus cun(n)us. 1751 si qui -ere volet, Atticen quaerat a. XVI. 1830 (= CARM. epigr. 230) -itur cunnus ⟨pil⟩ossus multo melius quam glaber. *non certo intelleguntur* 2197 futere *et* 2198 -uere.

compos.: defutuo, effutuo.

futūrus, -um *v.* sum.

? **futus** (forus *margo cod. Periz.*): abacion (*ἀβάκιον*) GLOSS. II 515, 16.

futūtio, -ōnis *f. a* futuere. CATVLL. 32, 8 paresque nobis novem continuas -es *o puella*. MART. 1, 106, 6 numquid pollicita est tibi beatam noctem Naevia sobriasque mavis certae nequitias -is? *cf.* ANTH. 460, 7 nil est deprensa mel⟨ius -e *expl. L. Müller*⟩.

futūtor, -ōris *m. a* futuere. PRIAP. 57, 6 ne desim sibi, me rogat *anus*, -r. 58, 4 puella nullum reperiat -em. 63, 16 *huc* puella ... solet venire cum suo -e. 68, 30 utque -um sit tua plena domus. MART. 1, 73, 4 ingens turba -um est. 2, 28, 3 nec pedico, es nec ... -r. 3, 96, 2 garris quasi moechus et -r. 7, 18, 3 cur te tam rarus cupiat repetatque -r ..., Galla. 7, 30, 3 tibi de Pharia Memphiticus urbe -r navigat, *o Caelia*. 11, 87, 4 dives eras quondam, sed tunc pedico fuisti ... egestas ... -em te ... facit. 12, 43, 6 veneris novae figurae, quales perditus audeat -r. ANTH. 148, 8 turdumque (*i. cunnum*) caballae atterit assiduo pene -r hebes. CORP. IV 1503 Ephesus -r (2242). 2248 Phoebus bonus futor (*sic*). 2145 C. Valerius Venustus m(iles) ch(ortis) I pr(aetoriae) c(enturia) Rufi fututulor (*sic*) maximum (*sic*). 4815 -r *nil amplius*. XIII 10008, 7 (= Audollent defix. 103) Art. ligo Dercomogni -r. Artus -r. *pro tribade*: MART. 1, 9, 6 tu ..., Bassa, -r eras.

f. **futūtrīx,** -icis. MART. 11, 22, 4 inguina ... parce -i sollicitare manu. 11, 61, 10 arrigere linguam non potest -em. *de tribade (?)*: CORP. IV 2204 *Μόλα* (*i.* Mula) *φουτούτρις*. 4196 Miduse -x. 4381 ⟨futut*?*⟩rix salve. INSCR. Notiz. degli scavi 1896 p. 429 -x. *v. etiam* fotrix *p. 1215, 67*.

1. fy *v.* 1. fu.

? **2. fy:** licitum GLOSS. IV 412, 3 *contaminata videtur*.

fygas, fylarchus, fyle, fysalis, fysarius, fysicus, fysis *sim. v. sub* phy-. *Vollmer f.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae